

George Bancroft

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

CHEZ N. E. LEMAIRE, Éditeur, boulevard Italien, n° 22, en face des Bains Chinois.

BARROIS l'aîné, Libr., rue de Seine, n° 10, Frg St.-Germ.

DE BURE frères, Libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.

TREUTTEL et WURTZ, Libraires, rue de Bourbon, n° 17.

A. A. RENOUARD, Libraire, rue de Tournon, n° 6.

BOSSANGE père, Libraire, rue de Richelieu, n° 60.

BRUNOT-LABBE, Libraire, quai des Augustins, n° 33.

MONGIE aîné, Libraire, boulevard Poissonnière, n° 18.

ARTHUS-BERTRAND, Libraire, rue Hautefeuille, n° 23.

VERDIÈRE, Libraire, quai des Augustins, n° 25.

N. PICHARD, Libraire, quai Conti, n° 5.

Et chez tous les Libraires de France et des pays étrangers.

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

LIBRI SUPERSTITES

EXCUDEBAT RIGNOUX
TYPOGRAPHUS

Q. CURTIUS RUFUS

AD

CODICES PARISINOS RECENSITUS

CUM VARIETATE LECTIONUM

SUPPLEMENTIS JO. FREINSHEMII

ET SELECTIS SCHMIEDERI VARIORUMQUE COMMENTARIIS

QUIBUS NOTAS

EXCURSUS MAPPASQUE ET INDICES ADDIDIT

N. E. LEMAIRE

PROFESSOR LATINÆ POESEOS IN ACADEMIA PARISIENSI

VOLUMEN SECUNDUM

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXIII

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

CAP. I. Prælii inter Lacedæmonios atque Macedones descriptio. Agidis mors. Superati ad Alexandrum legatos, veniam defectionis oraturos, mittunt; quam impetrant. — II. Alexander, bello invictus, otio et deliciis frangitur. Rumor in castris de reditu in Macedoniam. — III. Hortatoria Alexandri ad milites oratio, ut bellum, in Asia inchoatum, persequantur et absolvant. — IV. Zioberis, miri fluminis, descriptio. Alexander Nabarzani, per literas salutem quærenti, veniam pollicetur. Deinde, Hyrcaniam ingressus, quosdam Darii præfectos in fidem recipit. — V. Artabazo summa cum animi benevolentia excepto, Græcis, qui Darium adjuverant, parcit Alexander, et, Mardorum gente debellata, Amazonicæ cujusdam reginæ petitioni satisfacit. — VI. Macedones Alexandri offenduntur moribus; qui, ut seditionem averteret, ad bellum Besso inferendum mentem convertit. Quod et stratagemate inchoat; ac Satibarzanem, Ariorum satrapam, quod defecisset, primum persequitur, barbaros a montibus disjicit, Artacænam expugnat, atque in Drangianam movet. — VII. Conjurationem in Alexandrum Dymnus Nicomacho, hic per Cebalinum fratrem Alexandro detegit. Hinc mors Dymni, qui ipse sibi manus infert. — VIII. Amicorum regiorum consilio, Philotas, Parmenionis

filius, conjurationis auctor et particeps creditus, capitur, ac, velato capite, in regiam adducitur. — IX. De conjuratione adversus Philotam expostulatoria Alexandri ad milites oratio. Coram quibus Philotas adductus defensionem parat. — X. Apologetica Philotæ oratio, qua conjurationis accusationem pro concione refellit. — XI. Concio a quodam Belone accensa in Philotam surgit; qui paulo post, quum torqueretur, scelus fatetur, cumque reliquis sontium saxis obruitur.

1 *[Cap. I. Dum ea per Asiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniaque tranquillæ res fuere. Regnabat[1] apud Lacedæmonios Agis, Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienses ad Chæro-
2 neam vicit. Is Alexandri per virtutem æmulus, cives suos stimulabat[2], ne Græciam servitute Macedonum diutius premi paterentur : nisi in tempore providerent, idem jugum ad ipsos transiturum esse. Adnitendum igitur, dum aliquæ adhuc Persis ad resistendum vires essent : illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitæ libertatis me-
3 mores futuros.[3] Sic instinctis animis, occasionem belli ex commodo cœptandi circumspiciebant. Igitur felicitate Memnonis invitati[4], consilia cum ipso miscere aggressi sunt; et postquam ille rerum lætarum initia intempestiva morte de-
4 stituit, nihilo remissius agebant. Sed ad Pharnabazum et Autophradaten profectus Agis[5], triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulæ cultores inter Lacedæmo-
5 nios et Macedonas diversis studiis distrahebantur[6]. Legati quoque ad Darium missi sunt, qui in usum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent[7]. Atque hæc eorum cœpta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non in-

* Hujus libri sexti principium deest, ut finis quinti libri : igitur Freinshemii supplementa subjicere pergimus, usque ad pag. 4, § 1.

1. Diodor. lib. XVI, cap. 89.

2. Just. lib. XII, cap. 1, 5.

3. Diodor. lib. XVII, cap. 62.

4. Diodor. lib. XVII, cap. 29.

5. Arrian. l. II, c. 3, 10 et 18.

6. Curt. lib. IV, cap. 1, § 39.

7. Arrian. lib. II, cap. 3, § 21 : lib. III, cap. 5, § 10.

terpellavit, ut etiam adjuverit : quippe fugientem insequu- 6
tus Alexander, in longinqua loca magis magisque rapiebatur;
et ex ipso prælio mercenariorum ingens multitudo in Græ-
ciam fuga penetraverat; quorum octo millia persica pecunia
conduxit Agis, eorumque opera plerasque Cretensium urbes
recepit [1]. Quum deinceps Menon in Thraciam ab Alexandro 7
missus, barbaros ad defectionem impulisset, adque eam
comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in Thra-
ciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedæ-
monii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in
partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium pe-
ditum, cum equitibus bis mille, Agidi summam imperii
detulerunt. Antipater, ea re comperta [2], bellum in Thracia, 8
quibus potest, conditionibus componit; raptimque in Græ-
ciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia co-
git. Quibus convenientibus ad quadraginta pugnatorum
millia [3] recensuit. Advenerat et ex Peloponneso valida ma- 9
nus [4] : sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimu-
lata suspicione, gratias egit, quod ad defendendam adver-
sus Lacedæmonios Alexandri dignitatem adfuissent : scri-
pturum se id regi gratiam in tempore relaturo : in præsens
nihil opus esse majoribus copiis : itaque domos redirent,
fœderis necessitate expleta. Nuntios deinde ad Alexandrum 10
mittit, de motu Græciæ certiorem facturos. Atque illi re-
gem apud Bactra [5] demum consequuti sunt; quum interim
Antipatri victoria, et nece Agidis in Arcadia transactum
esset. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, 11
quantum tot terrarum spatiis discretus potuit, provide-
rat : Amphoterum [6] cum Cypriis et Phœniciis navibus in
Peloponnesum navigare; Meneten [7] tria millia talentum
ad mare deferre jusserat, ut ex propinquo pecuniam An-
tipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.
Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus 12

1. Curt. l. IV, c. 1, § 39; Diodor. lib. XVII, capp. 48 et 62.
2. Just. lib. XII, cap. 1, § 8.
3. Diodor. lib. XVII, cap. 63.
4. Frontin. lib. II, cap. 11, § 4.
5. Curt. lib. VII, cap. 4, § 32.
6. Arrian. lib. III, cap. 1, § 22.
7. Arrian. lib. III, cap. 3, § 20.

istius inclinatio futura esset, quamquam deinceps, adepto victoriæ nuntio, suis operibus id discrimen comparans,
13 murium eam pugnam fuisse cavillatus est [1]. Cæterum principia ejus belli haud improspera Lacedæmoniis fuere. Juxta [2] Corrhagum, Macedoniæ castellum, cum Antipatri militibus congressi, victores exstiterant : et rei bene gestæ fama, etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant,
14 in societatem eorum pertracti sunt. Una ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; et in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, a quo beneficiis affecta fuerat. [3] Sed hæc arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater sub-
15 venisset. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioquè apparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum prælio contendere statuit : neque
16 Lacedæmonii detrectavere certamen [4]. Ita commissa est pugna, quæ rem spartanam majorem in modum afflixit. Quum [5] enim angustiis locorum, in quibus pugnabatur, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones im-
17 pigre resisterent, multum sanguinis fusum est. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat : impulsa Lacedæmoniorum acies gradum paulisper retulit. Quod conspicatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortissimis constabat, se in medium]
1 pugnæ discrimen immisit, obtruncatisque, qui promptius resistebant, magnam partem hostium propulit.
2 Cœperant fugere victores : [et] donec avidius sequentes in planum deduxere, inulti cadebant; sed ut pri-

1. Plutarch. Agesilas, cap. 25.
2. Æschines contra Ctesiphontem; Polybius, lib. II, cap. 48.
3. Æschines, ibid.
4. Pausanias, lib. I.
5. Curtius, lib. VI, cap. 1, § 10.

1. *Pugnæ discrimen.* Ad hæc usque verba pertinet Freinshemii supplementum. Agis, de quo sermo est, Lacedæmoniorum rex, Archidamo patri novem abhinc annis successerat, olymp. 108, anno 3, ante pugnam ad Chæronæam, 8.

2. *Fugere victores.* Macedones, simulata, ut videtur, fuga. — *In planum deduxere.* Ex angustiis, quæ pro Lace-

mum locus, in quo stare possent, fuit, æquis viribus
dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedæmonios rex 3
eminebat, non armorum modo et corporis specie, sed
etiam magnitudine animi, quo uno vinci non potuit.
Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur, diu- 4
que arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat,
corpore alia vitabat; donec hasta femora perfossa,
plurimo sanguine effuso, destituere pugnantem. Ergo 5
clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra refe-
rebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem.
Non tamen omisere Lacedæmonii pugnam, et, ut 6
primum sibi quam hosti æquiorem locum capere po-
tuerunt, densatis ordinibus effuse fluentem in se aciem
excepere. Non aliud discrimen vehementius fuisse me- 7
moriæ proditum est. Duarum nobilissimarum bello
gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedæmo- 8
nii vetera, Macedones præsentia decora intuebantur:

dæmoniis et numero paucioribus, et ex loco superiori majore vi in Macedones incurrentibus erant. Eadem testatur Plutarch. — *Inulti cadebant.* Non pauci Codd. *multi cadebant,* quam lectionem plerique Edd. receperunt; nec sane inepta est : ego vero nostrorum Regg. Codd. auctoritatem secutus sum, approbantibus Modio et Schmiedero. — Mox etiam ex iisdem nostris Codd. et ex Voss. 2, scripsi, cum Schmiedero, *stare possent* pro *stare posset.*

4. *Corpore.* Corporis declinatione, vid. supra, IV, 6, 16. Cicero, Catil. I : « Parva quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore effugi. »

5. *Clypeo exceptum.* Mos militaris vulneratos, vel occisos clypeo impositos in castra referre. Virg. Æn. X, 506: « Impositum scuto referunt Pallanta frequentes. » Hinc famosum illud Spartanæ matris, apud Plutarch. Lacæn. apophth. quæ quum filio aspidem traderet, τέκνον, inquit, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. — *Jactationem vulnerum,* qui ægre tolerabat agitationem corporis vulnerati.

6. *Effuse.* Nostri *effusi,* male. *Effuse* Acidalii emendatio est, probantibus Radero et Freinshemio. Schefferus et Heinsius scribebant *ruentem* pro *fluentem*, sed sine ulla auctoritate.

8. *Decora.* Res bello præclare gestas. Simillimus huic locus est in Justino XXX, 4, 15, ubi jam et Macedonum gloria consenuerat, Roma vigente : « Utrimque concitati milites prælio concurrunt, alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes; ferentesque in bellum, alii majorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem. » Conferatur quoque Tacitus,

illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant :
9 Lacedæmoniis dux, Macedonibus locus deerat. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen æquante fortuna.
10 Ceterum angustiæ loci, in quo hæserat pugna, non patiebantur totis ingredi viribus; spectabant ergo plures, quam inierant prælium, et, qui extra teli jactum
11 erant, clamore invicem suos accendebant. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens; pedem deinde referre cœpit, urgente hoste,
12 ac apertius fugere. Insequebatur dissipatos victor, et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum
13 obtinuerat, ipsum Agim persequebatur. Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, deponi se
14 jussit : expertusque membra an impetum animi sequi possent, postquam deficere [se] sensit, poplitibus semet excepit; galeaque strenue sumpta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans
15 hostem, si quis jacenti spolia demere auderet. Nec quisquam fuit, qui sustineret cominus congredi : pro-

Ann. II, 46, 4 : « His vocibus instinctos exercitus propriæ quoque caussæ stimulabant; quum a Cheruscis Langobardisque, pro antiquo decore, aut recenti libertate; et contra augendæ dominationi certaretur. » Sed, ut notavit Freinshemius, libertas fortiores stimulos habere debet.

10. *Ingredi.* Hoc verbum ex omnium fere codicum consensu restitui. Edd. plerique : *congredi.* Sed non video caussam, cur *ingredi* non hic exhibeatur, quum possit tam ad locum angustum quam ad pugnam referri, et hoc verbo sæpius utatur Curtius. Vid. V, 1, 19; VI, 5, 5. Eadem censet Snakenburgius.

11. *Urgente hoste, ac.....* Modii emendatio est. Nostri et cæteri Codd., sed inepte, *ut, urgente hoste, apertius fugeret.*

13. *Deponi se jussit.* Milites, a quibus portabatur, abire jussit, et meliori se usui patriæ servare; ipse extremam pugnam experturus. Ex Diodor. Sic. lib. XVII, cap. 63.

14. [*Se*] *sensit.* Vox prior, ex prima syllaba vocabuli subsequentis nata, in quibusdam Codd. deficiens, monente Scheffero, abjicienda est. Agis experiebatur *membra*, non *se*. — *Poplitibus.* In genua se sustinuit. Αὐτὸς δὲ καθοπλισθεὶς καὶ εἰς γόνυ διαναστὰς, ἠμύνατο τοὺς πολεμίους, Diod. l. l.

cul missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens, donec lancea nudo pectori infixa est: qua ex vulnere evulsa, inclinatum ac deficiens caput clypeo paulisper excepit; deinde, linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. Cecidere 16
Lacedæmoniorum v millia et ccc, ex Macedonibus haud amplius mille; ceterum vix quisquam nisi saucius revertit in castra. Hæc victoria non Spartam modo sociosque ejus, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectaverant, fregit. Nec fallebat Antipatrum, dissen- 17
tire ab animis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi: et quamquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia majores res erant,

16. *Lacedæmoniorum V millia et CCC, ex Macedonibus haud amplius mille*, etc. Numerorum varietas in Codd. maxima est, ut, qui veri fuerint, non facile quis eruat. Ego vero persuasum habeo germanam Curtii sententiam apud nostros Regg. Codd. reperiri, qui totum locum scribunt, ut ipse in textu admisi. Sic Curtius, in eo saltem quod ad Lacedæmonios pertinet, cum Diodoro consentit, XVII, 63. Qui vero CCCLX pro CCC ex Lacedæmoniis occisos retulerunt, manifesto errore legerunt LX pro EX, præpositione nempe quæ ad verbum *Macedonibus*, referenda est. De Macedonibus 3,500 cecidisse refert Diodorus; sed si hunc numerum admiseris, cruenta sane fuit Macedonum victoria. Verbum *mille* quod a nostris datur plane cum verbis *haud amplius* congruit; ex his enim indicat noster non sane cruentam fuisse Macedonum victoriam. Et hoc loco errat sane, ut sæpius, in æstimanda Curtii fide historica, vir cæteroquin doctissimus, *De Ste-Croix*, *Examen critique*, p. 309. *Amplius mille* legisse videtur antiquissimus Curtii interpres, *Vasquèz de Lucene*, Lusitanus, cujus gallica translatio, Carolo, Burgundiæ duci nuncupata, prodiit anno 1503, Parisiis. Ille hoc loco habet: « Illec cheurent « trois mille cinq Lacedemons, et de « Macedons ung pou plus de mille. »

17. *Dissentire ab animis gratulantium vultus*. Quædam hic deesse existimabat Raderus, quia nulla mentio est de missis e Græcia legatis, qui victoriam Antipatro gratularentur; sed, ut notavit Freinshemius, ipse intelligere per te potes, eos (gratulantes Antipatro victoriam, quamvis ipsum vinci maluissent) et coram ipso stetisse, et, ut ipsum convenirent, profectos esse, ex eorum civitatibus et ædibus: ista vero omnia commemorare putidum et puerile foret. Nam « brevitati narrationis inservimus, si exitus rerum ita exponimus, ut ante quoque quæ facta sint, sciri possint, tametsi nos reticuerimus. Quod genus, si dicam me ex provincia rediisse, profectum quoque in provinciam intelligatur. » Hæc, et merito quidem, auctor Rhetoricor. ad Herenn. I, 9.

18 quam quas præfecti modus caperet, metuebat. Quippe Alexander hostes vinci voluerat; Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur: suæ demptum gloriæ
19 existimans, quidquid cessisset alienæ. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritus ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ; sed concilium Græcorum, quid
20 fieri placeret, consuluit. A quo Lacedæmonii, nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret precati, veniam defectionis, præter auctores, impetraverunt. Megalopolitani, quorum urbs erat obsessa a
21 defectione, Achæis et Ætolis cxx talenta dare jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret.

1 II. Sed ut primum instantibus curis laxatus est

18. *Ne tacitus quidem indignabatur.* Ne dissimulare quidem potuit invidiam, sed palam etiam in voces erupit. Hanc Antipatri pugnam μυομαχίαν, murium pugnam appellavit. Plut. Agesil., et Freinsh. suppl.

19. *Spiritus.* Sic dedi e nostris et tribus aliis Codd. pro *spiritum.* Conf. V, 8, 16; VI, 2, 21. — *Agere arbitria victoriæ.* Hoc est, esse arbitrum victoriæ, sive suo arbitrio consilioque victoria uti.

20. *Precati, veniam defectonis, etc.* Hæc et sqq. in Codd. et editis corruptissima multorum hominum doctorum ingenia exercuerunt. *Tellier* et *Schmieder*, quibus ego quoque assentio, putant vero proxime accessisse J. Fr. Gronovium, qui sic scribendum existimat: *precati, gratis veniam defectionis, præter auctores, impetraverunt. Megalopolitanis, quorum urbs erat obsessa, defectionis rei Achæi et Elei CXX talenta dare jussi.* Achæi nempe et Elei conjuncti Lacedæmoniis fuerunt, et Megalopolitanos desciscere nolentes obsederunt, agro haud dubie vastato et direpto. Pro quibus detrimentis illa exacta est pecunia. Lacedæmonios *gratis* ait impetrasse veniam, dicturus contrarium de ceteris. In Codice Theocreno legitur; *precati ægre veniam defectionis, præterquam auctoribus.* Nostri nihil lucis afferunt.

21. *Exitus belli.* Vid. supra ad IV, 1, 38, ubi ex Diodoro hoc prælium non ante sed post pugnam apud Arbela commissum esse monuimus. Confer etiam VII, 4, 32 et 39. Nam si principia tumultus Lacedæmoniorum Alexandro, quum Bactris esset, nunciabantur, hoc est, supra annum et sex menses post prælium apud Arbela, quis eum finitum credet ante id prælium? Si Justinum, lib. XII, 1 et 2, audis, Alexander de illo motu et orto, et in ipso ortu oppresso non multo post obitum Darii in Parthis ex literis Antipatri certior factus est.

animus, militarium rerum quam quietis otiique pa-
tientior, excepere eum voluptates : et quem arma
Persarum non fregerant, vitia vicerunt; intempestiva 2
convivia, et perpotandi pervigilandique insana dul-
cedo, ludique, et greges pellicum, omnia in externum
lapsa [sunt] morem; quem æmulatus quasi potiorem
suo, ita popularium animos oculosque pariter offen-
dit, ut a plerisque amicorum pro hoste haberetur.

1. *Vitia vicerunt.* Non subito, sed paullatim.

2. *Intempestiva convivia.* Nulla in veterum libris *intempestiva* convivia exstare, nisi vitio librariorum, et ubique *tempestiva* legendum esse, Salmasius ad Vopisci Florian. extr. argumentis probat, suffragantibus non minoris auctoritatis viris Gronovio ad Quintil. Declam. CCLX, et Grævio ad Sueton. Calig. c. 45. Tempestiva enim, hoc est, de medio die inita, in vitiis posita erant, ut opus non sit intempestiva illis opponi. Adde Lips. in Tacit. Ann. XIV, 2 : qui vero *intempestiva* admittit, sed nocturna, *tempestivis*, quamquam diurnis, opposita: cui noster obstat infra, conviviis, sive tempestivis legas, sive intempestivis, *dies noctesque* consumptas tradens. Freinshemio sunt intempestiva, quæ temporibus non conveniunt, instituta, quando aliud agendum erat: sed et hoc invitis puto, quos laudavi, triumviris. Hæc Cellarius. Unus Codex nostro quoque loco et § 5, *tempestiva* exhibet. — *Perpotandi.* Ad multam noctem et per totos dies. Cod. Theocr. *præpotandi.* — *Ludique.* Ludi convivales. Vid. ad § 5. — *Greges pellicum.* De quibus apud Arrianum nihil invenitur; quo auctore, Alexander, post Asiam bello captam, vini quidem intemperantissimus, Veneris vero admodum potens erat, cujus rei, præter Darii uxorem et filias, posteris quoque temporibus Roxane egregium exemplum est. Alii ignavum ad Venerem fuisse tradiderunt; exemp. c. Athenæus, X, 10, et Plutarchus pluribus locis. Fuerunt vero, qui etiam pellicum gregem post Darii mortem secum duxisse traderent, mihi non magna fide digni. Vid. ad c. 6, 8. — *Lapsa* [*sunt*] *morem.* Mediam vocem cum bonis Codd. expunxi. — *Pro hoste haberetur.* Ut plerisque vel præfectorum vel Macedonum eorum, qui ἑταῖροι vocabantur (vid. notam ad IV, 13, 26 et 28), inimicus Macedonum videretur, cujus conatibus obnitendum esset. Equidem Alexandrum vitiis Persarum cessisse non nego, sed si talia, qualia hoc loco Curtius scripsit, in veteribus de Alexandro inveniuntur, ista ex Græcorum Macedonumque Alexandrum comitantium scriptis manasse memineris, qui sibi, Asiæ domitoribus, aliquid dignitatis detrahi arbitrabantur, si regem, ut animos quoque Asiaticorum sibi conciliaret, ex moribus eorum aliquid recipere, atque cum Macedonicis miscere videbant. Non omnia, quæ Macedonibus in rege suo displicebant, nobis quoque reprehendenda sunt. Hæc *Schmieder.* Eodem sensu de Alexandro disseruerat celeberrimus nostras *Montesquieu*,

3 Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina et devictarum gentium mala impulerat. Hinc
4 sæpius comparatæ in caput ejus insidiæ; secessio militum, et liberior inter mutuas querelas dolor: ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus pavor, ceteraque his similia, quæ deinde dicen-
5 tur. Igitur quum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret, satietatem epularum ludis interpolabat, non contentus artificum, quos e Græcia exciverat, turba; quippe captivæ [feminarum] jube-

Esprit des lois, lib. X, cap. 13 et 14, cujus verba, non quidem in omnibus, in multis tamen probanda, hic referre liceat: « Il ne songea qu'à unir les « deux nations, et à faire perdre les « distinctions du peuple conquérant et « du peuple vaincu; il abandonna, « après la conquête, tous les préjugés « qui lui avaient servi à la faire; il prit « les mœurs des Perses, en leur faisant « prendre les mœurs des Grecs...... « Quand César voulut imiter les rois « d'Asie, il désespéra les Romains pour « une chose de pure ostentation; quand « Alexandre voulut imiter les rois « d'Asie, il fit une chose qui entrait « dans le plan de sa conquête. »

3. *Impulerat.* Et exemplo suo, et vestibus donatis, quas illi aspernantes recusare non audebant. Confer infra c. 6, 7. — *Solitosque.* Tenui ac vulgari cibo ad suppeditanda corpori necessaria uti assuetos, peregrinis devictorum Persarum vitiis infecerat.

4. *Et liberior.* Militum querelæ, quæ, quum paucorum essent, cæterorum silentio comprimebantur, nunc liberius erumpebant, et mutuo omnium dolore majorem vim habebant. — *Nunc ira.* Has voces, quas omisere Freinshemius, *Schmieder*, multique alii edd., e nostris Regg. Codd. restitui: nihil enim responderet his vocibus, *nunc suspiciones:* erratque ipse *Schmieder*, quum *cæteraque* interpretatur eodem sensu ac *nunc alia*, quasi vox ea responderet præcedentibus *nunc suspiciones*. Sed *nunc suspiciones* et *nunc ira* magis inter se congruunt: et quomodo hæc duo verba tot editorum diligentiam fefellerint, non satis mirari queam.

5. *Ludis interpolabat.* Intellige quævis artis ludicræ et musices oblectamenta, quorum artifices sunt saltatores, mimi, citharistæ, tibicines, etc. Pro *interpolabat* nostri Regg. et quinque alii Codd. *interpellabat.* — *Exciverat.* Sic scripsi cum nostris Regg. Codd., quatuor aliis et cum Schmieder. pro *excitaverat.* Namque, ut notavit Schefferus, excitantur, qui per otium, ignaviam, aut similes caussas manent in occulto, ac proferre se nolunt; quod hic non attenditur, sed id solum, quod ad se evocarit e tam longinquis terris. Id autem est *excire.* — *Captivæ [feminarum].* Secunda vox a nostris Regg. et aliis optimis Codd. abest. Iidem scribunt *turbæ* pro *turba.* Con-

bantur suo ritu canere inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen. Inter quas unam rex ipse con- 6
spexit mæstiorem quam ceteras, et producentibus eam verecunde reluctantem; excellens erat forma, et formam pudor honestabat; dejectis in terram oculis, et, quantum licebat, ore velato, suspicionem præbuit regi, nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. Ergo interrogata quænam esset? ne- 7
ptem se Ochi, qui nuper regnasset in Persis; filio ejus genitam esse, respondit; uxorem Histaspis fuisse. Propinquus hic Darii fuerat, magni et ipse exercitus prætor. Adhuc in animo regis tenues reliquiæ pristini 8
moris hærebant: itaque fortunam regia stirpe genitæ et tam celebre nomen reveritus, non dimitti modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes jussit: virum quoque requiri, ut reperto conjugem redderet. Postero 9
autem die præcipit Hephæstioni, ut omnes captivos in regiam juberet adduci: ubi singulorum nobilitate

jicerem itaque omnem locum sic sese habuisse: *non contentus artificum, quos e Græcia exciverat: quippe captivæ jubebantur suo ritu .... etc.* Dicitur *contentus alicujus rei* pro *re aliqua*, ut notavit Gifanius, Observ. in ling. lat. Omnia igitur lucidius fluerent, si lectionem meam admiseris; et tandem exsularet hellenismus ille, *captivæ feminarum* pro *captivæ feminæ*, quod non multum mihi placet. Omnia vero illa, ut quæ ipse conjeci, in textum recipere, licet auctoritate Codd. nitantur, non ausus sum. Judicet eruditus lector.

6. *Convivales.* Scripti Codd. *conviviales.* Sed *convivales* usitatius videtur bonis auctoribus.

7. *Nuper.* Ante Darium et Arsen. —*Histaspis.* Legendum est: *Hystaspis,* Bactriani, quem Alexander, ex India reversus, Persis agemati adscriptis præfecit. Arrian. VII, 6, 7.

9. *In regiam.* Cujusnam urbis? Ex Curtio saltem hoc non liquet. Intelligo eam, quæ Ecbatanis erat. In seqq. enim Curtius ea exponit, quæ supra lib. V, 13, 2 (ubi vide notam), neglexerat. Ni fallor, duos auctores Darii fugam et Alexandri persecutionem narrantes inspexit; alterum supra, alterum hoc loco sequitur. Scilicet ille maxime Darii fugientis fata narraverat, adjectis de Alexandro iis tantum, quibus supersedere non poterat; hic, sicut Arrianus, contraria via iverat, paucissima de Dario, sigillatim vero Alexandri Darium persequentis res gestas referens. Hæc Curtius superioribus suo quæque loco adnectere debuisset. Alia igitur supra suo loco narravit, alia nostro eoque alieno.

spectata, secrevit a vulgo, quorum eminebat genus. Decem hi fuerunt; inter quos repertus est Oxathres, Darii frater, non illius fortuna, quam indole animi
10 sui clarior. Sex et viginti millia talentum proxima præda redacta erant: e quîs duodecim millia in congiarium militum assumpta sunt; par huic pecuniæ

Hinc factum est, ut bis videatur Alexander in Parthienen pervenisse, supra, quum Darium assequeretur, et infra, § 12 hujus cap. Hinc omnis omnino confusio, et in sequentibus quoque illud inconcinnum et incongruum, quod alios etiam interpretes offendit. Igitur, si mihi credis, quum Alexander, Darium persequuturus, ex Parætacene Mediam ingressus, Ecbatana venisset, acciderunt illa de Ochi nepte, et captivis in regiam adductis. Hæc *Schmieder*. — *Secrevit a vulgo*. Sejunxit a vulgari captivorum turba illos, quorum stirps nobilitate excellebat. — *Decem hi fuerunt*. In Codd. est, *mille;* quod nimium est. Sed cur edd. pro nimio hoc numero *decem* receperint, non satis video. — *Oxathres*. Cujus supra III, 11, 8, cum laude mentio facta est.

10. *Sex et viginti millia talentum, proxima præda* (vel *e proxima præda,* ut duo Codd. et Curt. supra IV, 11, 11), *redacta,* sive collecta *erant*. Proxima præda ex Curtii mente ea esse videtur, quam cum Dario ceperant. Darii autem pecuniam et supellectilem jam ante barbari diripuerant, quum a suis in vincula conjiceretur; lib. V, 12, 17; Strab. pag. 1063. Potest quoque ea præda intelligi, qua Alexander, Darium persequens, in Media potitus erat. Sic enim Diodorus, XVII, 74: « Alexander, post mortem Darii, ingentibus donis milites honoravit, quod et natura magnanimus erat, et in persequendo Dario multa pecuniarum vi potitus erat. A gazarum (scilicet in Media) custodibus VIII M talentum acceperat. Præter hæc ea, quæ militibus distributa erant, cum ornamentis et poculis (in gazis forte repertis) XIII M talentum efficiebant. Summa autem furto aut per vim abstractorum (scilicet ut mihi videtur, antequam Alexander istis gazis potiretur) longe amplior censebatur. » — De his omnibus ne verbum quidem scripsit Arrianus. De pecunia prius in Persis capta, adde ex Arriano, III, 19, 13, eam Ecbatana allatam, in arce ejus urbis depositam, Harpalique custodiæ traditam esse. Parmenioni fuerat cura earum deponendarum. Just. l. XII, c. 1: « Pecunia omnis, centum nonaginta millia talentum, Ecbatana congesta, eique Parmenio præpositus. » Confer Strabon. lib. XV, p. 1062. Alexandro ulterius progresso, Harpalus magnam pecuniæ sibi creditæ vim sibi attribuit. Vid. Freinshemii supplem. ad l. X, 1. — *Duodecim millia*. Necesse non est, ut cum Loccenio legas *tredecim M,* ut, quia par summa subtracta est fraude, ex utraque conficiantur XXVI M. — XXIV millibus absumptis et subtractis, duo millia supererant. — *Congiarium*. Quamquam, inquit Cellarius, distinguunt Latini sæpe numero, ut *donativum* militi, *congiarium* plebi addatur (vid. Tacit. Annal. XII, 41; Plin. Paneg. 13), tamen etiam laxiore usu vocis, quæ militi donantur, *con-*

summa custodum fraude subtracta est. Oxydates erat 11
nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam Mediæ attribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni vetustæ claritatis honore servato.
Hinc in Parthienen perventum est, tunc ignobilem 12
gentem, nunc caput omnium, qui post Euphraten et Tigrim amnes siti, rubro mari terminantur. Scythæ 13

giaria sunt. Quintilianus, l. VI, c. 3, etiam dona, quæ Augustus amicis misit, *congiaria* vocat; additque *congiarium* esse *commune liberalitatis atque mensuræ*. Confer ad Tacitum, nostræ editionis tom. IV, pag. 260 sqq.

11. *Oxydates*. Quum Alexander Darium persequendo ab Ecbatanis Rhagas venisset (vid. supra ad V, 13, 2), quinque dies, ut exercitus recrearetur, substitit; eoque tempore Oxydaten, qui a Dario captus et Susis in custodia habitus fuerat, Mediæ satrapam constituit. Odium Oxydatis in Darium, tum adhuc viventem, caussa fuit, cur tantam provinciam fidei ejus Alexander traderet. Arr. III, 20, 4. — *Fratrem Darii recepit in cohortem amicorum*. Quod, inquit *Schmieder*, factum esse, quum Darius vel viveret, vel paullo post ejus mortem, mihi non persuadebis; quamvis et Diodorus, XVII, 77, pro Curtio sit, et Curtius rem ipse repetat infra VII, 5, 40. Accidit potius, quum Alexander, ex India redux, plures nobilissimorum Persarum agemati equitum amicorum adscriberet; de qua re vid. Arrian. VII, 6.

12. *Hinc in Parthienen pervenit. Hinc*, post hæc; post Mediam Oxydati tributam. Darium enim ulterius persequuturus primo die Rhagis movit ad pylas Caspias, et per easdem postero die in Parthienen. Arrianus, III, 20, 5. — *Ignobilem gentem*. Enallage est, pro: regionem, quam tunc ignobilis gens tenebat. — *Nunc caput omnium*. Scilicet populorum. Ex lege grammatices deberes supplere *gentium, quæ.... sitæ terminantur*. Gentem alicubi *sitam* esse, sæpius Curtius dixit ex. c. VII, 7, 3. De Parthis vid. supra ad IV, 12, 11. — *Rubro mari*. Hoc est, mari persico et Oceano indico.

13. *Scythæ*, etc. Scytharum Curtius hoc loco mentionem ideo fecit, quod Parthi a Scythis oriundi credebantur. Igitur summatim pauca de Scythis præmisit, ut post illa, a quibus Scytharum Parthi conditi sint, adjicere posset. Sed et tempora et loca commiscuit. Scythia Herodoti Græcorumque circa tempora Alexandri ab ostiis Istri septemtrionem, tum orientem versus circum Pontum Euxinum et paludem Mæotim, atque longius ultra Tanaim extendebatur. Erat idem nomen omnium ejus tractus et terrarum et gentium incognitarum. Qui Scythæ cis Tanain sedes habebant, Europæ; qui ultra, Asiæ adscribebantur Maximæ partis locorum, quos tenebant, natura ignorabatur, proximorum inter Istrum et Borysthenem magis erat perspecta; de quibus propioribus verissime dicitur, *Scythas regionem campestrem ac fertilem occupasse*, hoc est, habere. Campestris est Bessarabia et reliqua ad Borysthenem regio, atque ex magna parte fertilissima. Magnæ

regionem campestrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolæ; sedes habent et in Europa, et in Asia. Qui super Bosporum colunt, adscribuntur Asiæ; at qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ latere ad Borysthenem, atque inde ad Tanain, alium amnem, recta
14 plaga attinent. Tanais Europam et Asiam medius interfluit; nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere, non a Bosporo, sed ex regione Europæ
15 penetraverint. Urbs erat ea tempestate clara Heca-

planities sunt in ulteriore quoque Scythia, quatenus veteribus innotuit: quare si veteres Scythiam omnem, cognitam et incognitam, campestrem dixerunt, non miror. Scythæ vocantur *graves adhuc accolæ*, hoc est, non olim solum in alias terras excursiones facere soliti, sed, Curtii quoque tempore, graves accolæ cuicumque populo vicino. At jam inde a temporibus Mithridatis Magni Scytharum ab oris Ponti depulsorum sedes Sarmatæ tenebant, hi quoque graves accolæ. Num igitur de Scythis superioris Asiæ, Massagetis et Sacis, intelligendus est, gravibus Parthorum regno vicinis? Non ita videtur. Nam pergit: *Sedes habent* scilicet nunc, Curtii quoque tempore, *et in Europa et in Asia;* et: *qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ latere ad Borysthenem, atque inde ad Tanain alium amnem recta plaga attinent*. Quod solummodo de Herodoti Scythis verum est. Si adjecit: *qui super Bosporum colunt, adscribuntur Asiæ*, intelligendus Bosporus Cimmerius, ultra quem qui ad lævam Tanais colebant, Asiæ adscribebantur. Si nostrum bene novi, locum Græci alicujus antiquioris, suo ævo vera scribentis, ad verba reddidit latinum. Non audio eos, qui prima verba, *Scythæ regionem.... accolæ*, ita interpretantur: Scythæ occuparunt campestrem et fertilem Parthienen. Parthiene, sive potius Parthyæa, nec campestris, nec fertilis, sed maximam partem montibus et arena obsita erat; et Scythæ, occupata regione, non *accolæ* sed *incolæ* dici debuissent. Hæc *Schmieder*. Conferatur index geographicus.

14. *Nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere, non a Bosporo, sed ex regione Europæ penetraverint.* Excusandus est noster ex errore omnibus antiquioribus de Alexandro scriptoribus communi. Alexander et Macedones per Bactrianam et Sogdianam septemtrionem versus progressi, nescio quo fato, in confiniis Europæ et Asiæ se versari credebant; Paropamisus mons vocabatur Caucasus; Iaxartes fluvius, (Syr. *Daria*) videbatur esse Tanais. Ergo quæ terra ultra Iaxarten erat, pro Europa habebatur, incolæ pro Scythis Europæis, a quibus quin Parthi conditi sint, vix dubitari potest. Parthi ergo non a Bosporo cimmerio per Caucasum Armeniam et Mediam ad montes suos penetrarunt, sed ex regionibus ultra mare Caspium, qua via et aliæ gentes in Asiam inferiorem penetrarunt.

15. *Hecatompylos*. Vox græca est, et urbem centum portas habentem significat. Si Appiano in Syriac. cre-

ɔylos, condita a Græcis : ibi stativa rex habuit meatibus undique advectis. Itaque rumor, otiosi tis vitium, sine auctore percrebuit, regem conum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protereddire statuisse. Discurrunt lymphatis similes in 16
rnacula, et itineri sarcinas aptant : signum datum eres, ut vasa colligerent. Totis castris tumultus : contubernales suos requirentium, hinc oneranı plaustra, perfertur ad regem. Fecerant fidem 17
ori temere vulgato Græci milites, redire jussi ıos, quorum equitibus singulis denariorum sena ia dono dederat. Ipsis quoque finem militiæ adesse lebant. Haud secus, quam par erat, territus Alexan- 18
, qui Indos atque ultima Orientis peragrare staset, præfectos copiarum in prætorium contrahit : rtisque lacrymis, ex medio gloriæ spatio revocari

llud nomen urbi alicui Parthoıb Seleuco Nicatore inditum est; ɔst Alexandrum. Forte, ut aliis, ic quoque urbi accidit, ut Græci cedones nomen orientale vertea nomen græcum. Posteris temus, clara sedes Arsacis erat, Parm regni conditoris; at si jam Alexandrum clara fuit, qui priEuropæorum in illas terras pene-, nemini *a Græcis conditam* pro-; quæ Curtii opinio, ex græco riorum temporum nomine, nata ır. Locus urbis nostris temporiquibus illa terra fere incognita gnoratur; Strabone teste, longe pylas Caspias (confer Mannert. I, pag. 109), Polybio auctore, edia Parthia sita erat, et inde, viæ ex multis regionibus ibi at, nomen centum portarum inat. Inde igitur per vias plures superior adiri poterat. Jam vides am, cur Alexander, post Darii mortem, in ea potissimum urbe stativa haberet.

16. *Vasa colligerent.* Vasa colligere dicuntur, qui supellectilem omnem in sarcinas componunt, seque itineri parant; quod unico vocabulo *convasare* sæpius dicitur; *plier bagage.*

17. *Græci milites, redire jussi domos.* Alexander, quum adhuc Ecbatanis esset, Thessalos equites et reliquos socios (hoc est, Græcos, quorum alacritatem ad perferendos labores fractam senserat) domum remisit, præter integrum stipendium duobus millibus talentum donatos, exceptis iis, qui privatim stipendia mereri vellent. Arr. III, 19; Plut. cap. 42. Equitibus singulis talentum dono dedit, peditibus denas minas. Diodor. XVII, 74. Hic vero, contra priores, cum Curtio Græcos post mortem Darii dimissos tradidit; quod quidem per se verisimilius est. Τοὺς δ' ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων συμμαχήσαντας συναγαγὼν,

se, victi magis, quam victoris fortunam in patriam
19 relaturum conquestus est: nec sibi ignaviam militum
obstare, sed deorum invidiam, qui fortissimis viris
subitum patriæ desiderium admovissent, paullo post
20 in eamdem cum majore laude famaque redituris. Tum
vero pro se quisque operam suam offerre: difficillima
quæque poscere; polliceri militum quoque obsequium,
si animos eorum leni et apta oratione permulcere
21 voluisset. Nunquam infractos et abjectos recessisse,
quoties ipsius alacritatem et tanti animi spiritus hau-
rire potuissent. Ita se facturum esse respondit. Illi
modo vulgi aures præparent sibi; satisque omnibus,
quæ in rem videbantur esse, compositis, vocari ad
concionem exercitum jussit, apud quem talem oratio-
nem habuit.

1 III. « Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites,
intuentibus vobis, minime mirum est, et desiderium
2 quietis, et satietatem gloriæ occurrere. Ut omittam
Illyrios, Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam,

καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσας, ἀπέλυσε μὲν τῆς στρατείας.

19. *Deorum invidiam.* Commune veteribus loquendi genus. Noscitur præsertim ex Herodoto, l. I, invidos esse felicitati humanæ Deos. Noster Curtius, X, 5, 10: « Invidia Deum ereptum esse rebus humanis. » Vide Florum, I, 13, 8.

20. *Infractos.* Valde fractos, timidos, desperantes, ut *in* augeat, non minuat vim simplicis. Vide Virg. Æn. IX, v. 499; Vell. Paterc. II, 37 et 39; et quæ notata sunt in hujusce Collectionis Virgil. XII, 1: « Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt; » v. IV, 296; et v. VII, 199.

21. *Modo.* Hanc vocem e nostrorum Regg. Codd. auctoritate restitui, qua illustrior adhuc sensus est. Modius rejiciebat *vulgi*, nec meliori de caussa. Usitatissimum enim est apud nostrum cæterosque auctores pro *militibus*. Curtius, lib. X, 5, 3: « Dimissoque vulgo, velut omni vitæ debito liberatus. » Virgil. Æn. II, v. 99: « .... Spargere voces In vulgum ambiguas et quærere conscius arma. » Ib. v. 119: « ....Vulgi quæ vox ut venit ad aures. »

2. *Illyrios, Triballos*, etc. Ductu suo, postquam rex factus erat, vicit primo Thraciam, tum Triballos et Getas, tum Illyrios, tum Bœotiam, hoc est, Thebanos; auspicio suo, quum jam in media Asia versaretur, ductu Antipatri, Spartam et reliquam Peloponnesum, quæ a parte Spartanorum steterat. Confer lib. V, 1, 1.

eos, Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia rio auspicioque perdomui : ecce orsi bellum ab 3 sponto, Ionas, Æolidem, servitio barbariæ impos exemimus : Cariam, Lydiam, Cappadociam, giam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas, Cili-, Syriam, Phœnicen, Armeniam, Persidem, Me-Parthienen habemus in potestate; plures provin- 4 complexus sum, quam alii urbes ceperunt : et io, an enumeranti mihi quædam ipsarum rerum itudo subduxerit. Itaque si crederem, satis cer- 5 esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate uimus, ego vero, milites, ad penates meos, ad ntem sororesque, et ceteros cives, vel retinentibus s, erumperem, ut ibi potissimum parta vobiscum e et gloria fruerer, ubi nos uberrima victoriæ mia exspectant, liberorum, conjugum parentum-lætitia, pax, quies, rerum per virtutem partarum ra possessio. Sed in novo, et (si verum fateri 6 mus) precario imperio, adhuc jugum ejus rigida ice subeuntibus barbaris, tempore, milites, opus

Ab Hellesponto. Sic clare unus t; quatuor alii *ad Hellesponto;* verior lectio satis patet. Vulgo *llespontum.* — Nostri quoque ha- *orsum bellum* pro *orsi bellum.* qq. nomina provinciarum, geo-iæ et historiæ immemor, ita re-it, ut Ionas ante Æolidem, Ca-ante Lydiam, Cappadociam ante giam, Paphlagoniam ante Pam-am commemoraret. In scriptore ntiori non facile nominum sic de industria temere commisto-exemplum reperies. Excusandus n est : non auctor, sed Alexander tur.

Quædam. Scilicet nomina pro-arum. Nominatim exemp. c. non recensuit Ægyptum, Mesopotamiam, Assyriam, Babyloniam, Susianam. Rader. et Froben. malebant: *quasdam.*

5. *Retinentibus.* Vulgo *renitentibus :* sed lectionem meorum Codd. prætuli.

6. *Precario imperio.* Quod quasi de barbarorum arbitrio penderet. Nam, ut recte Freinshemius, « quamquam Darius magnis aliquot prœliis victus erat, multas tamen nationes habebat id imperium, quarum unaquæque suis viribus bellum gerere contra Macedones potuisset. Itaque recte dicit, precario potius imperio eas teneri, quam vi, si verum fateri oporteat. Quamquam enim postea de armis suis subjiciat, intelligit tamen ad obtinendum tantum imperium plus terroris esse,

est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, et efferatos
7 mollior consuetudo permulceat. Fruges quoque ma-
turitatem statuto tempore exspectant: adeo etiam illa,
8 sensus omnis expertia, tamen sua lege mitescunt! Quid?
creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assue-
tas, non sacris, non moribus, non commercio linguæ
nobiscum cohærentes, eodem prælio domitas esse,
quo victæ sunt? Vestris armis continentur, non suis
moribus; et, qui præsentes metuunt, in absentia
hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas et
inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies
9 mitigat. Et adhuc sic ago, tamquam omnia subacta
sint armis, quæ fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam
Nabarzanes occupavit; Bactra non possidet solum par-
ricida Bessus, sed etiam minatur: Sogdiani, Dahæ,
Massagetæ, Sacæ, Indi sui juris sunt. Omnes hi, simul
10 terga nostra viderint, sequentur. Illi enim ejusdem
nationis sunt; nos alienigenæ et externi: suis autem
quique parent placidius, etiam quum is præest, qui

quam virium.» — *Mollior consuetudo.* Alii Codd. *melior consuetudo*, quod nostri habent, et malebat Modius.

8. *In absentia.* Cum Acidalio malebat *in absentes* Schmiederus. — *Cum feris bestiis.* Ea ibi Schmiederi nota est: «Num tibi Curtius orationem Alexandri bene finxisse videtur, quum eos barbaros, quorum maxima pars summæ mollitiei dedita erat, quorum mores ex parte vel Alexander imitabatur (c. 2, 2), *feras bestias*, et supra: *efferatos*, *mitioribus ingeniis imbuendos* appellat?» Sed non reputavit vir cl. non de moribus barbarorum hic agere Alexandrum, sed de ingenio tantum novæ dominationi nondum assueto. Hæ voces, *feras*, *efferatos*, etc. non de leonibus modo, pardisve aut aliis sanguineis bestiis dicuntur, sed de cervis quoque, damis cæterisque quæ non ad hominis nutum, sicut canes, aut equi, mitigantur. Barbari effeminatos mores habere poterant, sed non esse mitigatos (*apprivoisés*).

9. *Sic ago.* Sic loquutus sum. — *Massagetæ*, *Sacæ.* Quos non fuisse Persarum subditos, sed ex fœderis lege junctos, supra ad lib. IV, 9, 2, monuimus. — *Sui juris sunt.* Suis ipsorum legibus, non nostris parent.

10. *Ejusdem nationis sunt.* Eidem imperio huc usque assueti fuerunt: per κατάχρησιν sic loquitur. — *Timeri.* Sensus est: etiam asperum et immitem Principem, dum indigena sit, tolerari præ externo et alieno, quantumcumque humano et leni.

magis timeri potest. Proinde aut, quæ cepimus, omit- 11
tenda sunt, aut, quæ non habemus, occupanda. Sicut
in corporibus ægris, milites, nihil quod nociturum
est, medici relinquunt; sic nos, quidquid obstat im-
perio, recidamus. Parva sæpe scintilla contempta
magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste de-
spicitur : quem spreveris, valentiorem negligentia
facies. Ne Darius quidem hereditarium Persarum ac- 12
cepit imperium; sed in sedem Cyri, beneficio Bagoæ
castrati hominis, admissus : ne vos magno labore cre-
datis Bessum vacuum regnum occupaturum. Nos vero 13
peccavimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut
servo ejus traderemus imperium, qui ultimum ausus
scelus, regem suum, etiam externæ opis egentem,
certe, cui nos victores pepercissemus, quasi captivum
in vinculis habuit, ad ultimum, ne a nobis conservari
posset, occidit. Hunc vos regnare patiemini, quem 14
equidem cruci affixum videre festino, omnibus regi-
bus gentibusque fidei, quam violavit, meritas pœnas
solventem? At hercule, si mox eumdem Græcorum 15

11. *Sicut in corporibus ægris.* Ea jubet Hippoc. Epidem. VI, 2.—*Parva scintilla.* Dictum est vulgi sermone tritum, Horat. Epist. I, 18, 85 : « Et neglecta solent incendia sumere vires. » Ovid. Metam. VII, 80 : « Parva sub inducta latuit scintilla favilla. » Adde Cicer. Philipp. V, 11; Flor. III, 5, 14.

12. *Sedem Cyri.* Κύρου θρόνον. — *Beneficio Bagoæ castrati hominis.* Philippi temporibus in Persis regnabat Artaxerxes Ochus, qui, multo propter crudelitatem odio contracto, a Bagoa chiliarcho et eunucho, ipso ultra multos cruento, per medicum aliquem veneno necatus fuit. Ceteris Ochi filiis (vel omnibus, vel plurimis) interfectis, ejusdem Bagoæ auctoritate, Arses, natu minimus, in solio fuit collocatus; hoc quoque, quum patrem et fratres ulturus videretur, tertio imperii anno cum liberis necato, exstinctaque domo regia, iterum hujus Bagoæ beneficio, successit Darius, Arsanæ filius, Ostanæ, qui frater Artaxerxis fuerat, nepos. Qui quum et sibi a Bagoa insidias strui intellexisset, a tot cædium auctore debitam pœnam sumpsit. Conf. Diod. XVII, 5; Plutarch. II, de fort. Alex. et Strabon, XV : ὃν ἀποκτείνας Βαγώας ὁ εὐνοῦχος κατέστησε Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων.

13. *Servo ejus.* Licet magnarum terrarum præfecto. — *Ultimum ausus scelus.* Maximum, gravissimum scelus, nempe parricidium.

urbes, aut Hellespontum vastare nunciatum erit vobis,
quo dolore afficiemini, Bessum præmia vestræ occu-
passe victoriæ? Tunc ad repetendas res festinabitis :
16 tunc arma capietis. Quanto autem præstat territum
adhuc et vix mentis suæ compotem opprimere? Qua-
tridui nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives,
tot amnes superavimus, tot montium juga transcurri-
mus. Non mare illud, quod exæstuans iter fluctibus
occupat, euntes nos moratur; non Ciliciæ fauces et
17 angustiæ includunt : plana omnia et prona sunt. In
ipso limine victoriæ stamus; pauci nobis fugitivi et
domini sui interfectores supersunt. Egregium me her-
cule opus, et inter prima gloriæ vestræ numerandum
posteritati famæque tradetis, Darii quoque hostis,
finito post mortem ejus odio, parricidas esse vos ultos,
18 neminem impium effugisse manus vestras. Hoc per-
petrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore,
quum intellexerint vos pia bella suscipere, et Bessi
sceleri, non nomini suo, irasci? »

1 IV. Summa militum alacritate, jubentium, quocum-

16. *Quatridui*. Hecatompylos Bactris aberat, si Plinio credimus, VI, 15, stadia 2636; si Straboni, 4530; quorum etsi alterutrum falli constat, procul dubio tamen plus quatridui itinere supererat. — *Plana omnia*. Omnia hæc ad excitandam militum fiduciam congerit, minime vero consentanea. Non enim Parthorum regio de qua egrediendum erat, plana et declivis est, quæ contra montibus ac desertis vastissimis tota cingitur, ut ex Plinio aliisque discimus, præter Oxum fluvium, etc.—*Non mare illud*. Respicit ad mare pamphylium, de quo vide ad V, 3, 22.

17. *Darii*. Plurimi, inter quos nostri Codd. *Darium quoque hostem*. Quod si præplacet, delenda est, Freinshemio monente, vox *parricidas*.

18. *Nomini suo*. Persico nomini et genti.

1. *Jubentium*. Omnes fere Codices legunt *subeuntium*, quod Gronovio Obs. II, 4, Heinsio et Snakenburgio recipiendum videtur. Librarios enim non facile difficiliorem lectionem pro usitatissima scripsisse putant. *Subire orationem*, vel *sermonem*, pro *excipere* Cicero dixit de Divinat. lib. I, et Ep. ad Fam. XI, 6 (cujus vero loci alia est sententia); pro *respondere*, Claudianus, IV Cons. Hon. «... Dicturum plura parentem Voce subit.... » et Cons. Mallii, v. 173 : « .... Subit ille loquentem Talibus.... » Heumanno

que vellet, duceret, oratio excepta est; nec rex moratus impetum, tertioque per Parthienen die, ad fines Hyrcaniæ penetrat; Cratero relicto cum iis copiis, quibus præerat, et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equitibus et totidem sagittariis, ut ab incursione barbarorum Parthienen tueretur. 2
Erigyium impedimenta, modico præsidio dato, campestri itinere ducere jubet. Ipse cum phalange et equitatu CL stadia emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam adeunt, communit. Nemus præaltis densisque arboribus umbrosum est, pingue vallis solum rigantibus aquis, quæ ex petris imminentibus manant. Ex 3
ipsis radicibus montium Zioberis amnis effunditur, 4

tamen recte, opinor, magis probatur vulgata. Nam ex locis adscriptis *subire* non simpliciter et absolute pro *respondere* adhiberi vides.

2. *Tertioque die.* Si Diodor. XVII, 75, sequeris, Alexander, post Darium captum, tridui itinere facto, Hecatompylon venit, et inde CL stadia emensus, ad fines Hyrcaniæ. Vide ad VI, 2, 15. Sita est Hyrcania ad lævam viæ publicæ, quæ (per Parthyæam) Bactra versus ducit, et ab una quidem parte, qua meridiem spectat, montibus silva obtectis ac celsis coercetur; ab altera, quæ in septemtrionem vergit, campus ejus patet, in magnum quod illic est mare. Arrian. III, 23, 2. — *Cratero relicto.* Non relictus est Craterus, sed alia, quam ipse rex, via, montes transivit, quod adeo ipse Curtius infra in § 23, testatur. Alexander Hyrcaniam ob eam potissimum caussam, quod Græci per montes intermedios fugerant, petiturus, quo minus Græci effugerent, exercitum tripartito duxit. Craterum *cum iis copiis, quibus præerat,* h. e. sua chiliarchia, *et ea manu, quam Amyntas ducebat,* h. e. Amyntæ chiliarchia, utraque ex peditibus amicorum, additis aliis paucis, per montes Tapurorum, qua via Græci fugisse dicebantur, in Hyrcaniam misit, ut et Græcos persequeretur, et Tapuros subigeret, a quorum incursionibus sic etiam Parthiene defendebatur. Erigyium cum impedimentis non tam *campestri itinere*, nam et huic montes transeundi erant, sed τὴν λεωφόρον τε καὶ μακροτέραν ἡγεῖσθαι jussit, hoc est, via publica, eaque longiore. Ipse rex cum plurimis expeditissimisque via brevissima difficillimaque contendebat, Arrian. III, 23, 6.

3. *CL stadia emensus.* Ab urbe Hecatompylo.

4. *Ex ipsis radicibus montium.* Ex antro in radicibus præcelsæ petræ, Diodorus. In describendo fluminis ingenio Curtius copiosior est Diodoro. In tribus Codd. et in nostris Regg. vocatur *Ziobetis;* apud Diodorum Στιβοίτης, μέγας ποταμός, cujus in aliis scriptoribus non exstat memoria. *Rhidagi* præter Curtium ne Diodorus quidem mentionem fecit. Est fortasse major fluvius, qui in montibus e pluribus

qui tria fere stadia in longitudinem universus fluit;
deinde saxo, quod alveolum interpellat, repercussus,
5 duo itinera velut, dispensatis aquis, aperit. Inde torrens,
et saxorum, per quæ incurrit, asperitate violentior
terram præceps subit. Per ccc stadia conditus labitur;
rursusque velut ex alio fonte conceptus editur, et
novum alveum intendit, priore sui parte spatiosior;
6 quippe in latitudinem XIII stadiorum diffunditur; rur-
susque angustioribus coercitus ripis iter cogit: tandem
in alterum amnem cadit, cui Rhidago nomen est. In-
7 colæ affirmabant, quæcumque dimissa essent in caver-
nam, quæ propior est fonti, rursus, ubi aliud os
amnis aperit, exsistere. Itaque Alexander duos tauros,
qua subeunt aquæ terram, præcipitari jubet, quorum
corpora, ubi rursus erumpit, expulsa videre, qui
8 missi erant, ut exciperent. Quartum jam diem eodem
loco quietem militi dederat, quum literas Nabarzanis,
qui Darium cum Besso interceperat, accipit; quarum
sententia hæc erat: Se Dario non fuisse inimicum;
immo etiam, quæ credidisset utilia esse, suasisse: et
quia fidele consilium regi dedisset, prope occisum ab
9 eo. Agitasse Darium, custodiam corporis sui contra
jus fasque peregrino militi tradere, damnata popula-
rium fide, quam per ducentos et triginta annos invio-

fontibus, quorum unus Zioberis est, ortus, per Parthienen labitur, et in desertis evanescit. Longam hanc fluvii descriptionem, ut prorsus inutilem, merito vituperat *Sainte-Croix*, *Exam. crit.* pag. 108. — *Interpellat*, alii *interpolat*. *Alveolus* pro *alveus* rarius apud auctores occurrit. Sensus est: fluvius a rupe, quæ tenuem ejus alveum interrumpit, resiliens, duos canales sibi facit, quasi ex æquo divisis et dispensatis undis.

5. *Et novum.* Alterum canalem sibi aperit, largior quam prius fuerat.

6. *XIII stadiorum.* Si numerus non est corruptus, flumen stagnare et lacum facere debuisset. Quin immo, noster Reg. 5718 scripsit *triginta et trium* pro, *tredecim*, quod multo magis incredibile foret.

7. *Ubi aliud os.* Ubi fluvius novum exitum habet, emergere. — *Erumpit.* Scilicet amnis.

9. *Ducentos et triginta annos.* In

latam regibus suis præstitissent. Se in præcipiti et 10
lubrico stantem, consilium a præsenti necessitate re-
petisse. Darium quoque, quum occidisset Bagoan, hac
excusatione satis fecisse popularibus, quod insidian-
tem [sibi] interemisset. Nihil esse miseris mortalibus 11
spiritu carius; amore ejus ad ultima esse propulsum;
sed ea magis esse sequutum, quæ coegisset necessitas,
quam quæ optasset. In communi calamitate suam 12
quemque habere fortunam. Si venire se juberet, sine
metu esse venturum. Non timere, ne fidem datam
tantus rex violaret : deos a deo falli non solere. Cete- 13
rum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa
exsilia patere fugienti : patriam esse, ubicumque vir
fortis sedem elegerit. Nec dubitavit Alexander, fidem, 14
quo Persæ modo accipiebant, dare, inviolatum, si

quem numerum consentiunt omnes, qui de Persarum chronologia scripserunt. — *Præstitissent.* Scil. popnlares. Non caussa est, ut cum Modio *Persas* in contextum assumas.

10. *Se in præcipiti.* In periculoso et ancipiti statu positum. — *Repetisse.* Acidalius malebat *reperisse;* id est, quæsisse et invenisse consilium e re natum, atque ut præsens necessitas subjiciebat. *Repetisse* in eumdem sensum cadit. Excusat autem se a necessitate, quæ summum quibusque factis præstat patrocinium. Thucyd. I, 76, 4: *πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον, τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων περὶ κινδύνων εὖ τίθεσθαι.* Et sic Poplicola apud Dyonis. Halicarn. V, 64 : « Necessitati impares sunt humani ingenii vires. » — *Bagoan.* Vid. de eo ad c. 3, 12. Ne quis hæreat postpaullo legens Bagoan a Nabarzane, mortuo jam ante Dario, ad Alexandrum adductum, sciat duos fuisse Bagoas cognomines; utrumque eunuchum; illum a Dario occisum, seniorem; hunc, pæne puerum, Alexandro a Nabarzane donatum. Vid. Diod. XVII, 5.

12. *Deos a Deo.* Per adulationem dictum, quod sciret Alexandrum pro Jovis filio haberi velle. Ne mireris eumdem esse abjectum Alexandro adulatorem, qui Darium proditione interceperat. Quid enim infandum non admittit ille, cui sola lex, sola industria sit principum gratiam ambire?

13. *Patriam esse.* *Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.* Ovid. Fast. I, 493 : « Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor. » Tacit. Hist. IV, 64, 6 : « Quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. »

14. *Quo Persæ modo.* Scilicet ut dextram rex daret, aut præsenti, aut per internuncium. Infinita hujusce moris exempla tum apud Græcos, tum apud Romanos, ab Homero usque ad Eusebium et Hesychium, retulit Freinshemius in nota sua ad hunc locum.

venisset, fore. Quadrato tamen agmine et composito ibat; speculatores subinde præmittens, qui explora-
15 rent loca; levis armatura ducebat agmen; phalanx
16 eam sequebatur; post pedites erant impedimenta. Et gens bellicosa, et natura situs difficilis aditu curam regis intenderant. Namque perpetua vallis jacet, usque ad mare Caspium patens. Duo terræ ejus velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt, lunæ

— *Quadrato agmine.* Livius, XXXV, 3, 2: « Inde quadrato agmine ad Pisas duxit. » Sed sic per montes in tramitibus arduis ire nequibat Alexander. Scilicet iterum sic Curtius reddidit græca ὡς εἰς μάχην. Transeundæ erant angustiæ perdifficiles, per quas ad pugnam paratos ire jubet, si forte ab montium incolis lacesseretur. Arrian. III, 23, 7.

15. *Ducebat agmen.* Prima ibat. — *Impedimenta.* Nulla hic erant impedimenta, quæ alia via Erigyius ducebat. Vid. supra § 3. — *Gens bellicosa.* Ne intelligas Hyrcanos, sed Tapuros et alios ista juga tenentes. — *Intenderant.* Sic Cod. Th. scilicet Alexandri sollicitudinem auxerant.

16. *Namque perpetua vallis jacet.* Infra § 19 seqq. respectu ad hunc locum, « Hyrcaniæ, inquit, *fastigium*, hoc est, summum montium jugum, *ut supra dictum est, perpetua valle submittitur,* hoc est, montes, per quos ex Parthiene in Hyrcaniam transitus, mare Caspium versus ita decrescunt, ut quasi vallis perpetua sit inter illos montes et litora maris. » Et § 20: « *tandem* post superatos montes *ad ulteriora*, sive plana Hyrcaniæ *perventum est*, quæ mari Caspio terminantur. » Inde palam est, nostro quoque loco sub *valle perpetua* intelligenda esse plana Hyrcaniæ inter illos montes et mare. Sed illa Hyrcaniæ plana, ad quæ Alexander penetrare cupiebat, caussa non esse poterant, cur Alexandro per montes ipsos caute transeundum esset. Alia vallis per montes erat, angustiæ potius, difficiles transitu, quas Curtius cum perpetua ista valle in unum confudit. — *Duo terræ ejus brachia excurrunt.* Cujusnam terræ? Hyrcaniæ, ex Curtii opinione. Sed quæ sequuntur e Strabonis, lib. XI, pag. 775, loco, ex eodem forte, quem Curtius sequitur, auctore descripto, illustrari possunt. Strabo accolas maris Caspii enumeraturus, « *qui ad sinistram*, inquit, *in Caspium mare intranti,* per fretum, quod ad septemtrionem vergere credebatur, *offeruntur Nomades, a nostris hodie appellantur Daæ*, *cognomento Parni; post*, meridiem versus, *solitudo est. Sequitur Hyrcania* (hoc nomen Curtium in eum induxit errorem, ut quæ sequuntur de Hyrcania intelligenda putaret) *ad quam* mare Caspium, ex illo, quod esse putabant, freto paulatim spatiosius redditum, *jam magni maris instar diffusum est usque ad montes Medicos et Armenios.* Τούτων δ' ἐστὶ μηνοειδὲς τὸ σχῆμα κατὰ τὰς ὑπωρείας, αἳ τελευτῶσαι πρὸς θάλατταν, ποιοῦσι τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου· *quorum* montium Medicorum et Armeniorum *radices in lunæ formam curvatæ, ubi ad mare* Caspium *desinunt, intimum sinum* ejus maris *faciunt.* » Igitur, vel in-

maxime similem, quum eminent cornua, nondum totum orbem sidere implente. Cercetæ, Mosyni et 17
Chalybes a læva sunt : ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi; et illos, qua vergit ad septemtrionem, hos ad occasum conversa prospectat. Mare 18
Caspium, dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit : piscium longe diversus ab aliis color est; quidam Caspium, quidam Hyrcanum appellant : alii

vito Curtio, ut veriora doceas, sic locum interpretare : *duo*, non *terræ ejus*, sed montium Armeniorum et Medicorum *velut brachia excurrunt*, ex Media septemtrionem, et ex Armenia ortum versus; isti montes *modico flexu* ea, quæ inter utrumque brachium *media* sunt, *sinum faciunt*, quo terminatur mare Caspium. Non ille sinus, sed ipsa montium brachia *lunæ maxime similia* sunt, *quum eminent cornua nondum totum orbem sidere implente*..... Huc usque Curtius cum Strabone quodammodo componi poterat. Reliqua in Strabone non leguntur, a Curtio pro doctrinæ suæ copia adjecta. Miro enim modo a mari Caspio ad Pontum Euxinum transfertur, cujus est sinus, quem Colchis claudit, Caucasus et Paryadres cingunt. In eo sinu, si ab occasu ortum versus navigas, *a læva sunt Cercetæ*, Caucasi ad Pontum accolæ (vid. Strab. p. 760), et aliæ gentes; *ab altera parte sunt Leucosyri*, sive Cappadoces, circa ostia Halyos et Iridis fluviorum; inde ad orientem sequuntur *Amazonum campi*, sive ea regio, quam antiquissimis temporibus Amazones tenuisse ferebantur, circa Thermodoonta fluvium; tum *Chalybes* ad promontorium Jasonium; denique *Mosyni*, sive, ut aliis vocantur, *Mosynæci* (de quibus omnibus videndus est Mannert. t. VI, 9): sed nec hæc nomina, ut vides, recto ordine a nostro locata sunt. *Et illos* (Cercetas) prospectat terra, *qua* ex intimo sinu *ad septemtrionem vergit; hos* Leucosyros et reliquos *terra ad occasum conversa prospectat*, hoc est, illi, si ex intimo sinu spectas, maxime septemtrionem versus, hi occasum versus siti sunt. Hæc et seqq. fere omnia ex Schmiedero sunt.

18. *Mare Caspium dulcius ceteris*, etc. Similia tradiderunt ex Polycleto Strabo, pag. 777, lib. XI; Diod. l. XVII, c. 75, et alii. Ex nota Petri Wesselingii hæc adscribo : « Nostræ superiorisque ætatis peregrinatores Caspii maris aquam ob incursum tot amnium prope littora dulcem, ab illis remotam longius, amarum ac sale multo infectum repererunt, serpentes autem nullos, quos et accolæ ignorabant, referente Ad. Oleario Itin. sui, pag. 339. » Similem esse rationem piscium colore a piscibus maris mediterranei longe diversorum, vix dubito. Freinshemius, *Schmieder*, multique alii editores scripsere, *pisces longe diversi ab aliis coloris:* ego lectionem prætuli quam dant ex Snakenburgii Codd. B. 1, 2, Amst. Lugd. nostrique etiam regii, nisi quod habent *diversi* pro *diversus*. — *Quidam Caspium, quidam Hyrcanum appellant*. Utrumque nomen ab accolis datum est; prius a Caspiis, qui montes præter litora ad occasum spectantia tenebant, poste-

sunt, qui Mæotim paludem in id cadere putent: et
argumentum afferunt aquam, quod dulcior sit quam
19 cetera maria, infuso paludis humore mitescere. A
septemtrione ingens in litus mare incumbit, longeque
agit fluctus, et magna parte exæstuans stagnat; idem
alio cæli statu recipit in se fretum, eodemque impetu,
quo effusum est, relabens, terram naturæ suæ reddit;
et quidam credidere, non Caspium mare esse, sed ex
India in Hyrcaniam cadere, cujus fastigium, ut supra
20 dictum est, perpetua valle submittitur. Hinc rex xx
stadia processit, semita propemodum invia, cui sylva

rius ab Hyrcanis, litorum ad ortum spectantium partem tenentibus. Nostri Codd. habent *Hyrcanium*. — *Mæotim paludem*. Ut videre est ex Strabone, p. 777, Alexander, et post hunc regem multi crediderunt, Caspium mare, vel idem esse cum Mæotide, vel cum illa meatu quodam conjunctum esse, et partem illius dici posse. Quæ mendacia in aliis quoque repetita inveniuntur. Mæotidis aquam dulciorem esse, quam reliquorum marium, præter alios et Polybius testatur. — *Quod dulcior sit*. Sic quatuor Codd. Vulgo, *quo dulcior sit*, sensu obscuriori.

19. *A septemtrione ingens in litus mare incumbit*. Curtius alios putare dixerat, mare Caspium cum lacu Mæotide conjunctum esse; nunc aliorum sententiam relaturus est, ex magno universam terram cingente Oceano fretum esse in mare Caspium, nec cohærere illud mare cum Mæotide. Qua occasione prius singularem narrat Oceani naturam, *magna* eum *parte*, alio tempore, *exæstuare*, hoc est, fluctibus suis multum litoris obruere; dicit magnos oceani æstus, in India alibi observatos, accolis maris mediterranei ignoratos. Eumdem vero *alio cæli statu*, alio tempore, per vices, *recipere in se fretum*, hoc est, recipere undas suas ex litoribus, quæ æstu suo inundarat; fretum dixit pro aquis, ut sæpe; *eodemque impetu, quo effusus sit*, ex litoribus *relabentem, terram naturæ suæ reddere*, hoc est, litora relinquere sine aquis. Exposita hac Oceani natura pergit: *et quidam credidere, non Caspium mare esse* discretum ab Oceano, sed ipsius Oceani partem, Indiam et Scythiam ambientis, a septemtrione igitur in litus incumbentis, et sic *ex India* per fretum aliquod *in Hyrcaniam cadentis*. Quod æque falsum esse, nostris temporibus neminem fugit. — *A septemtrione ingens*. Pelagus in vastum litus effunditur, et procul impellit undas; sed magna ejus pars, postquam exæstuando diffusa est, in modum stagni remanet. De Caspio mari vide ampliora ad Ind. geogr. — *Terram naturæ suæ*. Terram retegens, pristino in statu illam relinquit. — *Cujus fastigium*. Quæ a montibus in continuam planitiem extenditur. — *Ut supra dictum est*. Vide notam ad § 16.

20. *Hinc*. Unde? ex principio vallis puta, qua Hyrcaniam adeunt, su-

imminebat, torrentesque et èluvies iter morabantur; nullo tamen hoste obvio, penetravit; tandemque ad ulteriora perventum est. Præter alios commeatus, 21
quorum tum copia regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur, et uberrimum gignendis uvis solum est. Frequens arbor faciem quercus habet, 22
cujus folia multo melle tinguntur: sed, nisi solis ortum incolæ occupaverint, vel modico tepore succus exstinguitur; xxx hinc stadia processerat, quum Phra- 23
taphernes ei occurrit, seque et eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis, ad oppidum Arvas pervenit; hic ei Craterus

pra § 3. — *Penetravit:* nostri Regg. *penetrat.* Pro *ad ulteriora,* malebat Freinshemius *ad cultiora:* quidam habent *in loca tuta:* alii, *in loca culta:* ego vulgatam, quæ nostrorum quoque Codd. est, præfero.

22. *Frequens arbor.* De arbore eadem, cujus mel ex foliis collectum in massam condensabatur, ut aliorsum posset deferri, et de fertilitate Hyrcaniæ campestris similia tradiderunt ex Clitarcho, Diodor. XVII, 75 (ubi vid. Wessel.), et Strabo, XI, pag. 776. Ex Onesicrito tradit Plinius, XII, 8: « In Hyrcaniæ convallibus, ficis similes esse arbores, quæ vocentur *occhi,* ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. » Hodie arborem *Quest, Xirquest,* vel ut vulgo *Siracost,* hoc est, persica lingua, lac ex arbore, vocari notavit *Harduin.* Forte eo respexit Virgil. ecl. IV, 30: « Et duræ quercus sudabunt roscida mella; » ubi adi Virgil. nost. edit. et Floram Virgilianam. — *Sed nisi solis.* Nisi solis ortum anteverterint, quamvis exiguo calore mel in vapores solvitur.

23. *Phrataphernes.* Hyrcaniæ et Parthyæorum satrapa, cum quo Nabarzanes se dedidit. Arrian. III, 23, 9. — *Arvas.* Nomen aliis ignotum. De Cratero et Erigyio vide supra ad § 2. Arriano auctore, III, 23, 11, ad Alexandrum revenere, quum Zadracarta (Carta, apud Strab. pag. 776) regiam Hyrcaniæ peteret. Quam urbem rex tum demum, quum ab expeditione in Mardos redux esset, ingressus est. Arrian. III, 25, 1; Curt. VI, 5, 22. Igitur Arvas et Zadracarta non sunt diversa ejusdem urbis nomina. De situ Zadracartorum incertus sum; itineribus tamen Alexandri maxime convenire videtur, si urbem *Sari* pro veteribus Zadracartis habes. Videtur Alexander juxta fontes *Adiiszu* ex Parthiene occidentali per montes Tapurorum transisse in Hyrcaniam; ibi quum peteret Zadracarta, prius consultius videbatur a læva incursionem in Mardos facere. Quibus domitis, in castra sua redux, qua via cœperat, Zadracarta (*Sari*) versus pergebat; inde in aliam Parthienes partem, ad ortum vergentem (*Comisene, Comesh*) movebat. Hæc *Schmieder.* Adi quoque Indic. geogr. et ea quæ ad finem operis de Alexandri itineribus tradidimus.

24 et Erigyius occurrunt. Præfectum Tapurorum gentis Phradaten adduxerant; hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experiendi clementiam re-
25 gis. Satrapem deinde Hyrcaniæ dedit Menapim; exsul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

1 V. Jamque rex ultima Hyrcaniæ intraverat, quum Artabazus, quem Dario fidissimum fuisse supra diximus, cum propinquis Darii ac suis liberis modicaque Græcorum militum manu occurrit. Dextram venienti
2 obtulit rex; quippe et hospes Philippi fuerat, quum Ocho regnante exsularet, et hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat. Comiter

24. *Tapurorum.* Quæ partem montium inter Parthienen et Hyrcaniam tenebant. Nostri Codd. multique alii scribunt *Taurorum;* male. — *Phradaten.* Autophradates, ut vocatur ab Arriano, paullo post sua sponte venit, si Arriano credis.

25. *Menapim.* Amminapem, Parthyæum appellat Arrian. III, 22, 2, qui cum Mazace Alexandro Ægyptum tradiderat, adjuncto Tlepolemo, cui rerum Parthicarum et Hyrcaniarum cura commissa est. Hæc littera A nominibus Asiaticis sæpius, aut addita, aut detracta est, ut notavere Freinshemius et *Tellier.* Sic quidam dixere *Amazæum* pro *Mazæo;* vid. Steph. Byzant. Strab. et Plinium, lib. VI, 13, 6, *Amardi* pro *Mardi;* Plin. VI, 7, *Arimphæi* pro *Riphæi.* Sed fugiendus quoque aliorum quorumdam error; qui, quum in uno aut altero ejusmodi vocabulo falsi fuerunt, si moneantur id eo accidisse, quod articulum voci junxerint, deinceps omnia ejusdem soni vocabula suspecta habent, et interdum etiam radicales litteras detrahunt; quod accidisse credo in iis, quibus A, quod habebant, violenter ademptum est.

1. *Ultima Hyrcaniæ.* Minime. Venit Artabazus paullo post quam rex Hyrcaniam intraverat. Nondum ad regiam pervenerat (infra § 22), nedum ad ultima provinciæ. — *Cum propinquis Darii.* Non cum talibus, qui re vera propinqui et affines essent, sed cum quibusdam ex agmine τῶν συγγενῶν, quos Curtius, supra III, 3, 14 (ubi vide notam), cognatos Darii appellavit. Diodorus, l. XVII, c. 76, aliquos ducum Darii se dedidisse narrat. — *Græcorum.* Græci prius cum Artabazo miserant legatos, ut in fidem reciperentur, petituros. Quod quum negatum esset, Alexander in Mardos excurrebat, et illi absque pactione se dediderunt ex Mardis reverso. Arrian. III, 23. Curtius ista de Græcis alia narratione interpellare noluit.

2. *Hospes Philippi.* Confer supplem. Freinsh. lib. I, 2, 22. — *Fides conservata vincebat.* Alexandro duplici nomine carus et gratus Artabazus, et ob hospitii cum patre jus, et magis ob fidem, quam ad ultimum regi suo

igitur exceptus, «Tu quidem, inquit, rex, perpetua feli- 3
citate floreas; ego, ceteris lætus, hoc uno torqueor,
quod, præcipiti senectute, diu frui tua bonitate non
possum»; nonagesimum et quintum annum agebat.
Novem juvenes, eadem matre geniti, patrem comi- 4
tabantur : hos Artabazus dextræ regis admovit, pre-
catus ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro
essent. Rex pedibus iter plerumque faciebat : tunc 5
admoveri sibi et Artabazo equos jussit, ne, ipso ingre-
diente pedibus, senex equo vehi erubesceret. Deinde, 6
ut castra sunt posita, Græcos, quos Artabazus adduxe-
rat, convocari jubet : at illi, nisi Lacedæmoniis [et
Sinopensibus] fides daretur, respondent, se, quid
agendum ipsis foret, deliberaturos. Legati erant Lace- 7
dæmoniorum missi ad Darium, quo victo, applicave-
rant se Græcis mercede apud Persas militantibus. Rex, 8
omissis sponsionum fideique pignoribus, venire eos
jussit, fortunam, quam ipse dedisset, habituros. Diu
cunctantes, plerisque consilia variantibus, tandem
venturos se pollicentur. At Democrates Atheniensis, 9

constantem exhibuisset. Nam quod ad hospitii jura attinet, nulla in bello erant, unde Agesilaus ad Pharnabazum dicebat, Xenoph. Hellenic. IV: «Non ignorare te arbitror, etiam græcis in urbibus, hospitiorum necessitudines inter homines contrahi. Nihilominus, ubi bellum inter urbes ipsas geri cœptum est, una cum patria quilibet hospitibus bellum facit; quin etiam, si res ita ferat, nonnunquam mutuo se hospites occidunt.»

3. *Præcipiti senectute.* Extrema, quæ jam ad finem vergit, in præceps ruit.

4. *Novem juvenes.* Artabazo ex Mentoris et Memnonis sorore undecim filii et decem filiæ erant. Diod. XVII, 52, quorum, si Arrianum l. l. audis, *tres* Cophen, Ariobarzanes et Arsames, tum cum patre se Alexandro dedidere. Quarti, Pharnabazi, supra mentio facta est.

6. *At illi.* Græcorum legati. Vid. ad § 1. — *Et Sinopensibus.* Hæc cum Schmiedero inserui ex Codd. Erant enim Sinopensium legati inter illos Græcos, quos Alexander, quod, si legatos ad regem suum misissent, non inique fecissent, dimisit. Arrian. III, 24. Sinope, græca quidem urbs, sed in Asia ad Pontum Euxinum sita erat. Pro *Sinopensibus*, nostri habent *Inopensibus*, errore librarii. Mox habent *si quid*, pro *se, quid*: utrumque recte.

9. *Democrates.* Noster 5717 habet

qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit; ceteri, sicut constituerant, ditioni Alexandri se ipsos permittunt;
10 mille et D milites erant; præter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles; ceteri remissi domum, præter Lacedæmonios, quos tradi in
11 custodiam jussit. Mardorum erat gens confinis Hyrcaniæ, cultu vitæ aspera et latrociniis assueta; hæc sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset, impedimentis cum præsidio relictis,
12 invicta manu comitante procedit. Noctu iter fecerat, et prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam prælium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt; proximique vici ab
13 incolis deserti capiuntur. Interiora regionis ejus haud sane adiri sine magna vexatione exercitus poterant. Juga montium præaltæ sylvæ rupesque inviæ sepiunt;

Dinocrates. Sed quis erat ille? Raderus malebat *Demochares*. Hic frater Demosthenis, de quo vid. Plutarch. in vita Demosthenis. Curtii Democratem nemo novit.

10. *Legati ad Darium missi XC.* Vide supra ad III, 13, 15, et Arrian. III, 24. — *In supplementum distributus miles*. Arriano auctore, singulare agmen mercede conductorum in exercitu Alex. effecerunt, cui rex Andronicum præfecit, qui illos viros servare non parvam rem duxerat. — *Ceteri*. Legati. Dimissi sunt etiam, quotquot Græcorum ante societatem cum Macedonibus initam stipendia apud Persas meruerant. Arrian. III, 24.

11. *Mardorum gens*. Hi Mardi, a Mardis Persidis diversi, litora maris Caspii circa ostia Mardi, vel Amardi fluvii et montes inde ad orientem versus gentes tenebant. Vicini erant Tapurorum et Alexandro, ubi tunc erat, ad lævam siti. Alexander, quum ex Media per pylas Caspias in Parthienen intraret, Mardorum montes ad lævam reliquerat. Confer Arrian. III, 24. — *Invicta manu*. Quidam Codd. habent *invita*. Nemini placuit vox *invicta*. Alii alia substituerunt, *Lefebvre dat expedita*, Freinsh. *reliqua*, Heinsius *incita*, Schefferus *indicta*. Judicet peritus lector. Nullum sane sensum video in *invicta*; sed quum omnes Codd. consentiunt, nihil mutavi.

12. *Ex collibus, quos occupaverant*. Cum octo millibus occupaverant angustias, quibus ipsorum regio intranda erat. Diod. XVII, 76. — *Profugiunt*. Omnes fere Codd. *profugerunt*. Mox cum plurimis scripsi *adiri* pro *adire*, et *poterant* pro *poterat*.

ea, quæ plana sunt, novo munimenti genere impe-
dierant barbari. Arbores densæ sunt ex industria con- 14
sitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt,
quos intortos rursus inserunt terræ; inde velut ex alia
radice lætiores virent trunci; hos, qua natura fert, 15
adolescere non sinunt: quippe alium alii quasi nexu
conserunt, qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt
terram; itaque occulti nexus ramorum, velut laquei,
perpetua sepe iter claudunt. Una ratio erat cædendo 16
aperire saltum: sed hoc quoque magni operis; crebri
namque nodi duraverant stipites, et in se implicati
arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine
frustrabantur ictus. Incolæ autem, ritu ferarum, vir- 17
gulta subire soliti, tum quoque intraverant saltum,
occultisque telis hostem lacessebant. Ille, venantium 18
modo latibula scrutatus, plerosque confodit: ad ulti-
mum circumire saltum milites jubet, ut, si qua pateret,
irrumperent. Sed ignotis locis plerique oberrabant;
excepti sunt quidam; inter quos equus regis, *Buce-
phalam* vocabant; quem Alexander non eodem, quo

14. *Arbores densæ*. De quibus apud alios nihil memini legere. — *Lætiores*. Robustiores repullulant trunci: sic supra V, 4: « Colles frondibus læti. »

15. *Hos qua natura fert*. Hos crescere non patiuntur, quocumque ramorum indoles posceret. — *Occulti nexus*. Nostri Codd. multique alii habent, *occultu ramorum;* unus, *occulto connexu;* quidam *occultus connexus*. Cum Modio libens legerem *occulti ramorum*, pro *occulti rami;* sic dictum, ut *clausa domorum* et similia.

16. *Lento vimine*. Flexilibus flagellis cedentibus irritos reddebant securium ictus.

18. *Bucephalam vocabant*. De hoc equo vide suppl. Freinshem. I, 4, 11 seqq. et notam ad l. VIII, 14, 34. Notam quoque Mezeriaci manuscriptam in latinum vertere, et hic transcribere operæ pretium est: « Hujus nominis, inquit, sensus est *bovis caput;* affirmatque Festus eum sic vocatum, quia bovinum caput habebat; Strabo, XV, quia ipsi larga frons; Plinius, Solinus, Suidas, Aristophanis schol. Arrianus, multique alii, quia in femore bovis figura eum signaverant; Plinius quoque hoc nomen ortum ait ex ipsius feroci aspectu, torvaque facie; Solinus, ex duobus tumoribus, qui cornibus similes erant, ex ejus fronte prominentibus; Arrianus, quod, quum toto corpore niger esset, albam maculam

ceteras pecudes, animo æstimabat; nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, et regem, quum vellet ascendere, sponte sua genua submittens exci-
19 piebat, credebaturque sentire quem veheret. Majore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, equum vestigari jubet, et per interpretem pronunciari, ni reddidissent, neminem esse victurum. Hac denunciatione territi cum ceteris donis equum ad-
20 ducunt. Sed ne sic quidem mitigatus, cædi sylvas jubet, aggestaque humo e montibus planitiem ramis
21 impeditam exaggerari. Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, quum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidere; rex, obsidibus acceptis, Phradati tradere
22 eos jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. Arta-

in fronte habebat, bovis caput referentem; *Tzetzes* affirmat Bucephalam hominibus vesci solitum.» «Ego quidem, inquit *Ste-Croix*, *Exam. crit.* pag. 215, Bucephalam credo habuisse caput bovino capiti simile, et hujus generis fuisse quod vocamus *jumart*, eaque caussa tanto pretio fuisse emptum.» Alexandri Bucephalam domantis marmorea statua Romam a Constantino translata est ex Alexandria, et in Quirinali colle posita in medio thermarum quas ibidem construxerat; ex quo nomen inditum *Monte-Caballo*. Arriano auctore non a Mardis Hyrcaniæ vicinis, sed ab Uxiis, montes inter Susianam et Persidem tenentibus, exceptus erat. Cum Curtio est Diodorus et Plutarch. cap. 44. — *Sentire*. Martialis, Spectac. 17: «Quod plus et supplex elephas te, Cæsar, adorat, Hic modo qui tauro tam metuendus erat: Non facit hoc jussus; nulloque docente magistro, Crede mihi, numen sentit et ipse tuum.» Hanc quoque vectoris sui intelligentiam equo supposuit Nostras *Boileau*, *Passage du Rhin*: «Son coursier écu«mant sous un maître intrépide, Nage «tout orgueilleux de la main qui le «guide.»

19. *Per interpretem*. *Διὰ τῶν ὁμοφώνων τοῖς ἐγχωρίοις κηρύττειν προσέταξε*, etc. Diodor. XVII, 76.

20. *Planitiem ramis impeditam exaggerari*. Ut saltum, quem Mardi occupaverant, intrare posset.

21. *Aliquantulum*. Acidalius et alii malunt *in aliquantulum*. — *Desperato*. Postquam desperatum fuit. Hunc loquendi modum etiam apud alios animadvertes. — *Phradati tradere eos*. Freinsh. mavult *Phradati parere eos*, etc. Nam latinæ linguæ usus postulabat *tradi*, non *tradere*. Autophradatem saltem satrapam iis dedit, ut et Tapuris. Arrian. III, 24. — *In stativa*. In ea castra, unde in Mardos excurrerat, ubi impedimenta cum præsidio reliquerat.

ım deinde, geminato honore, quem Darius ha-
:at ei, remittit domum. Jam ad urbem Hyrcaniæ,
[ua regia Darii fuit, ventum erat. Ibi Nabarza-
accepta fide occurrit, dona ingentia ferens. Inter 23
Bagoas erat, specie singulari spado, atque in ipso
; pueritiæ; cui et Darius fuerat assuetus, et mox
ıander assuevit; ejusque maxime precibus mo-
Nabarzani ignovit. Erat, ut supra dictum est, 24
caniæ finitima gens Amazonum, circa Thermo-

Geminato honore. Curtius nihil ; videtur, nisi Alexandrum Arta- vel majorem honorem habuisse, Darium. At non remittebatur ım. Arrianus, III, 23, exserte: ıazum et filios ejus ἄμα οἱ ἐν τιμῇ Curtius ipse infra contraria nar- - *Regia Darii.* Vid. ad c. 4, 23.

. *Bagoas.* De quo Alexandri amato i potest Plut. vita Alex. cap. 67, rt. X, 1. Quem si Alexander pro Græcorum more amaret, num us infra X, 5, 32, vera de rege iit: *Veneris intra naturale desi- n usus, nec ulla, nisi ex per- voluptas,* etc. Certe Dicæarchus, Athen. XIII, pag. 603, refert ın theatro eunuchum Bagoan la- amplexum fuisse, plebemque actum plausibus excepisse. Lu- s quoque, Dialog. Mortuor. 14; us Cyrillus adv. Julianum, VI, ı15; Charistius, apud Athen. X, 434, pravas Alexandri libidines ant. Aliam caussam Alexandri Nabarzanen clementiæ dedit *De- le Sales, Hist. d'Alex.* pag. 282: xandre fit grâce à Nabarzane, le ıplice de Bessus; cette clémence : à nos yeux quelques nuages sur érité de sa douleur, à la mort de ius, auquel il brulait de succé- ; car, comme le dit Corneille, « ... Qu'il est doux de plaindre Le sort « d'un ennemi, quand il n'est plus à « craindre! » Il semble qu'en envoyant « Bessus au supplice, il l'ait puni de « s'être fait roi, plutôt que d'avoir « assassiné son roi. Nabarzane était « assassin, mais non pas usurpateur. »

24. *Ut supra dictum est*, cap. 4, 17; ubi vide notam. — *Themiscyra* est re- gio circa *Thermodoonta*, parvum flu- vium Cappadociæ, qui juxta promon- torium Herculeum in Pontum Euxi- num effunditur; longe igitur ab Hyr- cania abest; nec magis iis terris, quæ inter Caucasum et Phasin amnem sunt, contermina est. — *Gens Amazo- num.* Amazonum, propter Græcorum mythos, multa quidem apud veteres mentio facta est; fuisse autem *gentem,* qualem poetæ scripserunt, nemini fa- cile probabis. Quod qui primi credi- derant, regionem circa Thermodoon- ta Amazonibus tribuerant. Ubi quum posteris temporibus nullæ inveniren- tur, quo magis regiones circa Cau- casum explorabantur, eo longius in Scythiam et terras incognitas remove- bantur. Scilicet perire non debebant, quas omnis antiquitas celebraverat. Nullas circa Thermodoonta Amazones fuisse Alexandri temporibus, certo certius erat; [illegible] regina inde ad regem [illegible] hoc aliunde

25 doonta amnem, Themiscyræ incolentium campos. Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Hæc, cupidine visendi regis accensa, finibus regni sui excessit; et quum haud procul abesset, præmisit indicantes, ve-
26 nisse reginam adeundi ejus cognoscendique avidam. Protenus facta potestate veniendi, ceteris jussis subsistere, ccc feminarum comitata processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiliit, duas lan-
27 ceas dextra præferens. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur; nam læva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus ves-
28 tis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus

unquam ad eum Thalestris sive Minothæa quædam (Just. XII, 3) accessit, quod certissimum esse præter Strabonem, lib. XI, et Plutarchum, Alex. cap. 46, Arrianus quoque Exp. VII, 13, palam fecit, qui: illa de Amazonibus, inquit, *οὔτε Ἀριστόβουλος, οὔτε Πτολεμαῖος, οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν, ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι.* Quæ in Curtio et aliis, quos Freinshemius, ad hunc locum recensuit, de Amazonibus apud Alexandrum leguntur, figmenta sunt Onesicriti et Clitarchi. Multis enim annis post mortem Alexandri, quum Onesicritus ex libro IV suo illa de Amazonum regina Lysimacho, tum regi, prælegeret, Lysimachum *ἄτρεμα μειδιάσαντα* interrogasse ex Plutarcho discimus: *ποῦ τότ' ἤμην ἐγώ;* Nec ipsi mendacii auctores inter se consensisse videntur. Alius enim Alexandrum in Hyrcania, alius in Scythia ad Iaxarten, alius in Media, post reditum ex India, Amazones vidisse; alius ipsam reginam venisse; alius regem tantum promisisse, se ad reginam venturum esse *παιδοποιησόμενον*, narraverat, etc. Hæc tantum de Amazonibus notavit *Schmieder*: nos pleraque, quæ de hac fabulosa gente dici possunt, collegimus in Excursu ad hunc librum.

26. *Comitata.* Schefferus præfert *comitatu.* Inepte, nisi potius error est librarii; Justinus, lib. XII, 3: « Ibi et occurrit Thalestris, sive Minothæa, Amazonum regina, cum trecentis millibus mulierum. » — *Duas lanceas.* Sic et apud Virg. Æn. I, 317, describitur Æneas: « Bina manu lato crispans hastilia ferro. »

27. *Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt,* hoc est, ea vestis cavitas, quæ fit, si vestis, ante ad imos pedes fluens, ad summum genu, retracta nodo, colligitur et retinetur, *infra genua descendit,* sicut apud Spartanas. Confer Virgil. Æneid. I, 320: « Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes »; et eumdem ib. 492: « Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ... »

liberos alant; aduritur dextra, ut arcus facilius in-
tendant, et tela vibrent. Interrito vultu regem Tha- 29
lestris intuebatur; habitum ejus haudquaquam rerum
famæ parem oculis perlustrans, quippe hominibus
barbaris in corporum majestate veneratio est; ma-
gnorumque operum non alios capaces putant, quam
quos eximia specie donare natura dignata est. Ce- 30
terum interrogata, num aliquid petere vellet, haud
dubitavit fateri, ad communicandos cum rege libe-
ros se venisse : dignam, ex qua ipse regni genera-
ret heredes; feminini sexus se retenturam, marem
reddituram patri. Alexander, an cum ipso militare 31

28. *Aduritur dextra*. Hinc factum putant Amazonis nomen; quod altera carerent mamilla; ex μαζός, *mamma*, et *α* privante.

29. *Habitum ejus*. Majestatem corporis. Alexander erat mediocri statura (brevior Hephæstione et Dario), cervice paullulum ad lævam inclinata; Plut. cap. 4. — *Hominibus barbaris*. Non pauci Codd. *omnibus barbaris*. Id commune est omnibus barbaris, ut eminentem staturam et corporis dignitatem in magna veneratione habeant: sic apud Cathæos, regem pulcherrimum eligi Onesicritus auctor est apud Strab. XV; inter Saracenos in eligendo rege maximam proceritatis rationem habitam Munsterus scripsit olim, Cosm. III, 2. Is apud veterrimas gentes mos erat; vide in Sacris Scripturis, reg. I, 10, 23: « Stetitque in medio populi Saul; et altior fuit universo populo ab humero et sursum; et ait Samuel ad omnem populum : certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. » Multa tamen exempla hunc errorem corrigere debuissent; præter enim Alexandrum, vide quæ de Philopœmene tradiderit Plutarchus, Philop. cap. 2; quæ de Agesilao idem, Ages. cap. 66, et Athen. XIV, 1; quæ de Asinæo et Sabino, viris longe fortissimis, Josephus, antiquit. XVIII, 12, et de Bell. Jud. lib. I, c. 5; quæ tandem de Agricola pulchre Tacitus, Agric. 40, 4: « Adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso adspectoque Agricola, quærerent famam; pauci interpretarentur. »

30. *Reddituram*. Ex more Amazonum, si fides Philostrato, in fine heroicorum, et Jornandi de rebus Geticis, cap. 7, adhibenda est. Curiosum est, quod narrat Marc. Paulus Venetus, III, 37, et Freinshemius retulit de duabus insulis inter Soccoteram et Chesmacoram, quarum incolæ Christiani sint; alteram earum a viris, alteram a mulieribus habitari; has nunquam virorum insulam ingredi; illos autem quotannis per tres menses quemvis cum uxore sua degere, dehinc sua in loca reverti. Liberos mares apud matres ad duodecimum usque ætatis annum educari; postea ad patres transmitti.

vellet, interrogat: et illa, caussata, sine custode regnum reliquisse, petere perseverabat, ne se irritam
32 spei pateretur abire. Acrior ad Venerem feminæ cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit; XIII dies in obsequium desiderii ejus absumpti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienen petiverunt.

1 VI. Hic vero palam cupiditates suas solvit; continentiamque et moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam
2 vertit. Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, et civilem habitum, velut leviora magnitudine sua ducens, persicæ regiæ,
3 par deorum potentiæ, fastigium æmulabatur. Jacere

32. *Parthienen*. Cf. notam ad c. 4, 23. Ex Hyrcania Alexandrum iterum in Parthyæos contendisse testatur etiam Arrian. III, 25, et Plut. Alex. c. 45.

1. *Cupiditates suas solvit*. Similia Curtius jam supra, c. 2, princ., narravit. Similiter et alii Alexandrum maxime post mortem Darii in vitia regum persicorum inclinatum esse, tradiderunt. Vide, præter proprios Alexandrinæ historiæ conditores, Athen. lib. XII; Joannem Antiochenum in excerptis Valesii; Cedrenum; Ælianum, hist. var. IX, 3; Suidam, voc. 'Αλέξανδρος; Plinium, XXXIV, 8, 2. —*In altissima quaque*. Schefferus mavult: *in altissima quoque fortuna*. Idem paullo post legit: *patrios mores, disciplinàm Macedonum, regum saluhriter temperatum et civilem habitum*. Tum temperatus habitus superbó oppositus est.

2. *Patrios mores;* regum, a majoribus Alexandro traditos, *disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam*, instituta in regia Macedonum, ita temperata, ut reges nec pro diis viderentur colendi, nec minori quam par erat dignitate excellerent; *civilem habitum*, civibus cum principe communem, paullulum a privato abhorrentem, ut supra dixit, III, 6, 9. Hæç omnia *velut leviora magnitudine sua ducens, æmulabatur fastigium regiæ persicæ*, aulæ persicæ fastigium, quod *par* videbatur *potentiæ deorum*. His in universum præmissis singula adjecta sunt. Vide de his omnibus *Ste-Croix, Exam. crit.* p. 370 sqq.

3. *Jacere humi venerabundos*. Προσκυνεῖν, quo modo Græcis non homines, sed tantum dii venerandi videbantur. In Asia vero antiquus erat mos, ut, qui regem convenirent, in genua et frontem procumberent. Ab Asianis igitur Alexander vix pro rege haberi poterat, nisi eo, quo solebant, et Asianis necesse videbatur, more se coli pateretur. A Macedonibus et Græcis sic cultus non est, sed aliquando periculum fecisse videtur; qua in re non est laudandus. Confer Arrian. IV,

humi venerabundos pati cœpit : paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat. Itaque purpureum 4
diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque persicam sumpsit; ne

10 seqq. — *Servilibus ministeriis*. Quæ equidem ignoro, nisi ipsum illud προσκυνεῖν intelligendum est. — *Captivis pares facere*. Nolebat Alexander solos Macedones dominos, Asianos illorum servos esse; omnibus ex æquo rex esse præoptabat. Principes igitur gentium asiaticarum, licet captivos, sive belli jure subjectos, si fidi viderentur, eadem dignitate habuit, qua Principes Macedonum. Jam retulimus eam, quam de his Alexandri factis opinionem dedit celeberrimus *Montesquieu, Esprit des lois*, l. X, c. 13 et 14. Huic nunc opponere liceat quæ de iisdem judicavit nostras *Mably, Observat. sur les Grecs*, pag. 192 et seq. Licet longior hæc nota sit, spero fore ut ignoscat mihi lector, si quæ optime in vernacula lingua dicta sunt, latina translatione adulterare noluerim : « Il abandonna enfin les mœurs des Grecs, et « prit celles des Perses. Quelques écrivains, pour sauver la gloire de ce « héros, ont imaginé que ce changement fut l'ouvrage de sa politique, « et qu'il ne songeait qu'à donner de « la confiance aux barbares, et à les « gagner, afin d'affermir son empire. « Mais quand ce serait là, en effet, les « vues d'Alexandre, ne devrait-on pas « lui reprocher d'avoir mal raisonné? « Pour plaire aux Perses, était-il pru« dent de choquer les Grecs? Ceux-ci, « quoique moins nombreux, méritaient « plus de ménagemens; ils étaient bra« ves, aguerris, et jaloux de leur li« berté; les autres, accoutumés à ram« per sous le despotisme, étaient faits « pour être esclaves. C'était donc du « côté de la Grèce plutôt que de la « Perse, que la monarchie des Macédo« niens pouvait être menacée de quel« que révolution. En effet, quand Ale« xandre mourut, les Grecs firent un « effort pour rompre leur chaîne; mais « l'Asie ne songea point à se soulever; « et un politique célèbre en donne la « raison. Que gagnaient les Perses, « dit-il, à obéir plutôt à la famille de « Darius qu'à celle d'Alexandre? Qui « réussit à détrôner un prince despo« tique, ne craint point, en occupant « sa place, de se voir enlever sa proie. « Le vaincu n'avait commandé qu'à des « hommes lâches et sans vertus, il avait « possédé toute l'autorité; personne « après sa ruine n'aura donc assez de « crédit pour armer le peuple, se mettre « à sa tête, et le porter à venger un « maître dont le sort doit lui être in« différent. »

4. *Purpureum diadema*. Vid. ad III, 3, 19. Diadema purpureum, albo distinctum, habuerant reges Persarum, idque gestabant circa tiaram. Igitur Alexander, ut genti utrique satisfaceret, hoc quidem diadematis genus, a Persis sumpsit; causiam vero, quæ diademate ornabatur, a Macedonibus. — *Vestemque persicam sumpsit*. Aliis eadem medica vocatur. Alexander autem non omnem sumpsit, sed tantum τὴν βαρβαρικὴν στολὴν (vestem Persarum longam, laxam, fluitantemque, qua omne corpus operiebatur) οὐδ' ἀναξυρίδας (braccas, crura quoque ex more orientalium tegentes) οὐδὲ κάνδυν (tu-

11 factum. Ille non ignarus, et principes amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat; sed, opinor, liberis pre-
12 tium servitutis ingratum est. Igitur, ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erat bello;
13 cujus materia opportune alebatur. Namque Bessus, veste regia sumpta, Artaxerxen appellari se jusserat; Scythasque et ceteros Tanais accolas contrahe-
14 bat. Hæc Satibarzanes nunciabat: quem receptum in fidem, regioni, quam antea obtinuerat, præfecit. Et quum grave spoliis apparatuque luxuriæ agmen vix moveretur, suas primum, deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri jussit

11. *Recuperare.* Quidam Codd. inter quos et nostri Regg. *reparare.*—*Ingratum.* Flor. l. IV, c. 2 : « Gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia. » Arminius, apud Tacit. Annal. II, 9, «aucta stipendia, torquem, et alia militaria dona, quibus romani fratrem ornaverant, irridet, tanquam « vilia servitutis pretia. »

12. *Alebatur.* Quies interrumpenda erat renovato bello, cujus belli gerendi occasio non deerat. Plancus ad Cicer. « Ne videar mea patientia bellum alere. » Vide quoque Livium, l. XXXI, et Senec. de Benef. lib. VI.

13. *Veste regia.* De qua supra, III, 3, 18, 19. — *Artaxerxen.* Ut titulus majestatem adderet personæ. Nam Persis moris fuit, quum ad regnum venirent, mutare nomen, præsertim non educatis in spem regni, ad delendam scilicet opinionem injuste occupati regni, et abjectionis vilitatisque. Nomen *Artaxerxes* significat strenuum bellatorem; Herodot. VI, 98. Apud recentiores quoque multorum regum ducumque mos fuit proprium nomen in alium quoddam, quum regno potirentur, mutare, quod regibus solis addictum foret; hoc præsertim apud Papas solemne est. — *Tanais.* Iaxartis (Syr. *Daria*), qui in lacum *Aral* effunditur. Confer notam ad VI, 2, 14. — *Satibarzanes.* Ariorum satrapa, qui a Suzia, urbe in montanis Ariorum, ad Alexandrum venerat. Arrian. III, 25, 3. Eodem auctore non Satibarzanes, sed Persarum quidam Alexandrum de Bessi conatibus certiorem fecerant. Aria provincia Parthyæis ab oriente proxima erat, per cujus partem via publica in Bactrianos ducebat.

14. *Conferri jussit.* Alexandrini hujus facti meminere Polyænus. Stratag. l. IV, c. 3, 10, et Plut. c. 57, quum Alexander Indiam intrare vellet. Sic etiam, ante Alexandrum, Græci a Xenophonte persuasi plaustra tentoriaque cremaverunt; deinde vasa supervacanea cum indigentibus communicavere, cætera in ignem abjecere. Xenoph. Exped. l. III; vid. quoque Flor. II, 18, 10; Cæsar. Bello civ. III, 6; Frontin. IV, 1, 7.

in medium. Planities spatiosa erat, in quam vehicula 15
onusta perduxerant. Exspectantibus cunctis, quid
deinde esset imperaturus, jumenta jussit abduci; suisque primum sarcinis face subdita, ceteras incendi
præcepit. Flagrabant, exurentibus dominis, quæ ut 16
intacta ex urbibus hostium raperent, sæpe flammas
restinxerant; nullo sanguinis pretium audente deflere, quum regias opes idem ignis exureret. Brevis 17
deinde oratio mitigavit dolorem; habilesque militiæ
et ad omnia parati lætabantur, sarcinarum potius,
quam disciplinæ fecisse jacturam. Igitur Bactrianam
regionem petebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, 18
subita morte correptus, magno desiderio sui affecerat
cunctos. Rex, ante omnes mœstus, cupiebat quidem 19
subsistere funeri affuturus; sed penuria commeatuum
festinare cogebat. Itaque Philotas cum II millibus et
DC relictus, ut justa fratri persolveret: ipse contendit ad Bessum. Iter facienti literæ ei afferuntur a 20
finitimis Satraparum; e quibus cognoscit, Bessum
quidem hostili animo occurrere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapen Ariorum ipse
præfecisset, defecisse ab eo. Itaque, quamquam Besso 21

16. *Sanguinis.* Quem sæpe vulnerati fuderant, ut his victoriæ præmiis fruerentur.

17. *Brevis oratio.* Noster Cod. 5717, multique alii scribunt, *brevi deinde ratio;* cui lectioni cur vulgatam editores prætulerint non satis video, quum *brevi ratio* optimum quoque sensum faciat, et etiam cum sequenti sententia, *habilesque* et magis congruere videatur.

20. *A finitimis satraparum.* Finitimus erat unus, Amminapes, Parthyæorum et Hyrcaniæ satrapa. Reliqui longius aberant. Cautius Arrianus dixit: ἐξηγγέλθη, nunciatum est ab aliquo, quicumque fuerit, Satibarzanem, interfectis paucis Macedonum, Arios armare, et ad urbem Artacoana, ubi Ariorum regia erat, congregare, eo consilio, ut, si Alexander ulterius progressus esset, copias ad Bessum duceret, et Macedones, ubicumque posset, adoriretur. — *Quem Satrapen.* Editores vel: *quem satrapiæ Ariorum ipse præfecisset;* vel: *quem Satrapen Ariorum ipse fecisset,* sive *refecisset* legere malunt.

21. *Quamquam Besso imminebat.* Quamquam in Bactrianos movere de-

imminebat, tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti optimum ratus, levem armaturam et equestres copias educit, totaque nocte strenue facto iti-
22 nere, improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adventu, Satirbarzanes cum II millibus equitum (nec enim plures subito contrahi poterant) Bactra perfu-
23 git, ceteri proximos montes occupaverunt. Prærupta rupes est, qua spectat occidentem : eadem, qua vergit ad orientem, leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita, perennem habet fontem, ex quo
24 largæ aquæ manant. Circumitus ejus XXX et II stadia comprehendit; in vertice herbidus campus. In hoc multitudinem imbellem considere jubent : ipsi, qua

cretum erat, nunc, intermisso illo itinere, celeriter in Satibarzanem ducebat. — *Præverti.* Verius tamen, ut opinatur *Tellier,* diceretur *reverti,* nam ex Aria Bactrianam petenti, immo forte jam ingresso nuntiata defectio est; ut revertendum contra Satibarzanem fuerit. — *Et equestres copias educit.* Reliquo graviore exercitu sub Cratero relicto, ut modicis itineribus sequeretur. Arrian. III, 25, 9, et 13. — *Totaque nocte.* Arriano auctore, biduo stadia sexcenta emensus, Artacoana pervenit.

22. *Perfugit.* Cod. Theocr. *profugit.* —*Ceteri proximos montes occuparunt.* Arrianus cæteros diffugisse atque ab Alexandro celeriter persequente vel interfectos vel captos scripsit; nihil vero de rupe prærupta; de qua tamen Diodorus cum Curtio consentit.

23. *Prærupta rupes est.* Vulgo *erat.* Sed cum nostris Codd., sex aliis, et Schmiedero, *est* scripsi. Difficilior est locus maxime ea caussa, quod vox *rupes* modo proprie, modo pro monte adhibita est. Interpretare sic : Mons erat ab omni parte difficilis ascensu; qua spectat ad occidentem, præruptas habebat rupes, nudas, arboribus non obsitas; idem mons, qua vergit ad orientem, leniore quidem fastigio submissus, id est, magis acclivi jugo depressus, sed multis arboribus obsitus erat : qua parte, silvarum forte caussa, aditus non patebat. Nec enim hac in parte Alexander ascendere conabatur, nec obsessi naturæ manu et arte subveniebant.

24. *Ipsi, qua rupes erat.* Ipsi obsessi, in ea montis parte, qua occidentem spectat, et rupes erant, qua facilior videbatur aditus, naturæ munimenta arte augent, atque arborum truncos saxaque amoliuntur. Sic quidem locum omnem illustrat *Schmieder,* cui sane adhæreo; nam quum omnes codices in scribendo *erat* consentiunt, cum hac explicatione jam non variis egemus conjecturis quas hoc loco collegerunt intpp. Acidalius enim et Freinshemius malebant *sederat;* Heinsius et *Tellier deerat;* Schefferus *cesserat* aut *desierat;* nulli horum audiendi. Cellarius solus cum Schmiedero retinet.

rupes erat, arborum truncos et saxa obmoliuntur;
XIII millia armata erant. In horum obsidione Cratero 25
relicto, ipse Satibarzanem sequi festinat. Et quia longius eum abesse cognoverat, ad expugnandos eos,
qui edita montium occupaverant, redit. Ac primo 26
repurgari jubet, quidquid ingredi possent: deinde, ut occurrebant inviæ cotes præruptæque rupes, irritus
labor videbatur, obstante natura. Ille, ut erat animi 27
semper obluctantis difficultatibus, quum et progredi arduum, et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri solet, ubi prima quæque damnamus, subjiciente animo. Hæsitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium
subministravit. Vehemens favonius erat, et multam 28
materiam ceciderat miles, aditum per saxa molitus;
hæc vapore torrida inaruerat. Ergo aggeri alias arbo- 29

25. *In horum obsidione.* Alii: *in quorum obsidionem.* — *Cratero relicto.* Supra ex Arriano monuimus, Craterum, ut cum graviori exercitu Alexandrum prægressum sequeretur, relictum fuisse. Nunc, Alexandrum assequutus, obsidet præruptam illam petram. Paullo post, § 33, idem Artacacnam obsidere narratur. Ponamus igitur, Craterum prius obsedisse petram, tum, post reditum regis, dimissum esse ad Artacacnam quoque obsidendam. Festinatione Curtii, ut vides, harum rerum descriptio obscurior est, nec potest ex aliis scriptoribus, hæc omnia, tanquam leviora, citata manu transeuntibus, illustrari.

26. *Quidquid ingredi possent.* Quousque ea parte, qua rupes erat, ascendere possent, saxa et arborum truncos removeri jubet. Oportet vero et milites satis alte in montem ascendisse, quum ad rupes invias pervenirent, et ipsas rupes non fuisse præcelsas, si, ut infra dixit, stipitibus cumulatis fastigium montis æquatum est. Sed hæc non sine auxesi dicta sunt. Si flamma excitata ad fastigium pertingeret, satis erat.

28. *Favoinus.* Jam hic ventus probat, Alexandrum ea parte ascendisse, qua mons occidentem spectabat, per rupes et saxa. Utebatur occasione data, quum ventus ignem et fumum in obsessos laturus esset. — *Inaruerat.* Sebisius malebat *inarserat;* nec improbat Freinshemius, sed de his omnibus optime Schefferus: « Non dubitem, inquit, quin cum Sebisio *inarserat* sit legendum, sed obstat, quod *tunc* demum, quum stipites cumulati, *ignis injectus* dicatur, quod Freinshemius notavit; neque debuit ab hac sententia discedere propter superiora, *jubet dari igni alimenta,* non enim eum ignem intelligit Curtius, qui tum flagrabat, sed qui paullo post erat futurus: consiliumque Alexandri natum non ex

3 vinctus. Is, quod ex vultu quoque perspici poterat,
similis attonito, remotis arbitris, cum juvene secessit
in templum, arcana se et silenda afferre præfatus:
4 suspensumque exspectatione, per mutuam caritatem
et pignera utriusque animi, rogat, ut affirmet jureju-
5 rando, quæ commisisset, silentio esse tecturum. Et
ille ratus, nihil, quod etiam cum perjurio detegen-
dum foret, indicaturum, per præsentes deos jurat.
6 Tum Dymnus aperit, in tertium diem insidias regi
comparatas, seque ejus consilii fortibus viris et illu-
7 stribus esse participem. Quibus juvenis auditis, se
vero fidem in parricidio dedisse, constanter abnuit,
nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi.
8 Dymnus, et amore et metu amens, dextram exoleti
complexus et lacrymans, orare primum, ut particeps
9 consilii operisque fieret: si id sustinere non posset,
attamen ne proderet se, cujus erga ipsum benevo-
lentiæ, præter alia, hoc quoque haberet fortissimum
pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc in-
10 expertæ. Ad ultimum aversari scelus perseverantem
metu mortis terret: ab illo capite conjuratos pulcher-

4. *Pignera utriusque animi.* Interpretarer de benevolentia utriusque non solum mutuis officiis sed etiam mutuo ad agenda patiendaque obsequio testata. — *Quæ commisisset*, per enallagen temporum, pro *quæ commiserit*, hoc est, crediturus esset.

5. *Per præsentes deos.* Nicomachus ratus nihil dicturum quod cum perjurio seu violato etiam jurisjurandi sacramento esset aperiendum, jurat per *præsentes deos*, qui in illo templo ad quod deductus erat, colebantur. Ferebat ita veterum consuetudo Macedonum, ut ducti ad templum, tactis altaribus et simulacris, jurarent, quod erat *per præsentes deos jurare*. Justinus, XXIV, 2, 8: « Quo perducto in sanctissimum Jovis templum, veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria deorum, inauditis ultimisque exsecrationibus adjurat, se sincera fide matrimonium sororis petere. »

7. *Fidem in parricidio dedisse.* Constructio græca est: Græci promiscue dicunt: *ἐν φυλακῇ πέμπειν*, et *ἐς φυλακήν*, ... *διαβιβάζειν ἐν ἀριστερᾷ* et *ἐς ἀριστεράν*, ... *πίστιν ἐν φιλίᾳ διδόναι* et *ἐς φιλίαν*. Sic *in parricidio* est pro *in parricidium*, quod ut cum Acidalio substituamus, justa caussa non est.

rimum facinus inchoaturos. Alias deinde effeminatum 11
et muliebriter timidum, alias proditorem amatoris
appellans, nunc ingentia promittens, interdumque
regnum quoque, versabat animum tanto facinore
procul abhorrentem. Strictum deinde gladium modo 12
illius, modo suo admovens jugulo, supplex idem et
infestus, expressit tandem, ut non solum silentium,
sed etiam operam polliceretur. Namque abunde con- 13
stantis animi, et dignus, qui pudicus esset, nihil ex
pristina voluntate mutaverat; sed, se captum Dymni
amore, simulabat nihil recusare. Sciscitari inde per- 14
git, cum quibus tantæ rei societatem inisset. Pluri-
mum referre, quales viri tam memorabili operi ad-
moturi manus essent. Ille, et amore et scelere male- 15
sanus, simul gratias agit, simul gratulatur, quod for-
tissimis juvenum non dubitasset se jungere, Deme-
trio corporis custodi, Peucolao, Nicanori; adjicit his
Aphœbetum, Loceum, Dioxenum, Archepolym et
Amyntam. Ab hoc sermone dimissus Nicomachus, ad 16
fratrem (Cebalino erat nomen), quæ acceperat defert.
Placet ipsum subsistere in tabernaculo, ne, si regiam
intrasset, non assuetus adire regem, conjurati pro-
ditos se esse resciscerent. Ipse Cebalinus ante vesti- 17

11. *Versabat animum.* Animo ejus varios affectus injiciebat, modo spem magnarum rerum, modo mortis metum, modo miserationem.

13. *Namque.* Nihil deest ante hanc particulam; respondet enim tacitæ objectioni aut dubitationi, et explicat, quo consilio silentium et operam spoponderit ille, quem toto animo ab eo scelere abhorruisse dixerat.

15. *Fortissimis.* Aliqui Codd. *fortissimus,* quod Freinshemius, quum reciperet, ad exoletum referebat, quem ille malesanus amator gaudio promissæ operæ sic extollebat. *Demetrius* e corporis custodibus majoris dignitatis erat, quem et Arrianus, III, 27, 11, et iterum Curtius, VI, 11, 35, conjurationis participem fuisse tradiderunt. *Amyntas* est Andromenis filius quem accusatum ob amicitiam cum Philota Alexander absolvit. Itidem ex absolutis esse possunt *Peucolaus,* qui posthæc in Sogdianis cum exercitu erat, atque *Nicanor,* cujus sæpius posthæc mentio facta est. Possunt vero etiam plures ejus nominis in exercitu fuisse. De reliquis nihil scio.

bulum regiæ, neque enim propius aditus ei patebat,
consistit; opperiens aliquem ex prima cohorte ami-
18 corum, quo introduceretur ad regem. Forte, ceteris
dimissis, unus Philotas, Parmenionis filius, incertum
quam ob caussam, substiterat in regia. Huic Ceba-
linus, ore confuso magnæ perturbationis notas præ
se ferens, aperit, quæ ex fratre compererat; et sine
19 cunctatione nunciari regi jubet. Philotas, laudato eo,
protenus intrat ad Alexandrum; multoque invicem
de aliis rebus consumpto sermone, nihil eorum, quæ
20 ex Cebalino cognoverat, nunciat. Sub vesperam eum
prodeuntem in vestibulo regiæ excipit juvenis, an
21 mandatum exsequutus foret requirens. Ille, non va-
casse sermoni suo regem, caussatus, discessit. Postero
die Cebalinus venienti in regiam præsto est: intran-
temque admonet pridie communicatæ cum ipso rei.
Ille curæ sibi esse respondit: ac ne tum quidem regi,
quæ audierat, aperit. Cœperat Cebalino esse suspe-
22 ctus. Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili
juveni, Metron erat ei nomen, super armamentarium
23 posito, quod scelus pararetur, indicat. Ille, Cebalino
in armamentario abscondito, protenus regi, corpus
forte curanti, quid ei index detulisset, ostendit. Rex,
ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus,

17. *Ex prima cohorte amicorum.* Hoc est, ex numero eorum, qui inter præfectos macedonicos primi erant, Alexandroque carissimi. Vox *cohors* hoc loco non de agmine militari intelligenda est.

18. *Philotas.* Præfectus omnium equitum amicorum. — *In regia.* Intelligo domum regiam in Drangarum urbe. — *Cunctatione.* Quinque Codd. *dilatione.*

21. *Ille, non vacasse.* Caussam afferens quod regi non vacasset attendere suæ delationi.

22. *Metron.* Qui erat ex pueris regiis, de quibus vide supra ad IV, 13, 19. In uno Codd. legitur *Metron ei erat nomen*, unde sunt, qui legere malint *Metroni erat nomen*. Armamentarii præfectus erat. *Armamentarium*, græc. ὁπλοθήκη apud Diodor., locus est, ubi arma reconduntur.

23. *Corpus forte curanti.* Lavanti, ut ex Diodoro videmus.

armamentarium intrat. Ibi Cebalinus, gaudio elatus, « Habeo te, inquit, incolumem ex impiorum manibus ereptum ». Percontatus deinde Alexander, quæ 25
noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque instititit quærere, quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium? Atque illo fatente 26
jam tertium esse, existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat, vinciri eum jussit. Ille clamitare cœpit, eodem temporis momento, quo 27
audisset, ad Philotam decurrisse : ab eo percontaretur. Rex item quærens, an Philotam adisset? an institisset 28
ei, ut perveniret ad se? perseverante eo affirmare quæ dixerat, manus ad cælum tendens, manantibus lacrymis, hanc sibi a carissimo quondam amicorum relatam gratiam querebatur. Inter hæc Dymnus, haud 29
ignarus, quam ob caussam accerseretur a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat, occursuque satellitum inhibitus, perfertur in regiam. Quem in- 30
tuens rex, « Quod, inquit, in te, Dymne, tantum cogitavi nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur »? Illum jam defecerat vox. Itaque edito gemitu, vultuque a conspectu regis averso, subinde collapsus exstinguitur. Rex, Philota venire in 31
regiam jusso, « Cebalinus, inquit, ultimum supplicium meritus, si in caput meum præparatas insidias biduo texit, hujus criminis reum Philotam substituit; ad quem protinus indicium detulisse se affirmat : quo 32
propiore gradu amicitiæ me contingis, hoc majus est dissimilationis tuæ facinus; et ego Cebalino magis quam Philotæ, id convenire fateor. Faventem habes judicem, si, quod admitti non oportuit, saltem negari potest. » Ad hoc Philotas haud sane trepidus, si 33

28. *Item.* Freinshemius mavult *item:* *item*, hoc est, *idemtidem*, subinde repetitis vicibus. A[illegible]bat *iterum*.

animus vultu æstimaretur, Cebalinum quidem scorti sermonem ad se detulisse; sed ipsum tam levi auctori nihil credidisse respondit, veritum, ne jurgium inter amatorem et exoletum, non sine risu aliorum, detu-
34 lisset. Quum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda. Complexusque regem, orare cœpit, ut præteritam vitam potius, quam culpam, silentii tamen, non facti ullius, intueretur.
35 Haud facile dixerim, crediderítne ei rex, an altius iram suppresserit; dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit; et contemptum magis, quam celatum indicium esse videri sibi dixit.

1 VIII. Advocato tamen concilio amicorum, cui tum

34. *Complexusque regem.* Verum quidem est, omnia hic festinari, defensionem, objectorum remotionem, preces, amplexus; attamen nec ante *quum Dymnus,* nec ante *complexusque* lacunas video, quas Freinshemius esse suspicabatur. Rectius monuit Snakenburgius, verba omnia sub Philotæ persona continuari, quasi diceret: « Nunc quidem liquere, quum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda; » festinatum deinde amplexum absque impetrata venia ardori consueti amici potius condonandum, quam ad omnes severitatis leges exigendum esse, præsertim quum coram rege nondum in judicio res ageretur, et carissimis suis amicis familiarior esset Alexander, quam reges plerumque solent. Dymni conjurationem paucis tantum verbis tetigit Arrian. III, 26, 3, pluribus Plutarch. c. 49, et Diodor. XVII, 79, in plurimis cum nostro consentientes. Curtius novum adjecit hoc: Alexandrum Philotæ jam ignovisse, sed a Cratero ad severiora in Philotam consilia compulsum esse. Quod Schmiedero propter reliquorum silentium verisimile non videtur: « Reliqua, inquit idem Schmiederus, de Philotæ caussa et supplicio Arrianus, Diodorus et Plutarchus historice scripserunt; Curtius rhetorice et tragice, quæcumque potuit extendendo. » Sed huic sane non assentio, et nostrorum *Delille de Sales, Hist. d'Alex.* p. 302, et *Sainte-Croix, Exam. crit.* pag. 338, sententiæ potius adhæreo; qui Curtium hoc loco omni laude dignum arbitrantur, nec sane rhetorem, sed re ipsa et ex animo facundum. Notandum quoque est, Arriani in his narrandis brevitatem merito esse suspectam, tum quia Alexandro quam maxime favet, tum quia Ptolemæum sequitur, qui Demetrii, unius e conjurationis consciis, locum in cohorte regia obtinuit, ut ex ipso Arriano patet, III, 27, 11.

1. *Concilio amicorum.* Amici hoc loco sunt summi agminum præfecti. Erant Alexandro et φίλοι, quod nomen est fidei et amoris, et ἑταῖροι, quod est honoris et dignitatis, ac, ut videtur, commune omnibus Macedonum quum peditum tum equitum præ-

Philotas adhibitus non est, Nicomachum introduci
jubet. Is eadem, quæ detulerat ad regem, ordine
exposuit. Erat Craterus regi carus in paucis, et eo 2
Philotæ, ob æmulationem dignitatis, adversus; neque 3
ignorabat, sæpe Alexandri auribus nimia jactatione
virtutis atque operæ gravem fuisse, et ob ea non qui-
dem sceleris, sed contumaciæ tamen esse suspectum.
Non aliam premendi inimici occasionem aptiorem fu- 4
turam ratus, odio suo pietatis præferens speciem:
« Utinam, inquit, in principio quoque hujus rei no-
biscum deliberasses. Suasissemus, si Philotæ velles 5
ignoscere, patereris potius ignorare eum, quantum
deberet tibi, quam usque ad mortis metum adductum
cogeres, potius de periculo suo, quam de tuo cogi-

fectis. Latinis utrique *amici* dicuntur.

2. *Craterus regi carus in paucis.* Summam Alexandri gratiam habebant Hephæstion et Craterus: τὸν μὲν ἐφίλει μάλιστα, τὸν δ' ἐτίμα· νομίζων καὶ λέγων ἀεὶ, τὸν μὲν Ἡφαιστίωνα φιλαλέξανδρον εἶναι, τὸν δὲ Κρατερὸν φιλοβασιλέα. Plutarch. Alex. cap. 47.

3. *Nimia jactatione virtutis atque operæ.* Ex præda apud Damascum facta mulier quædam, Antigone, Philotæ cesserat; cujus amore captus in vino gloriatus erat, maximas rerum gestarum sibi et patri suo deberi; Ἀλέξανδρον δὲ μειράκιον ἀπεκάλει, δι' αὐτοὺς τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα καρπούμενον. Hæc Cratero et regi deferebantur. Antigone, ut quæcumque ex Philota auditura esset, ad regem deferret, jubebatur. Philotas insidias ignorans, συνῆν τῇ Ἀντιγόνῃ. πολλὰ καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ μεγαλαυχίαν κατὰ τοῦ βασιλέως ῥήματα καὶ λόγους ἀνεπιτηδείους προϊέμενος. Alexander autem, ira cohibita, omnia silentio tegebat. Plutarch. Alex. cap. 48, 49, Arrianus quoque ex Ptolemæo et Aristobulo refert, regem, jam in Ægypto de insidiis a Philota paratis certiorem factum, propter amicitiam et honorem, quem Parmenioni habebat, et fiduciam de Philota ipso conceptam, nihil credere voluisse. — *Esse suspectum.* Priorem vocem ex omnibus ferme Codd. inserui, cum Schmiedero.

4. *Premendi*, opprimendi; perdendi Philotæ opportunitatem. — *In principio.* Antequam et Philotas conjurationem patefactam sciret, et rex dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulisset.

5. *Potius de periculo suo.* Pro *potius* quatuor Codd. *sæpius*. Sensus est: Philotas, qui regis interficiendi consilium admisit, non sane memorem beneficii tui animum habebit, si ipsi peperceris: tantum de periculo suo cogitabit; periculum autem suum nunc majus est, quam ante fuerat; non nescit enim, consumpta misericordia, nullam super spem veniæ fore. Itaque consilium parricidii rursus molietur,

tare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit;
6 tu non semper Philotæ poteris ignoscere. Nec est
quod existimes, eum, qui tantum facinus ausus est,
venia posse mutari; scit eos, qui misericordiam con-
7 sumpserunt, amplius sperare non posse. At ego,
etiam si ipse vel pœnitentia, vel beneficio tuo victus
quiescere volet, patrem ejus Parmenionem, tanti du-
cem exercitus, et inveterata apud milites tuos aucto-
ritate, haud multum infra magnitudinis tuæ fastigium
positum, scio non æquo animo salutem filii sui debi-
8 turum tibi. Quædam beneficia odimus; meruisse mor-
tem confiteri pudet. Superest, ut malit videri injuriam
accepisse, quam vitam: proinde scito, tibi cum illis de
9 salute esse pugnandum. Satis hostium superest, ad
quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis
hostibus muni; hos si submoves, nihil metuo ab ex-
10 terno.» Hæc Craterus. Nec ceteri dubitabant, quin

quia vir tantæ audaciæ tantæque superbiæ invitus erit summi supplicii suo regi debitor, et rem promptius et violentius ad effectum deducet, quia jam nullum regiæ misericordiæ locum futurum plane sentiet. Hunc sensum neque Barthius, Advers. lib. XXVII, cap. 15, neque *Schmieder* claram in lucem protulere.

7. *Tanti ducem exercitus*. Parmenionem cum magno exercitu in Media reliquerat, uti pecuniam ex Persis allatam in arce Ecbatanorum deponeret, Harpaloque custodiendam traderet. Quo facto, ipse Parmenion cum Thracibus et equitibus, quos omnes habebat præter τοὺς ἑταίρους, per Cadusiorum fines in Hyrcaniam ducere jussus erat; Clitus vero cum præsidio pecuniarum (VI millibus Macedonum) ea via, quæ in Parthyæam ducebat. Arrian. III, 19. Cum illo exercitu tum, quum Philotas periret, Parmenio adhuc in Media erat. Ceterum omnis Crateri oratio eo tendit, ut Philotam morte mulctandum esse doceat.

8. *Quædam beneficia odimus*. Quibus probrosum et infame est, indiguisse, ut recte interpretes. Tacit. Annal. IV, 18, 3: «Beneficia eo usque læta sunt, dum videantur exsolvi posse; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.» Senec. de Benef. II, 24, 1: «Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse.» Evenit ergo quandoque «ut quosdam habeamus infestissimos, non post beneficia tantum, sed propter beneficia.» Senec. de Benef. III, 1, 1. Hoc sensu alter Senec. Medea, vers. 504: «Ingrata vita est, cujus acceptæ pudet.» — *Proinde scio*. Rectius Modius: *proinde scito*. In seqq. vox *hostibus* a C. Barthio pro glossa habetur.

conjurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor aut particeps. Quem enim pium et bonæ mentis, non amicum modo, sed ex ultima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protinus ad regem fuisse cursurum? Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex 11
fratre comperta ipsi nunciasset, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum; similasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index alium internuncium quæreret. Nicomachum, 12
religione quoque deum adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse : Philotam, consumpto per ludum jocumque pæne toto die, gravatum esse pauca verba, ad caput regis pertinentia, tam longo et forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim, si non 13
credidisset talia deferentibus pueris, cur igitur extraxisset biduum, tamquam indicio haberet fidem; dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. In suo quemque periculo magnum ani- 14
mum habere : quum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere. Omnes igitur quæstionem de eo, ut participes sceleris 15
indicare cogeretur, habendam esse decernunt. Rex admonitos, ut consilium silentio premerent, dimittit. Pronunciari deinde iter in posterum diem jubet, ne

10. *Auditis quæ ad eum*, etc. Si talia audivisset, qualia ad Philotam delata erant.

11. *Ne Cebalini quidem exemplo* motum Parmenionis filium ad regem cucurrisse. Ellipsis est, quæ quidem mihi, præsertim apud Curtium, durior et infrequentior videtur. — *Index;* Cebalinus. — *Internuncium;* qui indicium e Cebalino ad Alexandrum deferret.

12. *Conscientiam suam exonerare.* Quæ taceri nefas esset, indicare.

13. *At enim.* Freinshemius et *Schmieder*, ex Modio *at enim non credidisse talia deferentibus pueris!* eleganter quidem; sed quum nostra lectio omnibus fere Codd. nitatur, eam prætulimus. — *Extraxisset.* Consumpsisset biduum tacendo, nec Cebalinum demittendo.

14. *Credulos esse.* Tullius etiam scorto credidit de conjuratione Catilinæ; additque, orat. III in Catilin. « Ego non arbitrabar in tantis reipublicæ periculis, mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. »

16 qua novi initi consilii daretur nota. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas; et non cœnare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem
17 damnaverat, sustinuit. Secunda deinde vigilia, luminibus exstinctis, cum paucis in regiam coeunt Hephæstion, et Craterus, et Cœnus, et Erigyius: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas et Leonnatus.

16. *Invitatus est.* Ne quidquam de mutato regis animo suspicaretur. *Rader.* Mox pro *et non cœnare* multi Codd. *et rex non cœnare.* — *Sustinuit.* Proh dedecus! non sane in Alexandro reperire existimavisses, quod de Domitiano erga Aretinum Clementem, Sueton. cap. 11; de Mithridate erga Galatiæ tetrarchas, Appian. Mithridat.; de Ocho erga suos hostes, Valer. Maxim. IX, 2, 6; de Ludovico illo undecimo, qui dissimulandi nescium nescium regnandi affirmabat, retulit historia. Et ille, qui modo exclamabat, ut scripsit noster *Racine, Alex.* act. IV, sc. 2: « Jamais on ne m'a vu « dérober la victoire, Et par ces lâches « soins qu'on ne peut m'imputer, « Tromper mes ennemis, au lieu de les « dompter; » nunquam Neroniana illa verba usurpare debuisset, quæ idem *Racine, Britannicus,* act. IV, sc. 3, tam vivide expressit: « ... J'embrasse « mon rival, mais c'est pour l'étouf- « fer. »

17. *Luminibus exstinctis.* Non tempus significatur, sed occultatio intrantium, hoc est, sine consuetis luminibus, quæ noctu præferri solebant, coivere, ne observarentur. — *Hi ex amicis; ex armigeris autem.* De *amicis* scripsi ad § 1, hujus c. Intellige summos agminum præfectos. Sed armigerorum quoque vocabulo alio loco alii intelligendi sunt; modo simpliciter satellites, et re ipsa corporis custodes, ut III, 12, 7; modo, ut nostro loco, supremi ducum, qui græce eodem quo illi nomine σωματοφύλακες appellabantur. Vid. ad IV, 13, 9. Horum tum non erant supra septem, in quorum gradum, qui inter τοὺς ἑταίρους excellebant, interdum promovebantur. Unde factum est, ut Arrianus et Perdiccam et Leonnatum ἕνα τῶν ἑταίρων appellaret. Quæ igitur turbæ ex diversa vocum ἑταῖρος et σωματοφύλαξ significatione eam ob caussam oriuntur, quod Latini vocabulo utrique respondente carebant, Curtio condonandæ sunt, quamvis diligentior quis quovis modo ambiguitatem evitasset. *Hephæstion* ante Philotæ mortem alicui parti equitum amicorum præfuisse videtur: post Philotam omnis amicorum equitatus in duas chiliarchias dividebatur, quarum alteram Hephæstion ducebat, alteram Clitus. Si ei, quem hoc loco Curtius sequitur, fides est, illo tempore Hephæstion nondum corporis custodibus majoris dignitatis adscriptus erat. *Cratero* parebat aliquod agmen τῶν πεζεταίρων, sicut et *Cœno.* *Erygio* equites mercenarii. *Perdiccas* in præliis prioribus præfuerat alicui peditum amicorum agmini; quos vero *Leonnatus* duxerit, non invenitur. Uterque erat ex corporis custodibus majoris dignitatis. His omnibus, præter sua agmina, interdum etiam magnas exercitus partes seorsim ducendas traditas esse, ab historicis traditur. In

Per hos imperatum, ut, qui ad prætorium excuba-
bant, armati vigilarent. Jam ad omnes aditus dispositi 18
milites; equites quoque itinera obsidere jussi, ne quis
ad Parmenionem, qui tum Mediæ magnisque copiis
præerat, occultus evaderet. Attarras autem cum tre- 19
centis armatis intraverat regiam : huic decem satellites
traduntur, quorum singulos deni armigeri sequeban-
tur. Ii ad alios conjuratos comprehendendos distri- 20
buti sunt : Attarras, cum trecentis ad Philotam missus,
clausum aditum domus moliebatur, quinquaginta ju-
venum promptissimis stipatus; nam ceteros cingere
undique domum jusserat, ne occulto aditu Philotas
posset elabi. Illum, sive securitate animi, sive fatiga- 21
tione resolutum, somnus oppresserat; quem Attarras
torpentem adhuc occupat. Tandem ei sopore discusso 22
quum injicerentur catenæ; « Vicit, inquit, bonitatem
tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas »: nec plura
elocutum capite velato in regiam adducunt. Postero

omnibus de Alexandro scriptoribus, Arriano quoque, hoc maxime desidero, quod accuratam totius exercitus descriptionem non dederint, ex qua singulorum agmina et nomina, et militum quum patria, tum arma, et numerus, et præfecti una cum iis, quæ post cœptum bellum in re militari mutabantur, et quæcumque huc pertinent, perdisci possent. Hæc *Schmieder*.

18. *Mediæ præerat.* Non erat satrapa Mediæ, sed exercitui tum in Media relicto præfectus. Vid. ad § 7.

19. *Attaras.* Quem ob virtutem chiliarchia donatum esse, supra ad V, 2, 5, vidimus. — *Huic decem satellites traduntur.* « Primum non video, inquit *Schmieder*, cur hi decem satellites et centum armigeri Attaræ traditi dicantur; nec enim jungebantur, nec eadem faciebant, sed aliud Attaras, alia illi. Deinde nec hoc intelligo, cur inter *satellites* et *armigeros* distinguatur, ut quasi pro diversis habendi sint. Fortasse priores in Græco σωματοφύλακες, posteriores ὁπλῖται vocabantur. » Merito quidem hæc Curtio objiciuntur, sed ex reliquis scriptoribus, propter commune de his minutioribus silentium, nihil ad hæc explicanda afferri potest.

20. *Aditum moliebatur.* Magno conatu movebat, vi aperiebat.

22. *Inimicorum. Schmieder,* ex Modii emendatione, scripsit *inimicorum meorum,* adjecta voce secunda; et sic quidem clarior sensus est; sed quum nec alio scribendi modo obscura sit sententia, vulgatam servavi; et *elocutum* pro *locutum.* — *Capite velato.* Non ex more quodam, sed ne agnitus, nondum comperta caussa,

23 die rex edixit, omnes armati coirent. Sex millia fere
militum venerant; præterea turba lixarum calonum-
24 què impleverant regiam. Philotam armigeri agmine
suo tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam
25 rex allocutus milites esset. De capitalibus rebus ve-
tusto Macedonum modo inquirebat exercitus; in pace,
erat vulgi: nihil potestas regum valebat, nisi prius va-
26 luisset auctoritas. Igitur primum Dymni cadaver in-
fertur, plerisque, quid patrasset, quove casu exstin-
ctus esset, ignaris.

1 IX. Rex deinde in concionem procedit, vultu præ-
ferens dolorem animi: amicorum quoque mœstitia
2 exspectationem haud parvam rei fecerat. Diu rex, de-
misso in terram vultu, attonito stupentique similis
stetit; tandem recepto animo; « Pæne, inquit, milites,

cur comprehensus esset, vulgi ceterorumque consternationem concitaret.

23. *Sex millia fere militum.* Scilicet Macedonicorum, non aliorum Græcorum, nec peregrinorum militum, aut mercede conductorum, ut recte *Raderus*. Peditum Macedonum, qui Alexandrum in Asiam sequuti erant, Diodor. XVII, 17, duodecim millia numerat. Quorum numerus per supplementa subinde adducta non modo integer servatus, sed adeo auctus esse videtur. Eorumdem sex millia, ut supra dixi, in Media relicta erant; ergo ad minimum Alexandro sex millia supererant. Vereor tamen, ne justo minor sit numerus; nam cum Alexandro equites quoque Macedonum erant, tum circiter bis mille.

25. *In pace, erat vulgi.* Scilicet negotium, officium de rebus capitalibus inquirendi. Non opus est, ut cum Freinshemio legas: *id* (ea res, ut judicaret in capitali caussa) *in pace* (tempore pacis) *erat vulgi*. — *Nisi prius valuisset auctoritas.* Auctoritas est jus populi. Si quem interficiendum esse populo persuasum erat, tum auctor erat populus, et jubebat, ut interficeretur. Tum *valebat auctoritas;* tum quoque potestas regis; hoc est, potestatem habebat illius interficiendi. Apud veteres Græcos, ut apud omnes alias barbaras gentes, regum magistratuumque potestas legibus nitebatur; iisque ita temperabatur, ut publicam civium libertatem assereret. Macedones, licet inter Græcos annumerarentur, multa tamen ex eorum moribus legibusque retinuerant, nec apud eos absoluta erat regum potestas, nisi in his, quæ ad bellum pertinebant. Hæc verba, *auctoritas*, *potestas*, iis respondent, quæ gallice vocamus *pouvoir législatif*, *pouvoir exécutif*: *auctoritas* est jus ipsum imperandi; sed *potestas* auctoritatis mandata exsequitur. Si postea non eadem fecit Alexander, id ita fuit, quia ipsius gloria superiorem eum legibus fecerat. Eas quidem fregit, sed non evertit.

hominum scelere vobis ereptus sum; deum provi-
dentia et misericordia vivo : conspectusque vestri ve-
nerabilis cogit, ut vehementius parricidis irascerer,
quoniam spiritus, immo unus vitæ meæ fructus est,
tot fortissimis viris, et de me optime meritis, referre
adhuc gratiam posse. » Interrupit orationem militum 3
gemitus, obortæque sunt omnibus lacrymæ. Tum rex,
«Quanto, inquit, majorem in animis vestris motum
excitabo, quum tanti sceleris auctores ostendero;
quorum mentionem adhuc reformido, et, tamquam
salvi esse possint, nominibus abstineo. Sed vincenda 4
est memoria pristinæ caritatis, et conjuratio impio-
rum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas
sileam? Parmenio, illa ætate, tot meis, tot parentis
mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetu-
stissimus, ducem tanto sceleri se præbuit. Minister 5
ejus Philotas Peucolaum, et Demetrium, et hunc Dy-
mnum, cujus corpus adspicitis, ceterosque ejusdem
amentiæ in caput meum subornavit». Fremitus undi- 6
que indignantium querentiumque tota concione ob-
strepebat; qualis solet esse multitudinis, et maxime
militaris, ubi aut studio agitur, aut ira. Nicomachus 7
deinde, et Metron, et Cebalinus producti, quæ quisque
detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas

2. *Hominum*. Freinshemius, *Schmieder*, cæterique, *paucorum hominum;* sed vox prior abest a nostris, et multis aliis Codd. Eam quoque delevi; sic enim, ut notavit Modius, vividius opponuntur dii hominibus; horum scelus, illorum providentia. — *Spiritus*. Vox suspecta. Barthius *speratus*, Rubenius et *Tellier supremus* legit. Cod. Th. *unus, imo vitæ meæ unus*, etc. Heinsius proponit *præcipuus;* quod præferrem.

4. *Quomodo autem*. Bongarsius mavult *quomodo enim*, quod admisit ipse *Tellier*.

5. *Ejusdem amentiæ*. Sic scripsi cum omnibus fere Codd. pro *ejus amentiæ*. De Parmenione, qui Alexandro jubente post Philotæ mortem interfectus est, rem dubiam reliquit Arrian. III, 26, utrum eam ob caussam occisus sit, quod insidiarum non ignarus videretur, an quod periculosum esset, patrem tanta in exercitu auctoritate superesse filio interfecto.

7. *Nullius .... indicio .... particeps*

particeps sceleris destinabatur : itaque, indignatione
8 pressa, vox indicum silentio excepta est. Tum rex,
« Qualis, inquit, ergo animi vobis videtur, qui hujus
rei delatum indicium ad ipsum suppressit? Quod non
9 fuisse vanum, Dymni exitus declarat. Incertam rem
deferens, tormenta non timuit Cebalinus : Metron ne
momentum quidem temporis distulit exonerare se,
10 ut eo, ubi lavabar, irrumperet. Philotas solus nihil ti-
muit, nihil credidit; o magni animi virum! Iste, si
regis periculo commoveretur, vultum non mutaret?
indicem tantæ rei sollicitus non audiret? Subest ni-
mirum silentio facinus, et avida spes regni præcipi-
11 tem animum ad ultimum nefas impulit. Pater Mediæ
præest; ipse, apud multos copiarum duces meis præ-
12 potens viribus, majora, quam capit, spirat. Orbitas
quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed

sceleris destinabatur, sive designabatur. Sic infra cap. 10, 5, dicit : *Inter conjuratos nemo me nominat.* — *Silentio excepta est.* Exspectabat exercitus alia adhuc argumenta, quibus magis magisque Philotam inter conjuratos fuisse probaretur; *pressa indignatione*, nullo indignationis signo per fremitum et clamores edito. Schefferus interpretatur *vox indicum pressa indignatione*, quia indices per indignationem non nominaverant Philotam, quod certe contra Curtii mentem omnino est.

9. *Tormenta non timuit.* Rem detulit Cebalinus, etiam cum periculo tormentorum, per quæ inquiri poterat, si quid in ejus delatione suspectum fuisset, quod evincunt etiam illæ voces : *incertam rem deferens.* Nisi enim statim patuissent insidiæ, torqueri potuisset, ut cujus ope, consilio, quibus indiciis tantam rem detulisset, cognosceretur. Vox *Metron*, quæ proxime sequitur, Acidalii emendatio est, felicissima quidem; illa enim sublata, nullus foret hujus loci sensus.

10. *Nihil timuit.* Scilicet mihi, pro mea salute. — *Vultum non mutaret?* Scilicet quum ei insidiæ deferrentur. Non lente excepisset nuncium de meo periculo, ne vultu quidem mutato, si salus mea ipsi fuisset cordi. — *Mutaret, audiret*, pro, mutasset, audisset. — *Avida spes regni.* Videtur Curtius ante oculos habuisse istud Sallustianum : « Natura mortalium avida imperii, et præceps ad explendam animi libidinem. »

11. *Spirat.* Quidam *sperat;* male. Plura, quam quorum capax sit, affectat.

12. *Quod sine liberis sum.* Adduntur hæc sive a Curtio, sive ex glossa, ne quis putet, Alexandrum liberos perdidisse morte, sed ut sciatur, nondum habuisse. — *Orbitas* apud veteres contempta, et injuriæ obnoxia erat; ut contra « liberi, inquit Tacitus,

errat Philotas; in vobis liberos, parentes, consangui-
neos habeo : vobis salvis, orbus esse non possum».
Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad 13
filios Nicanorem et Philotam scripserat, recitat, haud
sane indicium gravioris consilii præferentem; namque 14
summa ejus hæc erat : « Primum vestri curam agite, de-
inde vestrorum : sic enim, quæ destinavimus, efficie-
mus.» Adjecitque rex : « sic esse scriptam, ut, sive ad 15
filios pervenisset, a consciis posset intelligi; sive in-
tercepta esset, falleret ignaros. At enim Dymnus, 16
quum ceteros participes sceleris indicaret, Philotam
non nominavit : hoc quidem illius non innocentiæ,
sed potentiæ indicium est, quod sic ab iis timetur
etiam, a quibus prodi potest, ut, quum de se fatean-
tur, illum tamen celent. Ceterum Philotam ipsius in-
dicat vita. Hic Amyntæ, qui mihi consobrinus fuit, 17

Annal. I, 3, 1, subsidia sunt dominationi », ex hoc Euripidis, Τύραννοι παῖδες, ἔρυμα δώμασι. Suetonius de Galba, 17, 1 : « Despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem, ratus, Pisonem..... filiumque appellans, produxit in castra. » Et de eodem Tacit. Hist. I, 16, 5. Eadem quoque Nerva apud Xiphilin. ex Dione. — *In vobis.* Sic Clearchus ad suos milites : « Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos socios duco..... » Xenoph. Exped. lib. I. Andromache apud Homerum, Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ, Σὺ δὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης ... Et Clytemnestra apud nostrum tragicum *Racine*, *Iphigénie*, act. III, sc. 5 : « ..... Vous êtes en ces lieux, « Son père, son époux, son asile, ses « dieux. » — *Orbus esse.* Similiter Cicero ad Quintum fratrem, ep. III : « Quin illud mereo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert, quam mihi; sed, te incolumi, orbi non erunt. »

13. *Nicanorem.* Quem nondum resciverat, diem obiisse. Vid. VI, 6, 18.

17. *Amyntæ.* Amyntas, Perdiccæ, Macedonis regis, filius, fuit sub tutela Philippi patrui. Filiæ nuptiis ab eo honoratus Alexandro successori vitæ insidias parat, cæde ejus regnum ad se retracturus; quibus detectis pœnas dedit. Supplem. I, 10, 17. Igitur vox *consobrinus* pro patruele ponitur, quod apud alios quoque factum est. Nec infrequens est, præsertim apud jurisconsultos. — *Attalo.* De Attalo, et ira Alexandri in eum, lege Freinsh. Supplem. I, 9, 3 seqq. Cum Parmenione a Philippo ad expeditionem persicam in Asiam præmissus, ibique post Philippi mortem res novas molitus, Alexandro jubente occisus est. Diodor. XVII, 5. Attalo sine dubio Parmenion, pater, filiam in matrimonium dederat; sed Curtio in oratione Ale-

et in Macedonia capiti meo impias comparavit insidias, socium se et conscium adjunxit. Hic Attalo, quo graviorem inimicum non habui, sororem suam in matri-
18 monium dedit. Hic, quum scripsissem ei, pro jure tam familiaris usus atque amicitiæ, qualis sors edita esset Jovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere mihi: se quidem gratulari, quod in numerum deorum receptus essem; ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset
19 sub eo, qui modum hominis excederet. Hæc sunt etiam animi pridem alienati a me, et invidentis gloriæ meæ indicia; quæ quidem, milites, quam diu licuit, in animo meo pressi. Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si, in quos tam magna con-
20 tuleram, viliores mihi facerem. Sed jam non verba punienda sunt; linguæ temeritas pervenit ad gladios.
21 Hos, si mihi creditis, Philotas in me acuit. Id si ipse admisit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam? Equitatui, optimæ exercitus parti, principibus nobilissimæ juventutis unum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelæque commisi.
22 Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis,

xandri invidiosius videbatur, si a Philota data diceretur.

18. *Jovis Ammonis oraculo*. Vide notam ad IV, 7, 27. — *Modum hominis*. Qui humanæ sortis conditionem superare vellet.

19. *Viliores mihi facerem*. Quam pro beneficiis in illos collatis, si mihi persuaderi passus essem, illos beneficiis, quæ in ipsos contuleram, minus dignos esse, quam credideram.

20. *Linguæ temeritas*. Non solum verbis minacibus me insecutus est, sed etiam gladium in me convertit.

21. *Cui . . . credam*. Eadem de Parmenione Antipater, apud Plutarch. Apophth. cap. 50: « Quum occisum ab Alexandro Parmenionem audivisset, dixit: Si Parmenion insidiatus est Alexandro, cui tandem credendum erit? » — *Equitatui*. Vid. ad III, 9, 8, et IV, 13, 26. — *Unum præfeci*. Sed hoc periculo monitus, post Philotæ necem, equitatui amicorum in duas partes diviso duces duos præfecit, Clitum et Hephæstionem. Nam ne amicorum quidem quemquam volebat unum tot equitibus, et præsertim præstantissimis totius equitatus et dignitate et virtute bellica solum præfectum esse. Arrian. III, 27, 8. — *Fidei tutelæque*: prius animo, posterius facto probatur; non enim semper qui *fidem* alicui habet, ejus *tutelæ* se credit.

admovi : Mediam, qua nulla opulentior regio est, tot civium sociorumque millia imperio ejus ditionique subjeci. Unde præsidium petieram, periculum exstitit.
Quam feliciter in acie occidissem, potius hostis præda, 23
quam civis victima! nunc servatus ex periculis, quæ sola timui, in hæc incidi, quæ timere non debui. So-
letis idemtidem a me, milites, petere, ut saluti meæ 24
parcam. Ipsi mihi præstare potestis, quod suadetis, ut faciam : ad vestras manus, ad vestra arma confugio : invitis vobis salvus esse nolo; volentibus, non possum,
nisi vindicor. » Tum Philotam, religatis post tergum 25
manibus, obsoleto amiculo velatum, jussit induci. Facile apparebat, motos esse tam miserabili habitu
non sine invidia paulo ante conspecti. Ducem equi- 26
tatus pridie viderant; sciebant, regis interfuisse convivio : repente non reum modo, sed etiam damnatum,
immo vinctum, intuebantur. Subibat animos Parme- 27
nionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna; qui modo duobus filiis, Hectore et Nicanore, orbatus, cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens di-
ceret caussam. Itaque Amyntas, regis prætor, in- 28
clinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotam oratione commovit. Proditos eos esse

22. *Mediam.* Vid. supra, ad VI, 8, 7.

25. *Non sine invidia.* Adeo lugubri specie Philotæ, quem non multo ante felicem cum invidia viderant.

26. *Immo vinctum.* Hoc enim aliquanto amplius est, quam damnatum. Damnati enim demum vinciebantur, exsecutionis gratia, si soluti caussam dixissent. (Conf. VI, 10, 4, VII, 1, 20.) Sæpe tamen et ex vinculis caussam dicebant, præsertim in gravioribus criminibus, et ubi suspicio suberat, ne fugeret reus, aut per vim eximeretur. Ex nota Freinshemii, qui ex auctoribus, tum apud Macedonas, tum apud Romanos, exempla adducit.

27. *Hectore et Nicanore.* Vid. IV, 8, 7, et VI, 6, 18. — *Absens.* Quum Philota, quem solum adversa fortuna patri reliquerat superstitem, defendere se in judicio capitis absens cogebatur : nam ejusdem criminis ipsum reum fecerat Alexander.

28. *Amyntas.* Non est Andromenis filius, qui ipse ob amicitiam cum Philota accusatus quidem, sed absolutus est; utrum vero Arrabaci an Nicolai filius fuerit, non liquet. — *Pro-*

barbaris; neminem ad conjugem suam, neminem in
patriam et ad parentes fuisse rediturum; velut trun-
cum corpus dempto capite, sine spiritu, sine no-
29 mine, aliena terra ludibrium hostis futuros. Haud-
quaquam pro spe ipsius, Amyntæ oratio grata regi
fuit, quod conjugum, quod patriæ admonitos, pigrio-
30 res ad cetera munia exsequenda fecisset. Tunc Cœnus,
quamquam Philotæ sororem matrimonio secum con-
junxerat, tamen acrius quam quisquam in Philotam
invectus est; parricidam esse regis, patriæ, exercitus,
31 clamitans : saxumque, quod forte ante pedes jacebat,
eripuit, emissurus in eum; ut plerique credidere,
tormentis subtrahere cupiens : sed rex manum ejus
inhibuit, dicendi prius caussam debere fieri potesta-
tem reo, nec aliter judicari passurum se affirmans.
32 Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris,
sive periculi magnitudine amens et attonitus, non
33 attollere oculos, non hiscere audebat. Lacrymis deinde
manantibus, linquente animo, in eum, a quo teneba-
tur, incubuit : abstersisque amiculo ejus oculis, pau-
latim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videba-
34 tur. Jamque rex, intuens eum : Macedones, inquit,
de te judicaturi sunt : quæro, an patrio sermone sis
35 apud eos usurus. Tum Philotas, « Præter Macedonas,
inquit, plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam,
percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua
tu egisti; non ob aliud, credo, quam ut oratio tua
36 intelligi posset a pluribus. » Tum rex, « Ecquid videtis,

ditos eos esse barbaris. Vel potius *fuisse.* Alexandro per insidias occiso.

31. *Eripuit.* Alii Codd. *arripuit;* sed nostri *corripuit :* non male.

34. *Patrio sermone.* Intelligo dialectum macedonicam, non parum a politiori, non solum attica, sed reliquorum quoque Græcorum abhorrentem. Strabo, quum subjectas Macedonibus gentes enumerat, plerasque duplici sermone usas scribit, patrio nempe, et macedonico. Sic multæ sunt germanicæ gallicæque linguæ dialecti, quas vix intelligunt, qui non assueverunt.

adeo etiam sermonis patrii Philotam tædere? solus quippe fastidit eum dicere. Sed dicat sane utcumque cordi est; dum memineritis, æque illum a nostro more atque sermone abhorrere». Atque ita concione excessit.

X. Tum Philotas, «Verba, inquit, innocenti reperire facile est; modum verborum misero tenere dif- 1
ficile. Itaque inter optimam conscientiam, et ini- 2
quissimam fortunam destitutus, ignoro, quomodo et
animo meo et tempori paream. Abest quidem optimus 3
caussæ meæ judex : qui cur me ipse audire noluerit,
non mehercule excogito, quum illi, utrimque cognita caussa, tam damnare me liceat, quam absolvere; non cognita vero liberari ab absente non possum,
qui a præsente damnatus sum. Sed quamquam vincti 4
hominis non supervacua solum, sed etiam invisa

36. *Solus quippe fastidit eum dicere.* Acidalius mavult *eo dicere*, ut dicere sit caussam agere. Utcumque fuerit, omnis de sermone, quo utendum sit, disputatio puerilis est, nec digna rei, quæ agebatur, gravitate, nec Alexandro, ut et hac re ad invidiam Philotæ excitandam uteretur, præsertim quum rex ipse dialecto macedonica non usus esset, quamobrem Philotan *solum* fastidire sermonem macedonicum ne dicere quidem poterat. Non magis Philotan, quam se ipsum reprehendisset. Vid. ad cap. 11, 4.

1. *Modum verborum servare.* Abstinere prolixitate. Sic apud Thucydid. III, 59: *Ὅπερ δὲ ἀναγκαιόν τε καὶ χαλεπώτατον τοις ὧδε ἔχουσι, λόγου τελευτᾷν, διότι καὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος ἐγγὺς μετ' αὐτοῦ.* Appian. in Pun. de Hannone: *αἵ γε γὰρ συμφοραὶ ποιοῦσι μακρολόγους* : quod expressit ita Ovidius, Metam. XIII, vers. 140: « dolor ipse disertum Fecerat. » Tacit. Annal. IV, 69: « Mœsta, ubi semel prorupere, difficilius reticentur. »

2. *Animo meo.* Cupiditati, multa dicendi; quia *verba innocenti reperire facile est* (hæc ad verba *optimam conscientiam* referuntur).—*Tempori.* Conditioni in qua me sors posuit (hæc congruunt cum *iniquissimam fortunam*); quia *vincti hominis non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est*, ut infra dicet § 4.

3. *Utrimque cognita caussa.* Hoc est, ex utraque parte, auditis et quæ contra me jam dicta sunt, et quæ pro me ego jam nunc dicturus sum. Sane tum oblitus fuerat Alexander illius moris, cujus meminit Plutarch. c. 75, eum nempe consuevisse, dum accusator diceret, aurem altera manu obstruere, reo se illam servare professum.

4. *Vincti.* Vid. ad cap. 9, 26. — *Invisa.* Ei, qui reum vinciri jusserat.

defensio est, quæ judicem non docere videtur, sed
arguere; tamen, utcumque licet dicere, memet ipse
non deseram, nec committam, ut damnatus etiam
5 mea sententia videar. Equidem cujus criminis reus sim,
non video. Inter conjuratos nemo me nominat; de
me Nicomachus nihil dixit; Cebalinus plus, quam
6 audierat, scire non potuit. Atqui conjurationis caput
me fuisse credit rex! potuit ergo Dymnus eum præter-
ire, quem sequebatur? præsertim quum quærenti
socios vel falso fuerim nominandus, quo facilius, qui
7 verebatur, posset impelli. Non enim detecto facinore
nomen meum præteriit, ut posset videri socio peper-
cisse; sed Nicomacho, quem taciturum arcana de
semet ipso credebat, confessus, aliis nominatis, me
8 unum subtrahebat. Quæso, commilitones, si Ceba-
linus me non adisset, nihil me de conjuratis scire vo-
luisset, num hodie dicerem caussam nullo me nomi-
9 nante? Dymnus sane et vivat adhuc, et velit mihi
parcere; quid cæteri? qui de se confitebuntur, me
videlicet subtrahent! Maligna est calamitas; et fere
noxius, quum suo supplicio crucietur, acquiescit

— *Sed arguere*. Judicem probare injustum, quippe qui non auditum jam prædamnasset. — *Utcumque licet*. Quamvis vinctus sim, quum vinculis solutus defensionem dicere deberem, dicam tamen, memet ipse, etc. — *Mea sententia*. Si silentio meo crimen quasi agnoscerem.

6. *Sequebatur*. Nostri Codd. *insequebatur*. — *Qui verebatur*. Activo sensu; scilicet insidias struere regi. Virg. Æneid. VI, 613: « nec veriti dominorum fallere dextras. » Supra, III, 12, 19: *Alexander egregios bello viros.... veritus esset occidere*. Sensus est: Philota, uno e clarissimis principibus, nominato, Nicomachus, qui adhuc incertus erat, an conjurationis fieret particeps, poterat impelli ad facinus admittendum. In nostro Cod. 5717 est, *qui tentabatur*, non ut conjuratis sese adjungeret. Utraque vox abest in nostro 5718, qui scribit *quo facilius posset impelli*.

9. *Fere noxius*. Alii *vere noxius*. Mox Acidalius legit *cruciatur*, cui assentit *Schnieder*. — *Acquiescit alieno*. Libens annuit aliorum supplicio, et etiam in eo solamen habet. Senec. epit. controv. 9, 6: « Naturali quodam deploratæ mentis affectu, morientibus gratissimum est commori. »

alieno. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi, 10
verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro; nec
cuiquam moriturus, ut opinor. Ad verum crimen, et 11
ad unum revertendum mihi est. Cur rem delatam, ad
te tacuisti? cur tam securus audisti? hoc qualecumque
est, confesso mihi, ubicumque es, Alexander, re-
misisti : dextram tuam amplexus reconciliati pignus
animi, convivio quoque interfui. Si credidisti mihi, 12
absolutus sum; si pepercisti, dimissus : vel judicium
tuum serva. Quid hac proxima nocte, qua digressus
sum a mensa tua, feci? quod novum facinus delatum
ad te mutavit animum tuum? gravi sopore adquie-
scebam, quum me malis indormientem meis inimici
vinciendo excitarunt. Unde et parricidæ et proditori 13
tam alta quies somni, scelerati, conscientia obstre-
pente, quum dormire non possint? Agitant eos furiæ, 14

10. *In equuleum.* Tormenti genus. Gallice : *chevalet.* — *Nec cuiquam moriturus.* Verissime diluit, quod supra cap. 9, 6, jaciebatur : *metu potentiæ ejus Philotam a consciis non nominatum.* Moriturus enim, quum jam nihil pati possit, nullius potentiam curare potest. Sæpius tamen accidit, ut etiam morituri conscios celarent. Vide exempla quæ congessit Freinshemius, et h. l. et ad Tacit. Annal. IV, 45, 3.

12. *Vel judicium tuum serva.* Saltem mane in sententia quam tulisti.

13. *Et proditori.* Non opus est, ut vel cum Freinshemio *et prodita re*, vel cum Acidalio *et prodito* legas; præsertim quum, quod recte observavit Cellarius, non ex proditione sceleris et manifestatione impedimentum somni probet, sed ex sola scelerati conscientia. Proditor sæpe is appellatur, qui consulto non stetit officio suo, fidem debitam non servavit. Sic Philotas, quem Alexander amicitia sua dignatus erat, in quem tot beneficia contulerat, quum pro gratia et fide regi debita capiti ejus insidias strueret, proditor appellari potest. Potest etiam, quod videtur Radero, proditor dici respectu ad exercitum, quia perdere regem erat exercitum imperatore destitutum hostibus prodere, ut supra Amyntas, VI, 9, 28, dixerat.

14. *Dormire.* Eodem modo Cicero pro Roscio, cap. 23 : « Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus et suus terror maxime vexat : suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit; suæ malignæ cogitationes conscientiæque animi terrent : hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetant. » Vide de iisdem Thucyd. l. II; Pausan. in Arcad.; Sueton. Ner.

non consummato modo, sed et cogitato parricidio.
At mihi securitatem primum innocentia mea, deinde
dextra tua obtulerant : non timui, ne plus alienæ cru-
15 delitati apud te liceret, quam clementiæ tuæ. Sed ne
te mihi credidisse pœniteat, res ad me deferebatur a
puero, qui non testem, non pignus indicii exhibere
poterat, impleturus omnes metu, si cœpisset audiri.
16 Amatoris et scorti jurgio interponi aures meas credidi
infelix, et fidem ejus suspectam habui, quod non ipse
deferret, sed fratrem potius subornaret : timui, ne
negaret mandasse se Cebalino, et ego viderer multis
17 amicorum regis fuisse periculi caussa. Sic quoque,
quum læserim neminem, inveni, qui mallet perire
me, quam incolumem esse : quid inimicitiarum cre-
18 ditis excepturum fuisse, si insontes lacessissem? At
enim Dymnus se occidit? num igitur facturum eum
19 divinare potui? minime. Ita quod solum indicio fidem
fecit, id me, quum a Cebalino interpellatus sum, mo-
20 vere non poterat. At hercule, si conscius Dymno
tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos,
dissimulare non debui, Cebalinus ipse tolli de medio

34, 6, multosque alios. Quid memorem omnis ævi omnisque gentis tragicos, qui hos malæ conscientiæ terrores sæpissime protulerunt; illum tot scenis et apud Græcos, et apud Latinos Gallosque agitatum Oresten; illam, quam per noctes ambulantem ostendit *Shakspeare*, omnium forte tragicorum in adumbrandis scelesti animi affectibus princeps; illum, quem vidimus, Syllam, de quo confer quæ notavimus ad hunc vers.? Juvenalis nostr. edit. sat. 1, v. 16 : « Consilium dedimus Sullæ privatus ut altum dormiret. » Hanc quoque conscientiæ vim vivide, ut multa, expressit vir clariss. *Châteaubriand*, *Génie du Christianisme :* « Le tigre dévore sa proie, et « dort; l'homme devient homicide, et « veille. » — *Non consummato*. In aliis minus apte : *non cogitato modo, sed et consummato parricidio*. — *Ne plus*. Ne plus posset in animum tuum crudelitas, Crateri nempe et aliorum, quam....

15. *Ne te mihi credidisse pœniteat*. Propterea, quod credideris sine ratione. Dabo ecce caussas, quibus appareat, merito te hoc fecisse. — *Pignus*. Certum argumentum suæ delationis.

18. *Mallet*. Unus *mallent;* quod præfero. — *Eum divinare*. Modius inserit *hoc*.

20. *Tolli de medio*. Cebalinum interficiendum curare haud ægre potuissem.

nullo negotio potuit. Deinde post delatum indicium, 21
quo periturus eram, cubiculum regis solus intravi,
ferro quidem cinctus. Cur distuli facinus? an sine 22
Dymno non sum ausus? ille igitur princeps conjura-
tionis fuit: sub illius umbra Philotas latebam, qui re-
gnum Macedonum affecto. Et quis e vobis corruptus
est donis? quem ducem, quem præfectum impensius
colui? Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii 23
sermonis adsperner; quod Macedonum mores fasti-
diam: sic ergo imperio, quod dedignor, immineo.
Jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum
gentium exolevit; tam victoribus, quam victis, pere-
grina lingua discenda est. Non mehercule ista me 24
magis lædunt, quam quod Amyntas, Perdiccæ filius,
insidiatus est regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi,
non recuso defendere, si fratrem regis non oportuit
diligi a nobis: sin autem in illo fortunæ gradu posi- 25
tum etiam venerari necesse erat, utrum, quæso, quod
non divinavi, reus sum? an impiorum amicis inson-
tibus quoque moriendum est? Quod si æquum est,
cur tamdiu vivo? si injustum, cur nunc demum occi-
dor? At enim scripsi, misereri me eorum, quibus vi- 26
vendum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet!
Fides amicitiæ, veri consilii periculosa libertas, vos

22. *Macedonum.* Cod. Voss. 2, omittit hanc vocem; *Schmieder* scribit *Macedonicum;* male.

24. *Me lædunt.* Mihi crimini verti possunt. — *Non recuso defendere.* Legendum videtur: *non recuso; defenderem, si fratrem regis non oportuit diligi a nobis;* hac sententia: quod mihi cum Amynta amicitia fuerit, *non recuso,* non nego; *defenderem,* defendere me deberem, defensioni esset locus, si, etc. Aliis in loco vexato alia placebant. Modo tollunt negationem ante *recuso*, modo ante *oportuit;* modo legunt *dependere,* id est, pœnas subire; modo *non defendo,* ejecto verbo priori, tamquam e margine in ipsam orationem traducto, etc. Ceterum Amyntas non frater regis, sed patruelis erat; frater autem vel eam ob caussam appellari poterat, quod sororem Alexandri haberet uxorem.

25. *Quod non divinavi.* Amyntam Alexandro insidiaturum.

ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus, qui tacentibus ceteris, stolida audacia fe-
2 rox, admonere eos cœpit; quoties quisque diversoriis, quæ occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta servorum Philotæ reciperentur eo, unde commili-
3 tones expulisset. Auro argentoque vehicula ejus onusta totis vicis stetisse; ac ne in vicina quidem diversorii quemquam commilitonum receptum esse; sed per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos, ne femina illa murmurantium inter se
4 silentio verius, quam sono excitaretur. Ludibrio ei fuisse rusticos homines, Phrygasque, et Paphlago-
5 nas appellatos; qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguæ suæ per interpretem audire. Cur Hammonem consuli vellet? eumdem Jovis arguisse men-
6 dacium, Alexandrum filium agnoscentis : scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod dii offerrent. Quum

c. 22, *nequaquam pro naturæ habitu molliora ingenia sunt.* 7°. *Vivendi modum*, ut hoc loco *civilis habitus;* et supra cap. 14, *civilem habitum.*

2. *Purgamenta servorum.* Græce καθάρματα, abjecti, infimi loci homines. Sic infra lib. VIII, 5, 8, *urbium suarum purgamenta*, hoc est, propter malos mores vel ejecti, vel meriti, ut patria ejicerentur.

3. *Vicina.* Nostri Regg. habent, *viciniam;* vulgatam prætulimus, quam dedit quoque Aldus. — *Quos ad somnum habebat.* Codd. *quos supra somnum habebat.* Neutrum satis placet. Mihi cum Scheffero omnia ex glossa esse videntur. Eadem censet *Schmieder.*

4. *Phrygas et Paphlagonas.* De Phrygibus proverbium esse *sero sapere*, notavit Cellarius. De Paphlagonibus vide *Lucian. Alex.* cap. 9, ubi superstitiosum vulgus appellantur, et stolidi, qui, si quis modo illis se ostendat, qui tibicinem, aut tympanistam, aut strepentem cymbalis adhibeat, qui cribro, ut in proverbio est, vaticinetur, statim omnes hianti ore, tamquam cælestium quemdam, illum adspiciant. — *Per interpretem.* Quasi non intelligeret sermonem patrium, dialectum macedonicam. Quod non mirum, si Philotas a pueritia et Græcorum more, et per Græcos educatus et institutus est. Hinc intelligis, cur in caussa sua dicenda dialecto macedonica non uteretur.

5. *Eumdem Jovis.* Schefferus : *Cur Hammonem consuli vellet eumdem, cujus arguisset mendacium, Alexandrum filium agnoscentis?* Melius absque dubio. — *Veritum, ne... esset.* Metuisse Philotam, ne invidiam sibi excitaret, quod Hammon responsurus sit; sive, ne Hammonis suffragio damnaretur; ideoque fidem ejus suspectam fecisse, antequam ad eam provocaret.

insidiaretur capiti regis et amici, non consuluisse eum Jovem : nunc ad oraculum mittere, dum pater ejus sollicitaretur, qui præsit in Media, et pecunia, cujus custodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. Ipsos missuros ad oraculum, non 7
qui Jovem interrogent, quod ex rege cognoverint; sed qui gratias agant, qui vota pro incolumitate regis optimi persolvant. Tum vero universa concio accensa 8
est; et a corporis custodibus initium factum, clamantibus, discerpendum esse parricidam manibus eorum. Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sane iniquo animo audiebat. Rex in concionem 9
reversus, sive ut in custodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit: et quamquam in vesperam inclinabat dies, tamen amicos convocari jubet : et ceteris quidem placebat, Macedonum more obrui saxis; He- 10
phæstion autem, et Craterus, et Cœnus tormentis veritatem exprimendam esse dixerunt : et illi quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. Concilio ergo dimisso, Hephæstion cum Cratero et 11
Cœno ad quæstionem de Philota habendam consur-

6. *Dum*. Ut interea. — *Cujus custodia commissa sit*. Alii, eadem sententia : *quæ ejus custodiæ commissa sit*.

8. *Manibus eorum*. Alii *ipsorum ;* Schefferus putat ex glossa esse annexum, et idcirco parum huc nimirum faciens, delendum.

9. *Torqueret*. Ut ab eo, dum in carcere esset, adhibitis tormentis, sceleris confessionem extorqueret. — *Concilium*. Concionem. — *Obrui saxis*. Hoc parricidarum reorumque majestatis et cædis supplicium, vel ut telis confoderentur. Orestes apud Euripid. .... Κυρία δ' ἡ δ' ἡμέρα, Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις, Εἰ χρὴ θανεῖν λευσίμῳ πετρώματι, Ἢ φάσγανον θήξαντ' ἐπ' αὐχένος βαλεῖν.

10. *Tormentis*. Arrian. III, 26, Ptolemæum Lagi sequutus, nihil tradidit de tormentis, sed simpliciter et Philotam convictum, præcipue quod Dymni insidias celasset, et conscios ejus a Macedonibus jaculis confossos esse. Si vero tormenta adhibita sunt, suaserunt Cœnus, qui sororem Philotæ uxorem habebat, aliique sine dubio, ne ipsi in suspicionem incurrerent, et si incurrissent, ut purgarentur.

12 gunt. Rex, Cratero arcessito, et sermone habito, cujus
summa non edita est, in intimam diversorii partem
secessit, et remotis arbitris in multam noctem quæ-
13 stionis exspectavit eventum. Tortores in conspectu
Philotæ omnia crudelitatis instrumenta proponunt. Et
14 ille ultro, « Quid cessatis, inquit, regis inimicum, in-
terfectorem, confitentem occidere? quid quæstione
opus est? cogitavi, volui. » Craterus exigere, ut, quæ
15 confiteretur, in tormentis quoque diceret. Dum cor-
ripitur, dum obligantur oculi, dum vestis exuitur,
deos patrios, gentium jura, nequidquam apud surdas
aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote
et damnatus, et inimicis in gratiam regis torquen-
16 tibus, laceratur. Ac primo, quamquam hinc ignis,
illinc verbera, jam non ad quæstionem, sed ad pœnam
ingerebantur, non vocem modo, sed etiam gemitus
17 habuit in potestate; sed postquam intumescens cor-
pus ulceribus flagellorum ictus nudis ossibus incussos
ferre non poterat; si tormentis adhibituri modum
essent, dicturum se, quæ scire expeterent, pollicetur.
18 Sed finem quæstioni fore, jurare eos per Alexandri

12. *In intimam.* Plutarch. Vit. Alex. cap. 49, Alexandrum narrat non quidem interfuisse quæstioni, sed exaudivisse foris, velo discretum, *quod visum arceret, auditus non adimeret*, ut loquitur Tacitus Annal. lib. XIII, cap. 5, § 2.

14. *Ut, quæ confiteretur, in tormentis quoque diceret.* Sævum hoc videtur. Si omnia vera sunt, Craterum crudelem esse forte oportebat. Res enim eo venerat, ut Philotas Parmenioque sine summo regis periculo vivere non possent, et, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non possent damnari. Itaque, ut certiora et graviora patefierent, Philotas, alias vera non confessurus, torquendus videbatur.

15. *Gentium jura.* Leges, quibus inter omnes gentes cautum est, ne insontes torquerentur. — *Et damnatus.* Copulam ex omnibus fere Codd. adjeci; iterumque cum aliquot sect. 29, in : *et data.*

16. *Non ad quæstionem.* Non ad inquirendam veritatem, sed ad eum cruciandum adhibebantur. — *Habuit in potestate.* Ut nec clamaret, nec ingemisceret, Curtius Philotam fortiorem in tormentis scripsit, quam Plutarchus. Nam hic plane contraria dicit, cap. 88.

18. *Per Alexandri salutem.* Per ge-

salutem volebat, removerique tortores. Et utroque impetrato, Cratero inquit, « Dic quid me velis dicere. » Illo indignante, ludificari eum, rursusque revocante 19
tortores, tempus petere cœpit, dum reciperet spiritum, cuncta quæ sciret, indicaturus. Interim equites, 20
nobilissimus quisque, et ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotam torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt; alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt : ingenti per tota castra terrore diffuso, donec rex, tumultu cognito, legem se supplicio conjunctis sontium remittere edixit. Philotas, verone an 21
mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps conjectura est, quoniam et vera confessis, et falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur. Ceterum, « Pater, 22

nium, seu τύχην regis aut Cæsaris jurabant veteres pagani; per salutem principis Christiani, ut docet Tertull. Apologet. cap. 22 : *Juramus, sicut non per genium Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis*, etc. Ex hoc et quibusdam aliis locis multis suspicio fuit, Curtium fuisse Christianum.

19. *Ludificari eum*. Philotam ludificari Craterum. Ad hæc omnia alludit nostras *Lemercier*, tali carmine Alexandrum compellans, *Alexandre, poëme, chant* IV, pag. 189 : « Philotas, accusé « par des récits menteurs, Confondit « devant toi ses calomniateurs. Sans « crainte il s'endormit sur la foi de son « maître; Et toi..... dieux infernaux! « qui des deux fut un traître? Par ton » ordre, la nuit, ta garde l'assaillit.... « Il t'invoque, et tremblant on l'arrache « à son lit. Dieux! l'entends-tu gémir! « il nomme des complices; En crois-tu « ses aveux qu'arrachent les supplices? « Non, barbare; il te faut, condamnant « Philotas, Justifier sa mort, que pleu- « rent tes soldats. »

20. *Se supplicio*, etc. Schefferus mavult *se de supplicio;* ut *conjuncti sontium* sint eorum cognati et propinqui. Heumannus : *legem se propinquis sontium remittere*. Vulgata vero sic explicari potest; se remittere legem iis, qui, nimirum ob propinquitatem, supplicio sontium conjuncti esse, cum sontibus perire deberent. Sed omnibus lectionibus præfero quod *Tellier* conjecit, *legem se supplici;* tum enim illustrior sensus est: nempe, se mortis lege eximere reorum cognatos. — *Legem se supplicii* Palm. dare testatur Modius.

21. *Verone an mendacio*. Si infra sect. 36, vera narrantur, vera et Philotas confessus est.

inquit, meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie ce-
23 cidit : ille omnium malorum nobis caussa fuit. Nam quum primum Jovis filium se salutari jussit rex, id indigne ferens ille, « Hunc igitur regem agnoscimus, inquit, qui Philippum dedignatur patrem? actum est
24 de nobis, si ista perpeti possumus. Non homines solum, sed etiam deos despicit, qui postulat deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem : incidimus in superbiam, nec diis, quibus se exæquat, nec
25 hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. Nostrone sanguine deum fecimus, qui nos fastidiat, qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, et nos, si
26 viri sumus, a diis adoptabimur. Quis proavum hujus Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccam

22. *Hegelochum, qui in acie cecidit.* In Arriano duo occurrunt Hegelochi : alter præerat classi; alter, Hippostrati filius, in acie apud Gaugamela alæ equitum amicorum : qui hic videtur intelligendus. Ceterum Arrianus, nec de Hegelocho, nec de Parmenione conspirante, et accusato ab Alexandro verbum scripsit.

25. *Deum fecimus.* Posterior vox plane abest a nostris Regg. Codd. Itaque Schefferus eam a Curtio omissam fuisse per reticentiam credidit; quod ego ægre admiserim.

26. *Proavum hujus Alexandrum. Alexandro Diviti,* qui et Philellen, Amyntæ filio, de cujus morte certiora non constant, saltem per insidias occisum nemo, quantum scio, tradidit, successit *Perdiccas*, Alexandri filius; huic *Archelaus*, Perdiccæ filius, quem a Cratero quodam sive Crateva interfectum ferunt; sed Cratevas, quarto post Archebauca occisum die, ipse quoque occisus est. Ælian. V. H. 8, 9. Archelao post aliquas de successione turbas tandem successit *Amyntas,* de cujus patre veteres multum dissentiunt. Si Justinum, VII, 4, sequimur, nepos erat Alexandri, ex Menelao, filio notho. Amyntam sequebatur *Alexander,* filius natu maximus, quem quum Ptolemæus Alorites interemisset, *Ptolemæus* a Perdicca, Amyntæ filio secundo occisus, eumdem *Perdiccam* successorem habuit. Hunc, in prælio cum Illyriis interfectum, *Philippus*, Amyntæ filius tertius, Alexandri Magni pater, excepit. Hæc si vera sunt, quædam in Curtio reprehendenda esse, vides. Alexander Philellen erat abavus Alexandri Magni, non proavus. Sed cognationum vocabula sæpe confunduntur. Cicero quoque ad Divinat. III, 11, proavum pro abavo dixit. Alexander Philellen, Amyntæ filius, per insidias non dicitur periisse, sed ex ejus successoribus alter Alexander, Amyntæ alius filius, Alexandri Magni patruus. Confudit igitur Curtius.

occisos ultus est? hic quidem interfectoribus patris
ignovit. » Hæc Hegelochus dixit supra cœnam; et pos- 27
tera die, prima luce, a patre arcessor. Tristis erat, et
me mæstum videbat : audieramus enim, quæ sollici-
tudinem incuterent. Itaque ut experiremur, utrumne 28
vino gravatus effudisset illa, an altiore concepta con-
silio, arcessiri eum placuit. Venit; eodemque sermone
ultro repetito, adjecit se, sive auderemus duces esse,
proximas a nobis partes vindicaturum; sive deesset
animus, consilium silentio esse tecturum. Parmenioni, 29
vivo adhuc Dario, intempestiva res videbatur; non
enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum : Da-
rio vero sublato, præmium regis occisi Asiam, et totum
Orientem interfectoribus esse cessurum. Approbato-
que consilio, in hæc fides et data est, et accepta. Quod 30
ad Dymnum pertinet, nihil scio; et hæc confessus in-
telligo non prodesse mihi, quod prorsus sceleris ex-
pers sum. » Illi rursus tormentis admotis, quum ipsis 31
quoque hastis os oculosque ejus everberarent, ut hoc
quoque crimen confiteretur, expressere. Exigentibus 32
deinde, ut ordinem cogitati sceleris exponeret; quum

vel auctor ejus græcus, duos reges ejusdem et ipsorum et patrum nominis, priori fatum, quod posteriori fuit, adscribens. Si Perdiccam, Alexandri patruum (nam Perdiccas prior senex mortuus est), qui in acie ceciderat, per insidias occisum tradit, excusari potest, quod de hujus nece diversa narrabantur. Erravit autem, si omnium neces inultas fuisse auctor est, quum et Archelai et Alexandri mors vindicata esset. Fortasse vero dices, non ex jure et omni, qua debuisset, cura; itaque Hegelochum, ut iræ indulgeret, animumque sibi augeret, qualiacumque exempla arripuisse, eamdemque ob caussam mox *interfectoribus* dicere, quum soli Alexandro Lyncestæ rex ignoverit. Hæc *Schmied.*

28. *Proximas a nobis.* Primum post nos conjurationis curam suscepturum.

30. *Quod prorsus sceleris expers sum.* Sceleris facti, conjurationis, cujus Dymnus socius fuerat. Non fecerat scelus, licet aliquando facere cogitasset. Mallem tamen cum Modio : *quod proximi sceleris expers sum.*

31. *Ipsis quoque.* Sic plur. Codd. pro *ipsi quoque.* Ceterum cum Modio, « de illis talibus ducibus, etsi Philotæ inimicis, credere non possum, eo usque crudelitatem suam extendisse, ut funestissimorum tortorum carnificumque munia ipsi obirent. »

diu Bactra retentura regem viderentur, timuisse respondit, ne pater LXX natus annos, tanti exercitus dux, tantæ pecuniæ custos, interim exstingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis caussa
33 non esset. Festinasse ergo se, dum præmium haberet in manibus. Repræsentare consilium, cujus patrem fuisse auctorem nisi crederent; tormenta, quamquam
34 tolerare non posset, tamen non recusaret. Illi, colloquuti satis quæsitum videri, ad regem revertuntur: qui postero die, et quæ confessus erat Philotas recitari, et ipsum, quia ingredi non poterat, jussit afferri.
35 Omnia agnoscente eodem, Demetrius, qui proximi sceleris particeps esse arguebatur, producitur: multa affirmatione, animique pariter constantia, et vultu abnuens, quidquam sibi in regem cogitatum esse,
36 tormenta etiam deposcebat in semetipsum. Quum Philotas, circumlatis oculis incideret in Calin quemdam, haud procul stantem, propius eum jussit acce-

32. *Occidendi regis caussa.* Hoc est, premium, cum quo vocabulo mox illud commutat. Conf. nota ad V, 1, 7.

33. *Repræsentare consilium* est, J. Fr. Gronovio interprete, consilium exsequi, in opus et effectum dare. Quæ sequuntur, sæpius turbata sunt. Brevissimum et commodissimum est, si pro *auctorem nisi crederent* cum Modio legimus: *auctorem si crederent;* et pro *recusaret. Illi*, cum Scheffero: *recusare. Et illi.* Prior locus, ubi in omnibus ferme Codd. *auctorem* abest, Freinshemio ansam præbuit, ut eamdem vocem pro glossa ad *patrem* haberet, hac sententia: cujus consilii patrem (hoc est, auctorem) si se (Philotan) fuisse non crederent, non se recusare tormenta.

34. *Recitari.* Scilicet in concione.

35. *Demetrius.* Omnia, quæ ad hanc conspirationem pertinere videbantur, contraxisse Curtium apparet. Nam Arrianus, III, 27, non eodem loco, quo Philotæ detecta fuerit conjuratio, hoc est, apud Drangas, sed in Arimaspis fuisse comprehensum, tradit, suffecto in locum ejus (inter τοὺς σωματοφύλακας) Ptolemæo, Lagi filio.

36. *Incideret.* Aliqui Codd. *ut incidere.* Unde Modius, ad restituendam hujus periodi elegantiam, *ut incideret,* quod, si ea in oculos incidere dicuntur, quæ casu offeruntur, ferri nequit. Sed nec aliis consentio, qui modo *ut inciderat*, modo *incidens*, legunt; modo prorsus verbum expungunt. Sensus est: quum Philotas oculos circumquaque volvens, eos conjecisset in Calin, etc.

dere. Illo perturbato, et recusante transire ad eum, 37
« Patieris, inquit, Demetrium mentiri, rursusque me excruciari? » Calin vox sanguisque defecerant; et Macedones Philotam inquinare innoxios velle suspicabantur, quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, quum torqueretur, nominatus esset adolescens; qui, ut præfectos regis circumstantes se vidit, Demetrium et semetipsum id facinus cogitasse confessus est. Omnes 38
ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. Magno non modo salutis, sed 39
etiam vitæ periculo liberatus erat Alexander : quippe Parmenio et Philotas, principes amicorum, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quæstio fuit : dum 40
inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur; post confessionem Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

37. *Vox sanguisque defecerant.* Præ timore et conscientia sceleris.

38. *Omnes a Nichomacho nominatos.* Hæc ob verba non injuria Curtius ab Acidalio reprehensus est; ex iis enim, quos Nichomachus supra cap. 7, 15, nominarat, vel non occisi sunt Amyntas, Peucolaus et Nicanor, quia posteris quoque temporibus inter duces Alexandri recensentur; vel, si alii minus celebres, quibus eadem nomina fuerant, re vera cum Philota perirent, notanda res fuit, ne lectores turbarentur. Deinde vero, licet Calin et Philotan per se constet interfectos esse, non tamen video, quomodo noster excusandus sit, si inter illos a Nicomacho nominatos et hos comprehendere videatur. — *Saxis obruerunt.* Arriano auctore jaculis confossi sunt.

39. *Sed etiam vitæ.* Et mihi præplacet Rubenii conjectura, *sed et invidiæ*, ut Alexander non solum salutis et capitis discrimen effugerit, sed etiam invidiæ et calumniarum flammam, per confessionem hanc Philotæ.

40. *Anceps quæstio.* Periculosa fuit dubiique exitus quæstio; vel anceps fuit hominum de quæstione, dum ea haberetur, judicium.

LIBER VI.

EXCURSUS.

DE AMAZONIBUS.

Multi tum apud veteres, tum apud recentiores, de his singularibus feminis tractavere. Inter illos qui de earum reginæ cum Alexandro congressu locuti sunt, Diodorus Siculus et Justinus eadem fere ac Curtius tradiderunt, et ea vera esse affirmavere.

Plutarchus, licet fabulosis narratiunculis indulserit, auctoresque adducat, qui Amazonas exstitisse crediderunt, nempe Clitarchum, Onesicritum, Polycritum, Antigenem et Istrum; plures tamen profert et acutioris judicii, qui eas prorsus fuisse negant, *πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο*· hi sunt Aristobulus, Chares, Ptolemæus, Anticlides, Philo, Philippus *ὁ εἰσαγγελεὺς*, Hecatæus Eretriensis, Philippus Chalcidicus et Duris Samius. Ipse quoque narrat Onesicrito quartum historiæ suæ librum recitanti, quo de Thalestri Amazonisque agebatur, regem Lysimachum ridentem dixisse : « Ubi ergo nunc eram ! »

Arriani opinionem totam lectori subjicere operæ pretium esse credidi, ut ipse rem narrat VII, 13, 4, expedit.

Ἐνταῦθα λέγουσιν ὅτι Ατροπάτης ὁ τῆς Μηδείας σατράπης γυναῖκας ἑκατὸν αὐτῷ ἔδωκε, ταύτας φάσκων εἶναι τῶν Ἀμαζόνων· καὶ ταύτας σκευῇ ἀνδρῶν ἱππέων ἐσταλμένας, πλήν γε δὴ ὅτι πελέκεις ἀντὶ δοράτων ἐφόρουν, καὶ ἀντὶ ἀσπίδων πέλτας· οἱ δὲ καὶ τὸν μαστὸν λέγουσιν ὅτι μείονα εἶχον τὸν δεξιὸν, ὃν δὴ καὶ ἔξω εἶχον ἐν ταῖς μάχαις· ταυτας μὲν δὴ ἀπαλλάξαι της στρατιᾶς Ἀλέξανδρον, μή τι νεωτερισθῇ κατ᾽ αὐτὰς ἐς ὕβριν πρὸς τῶν Μακεδόνων, ἢ Βαρβάρων· κελεῦσαι δὲ ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὴν βασίλισσαν σφῶν, ὅτι αὐτὸς ἥξει πρὸς αὐτὴν παιδοποιησομενος. Ταῦτα δε οὔτε Ἀριστόβουλος, οὔτε Πτολεμαῖος, ούτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν, ὅς τις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι· οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων, οὐδέ τις πρὸ Ἀλεξάνδρου ἢ Ξενοφῶν ανεμνήσθη αὐτῶν,

Φασιανῶν τε μνησθεὶς καὶ Κόλχων, καὶ ὅσα ἄλλα ἀπὸ Τραπεζοῦντος ὁρμώμενοι, ἢ πρὶν ἐς Τραπεζοῦντα κατελθεῖν οἱ Ἕλληνες ἐπῆλθον ἔθνη βαρβαρικὰ· ἵνα περ καὶ ταῖς Ἀμαζόσιν ἐντετυχήκεσαν, εἴπερ οὖν ἔτι ἦσαν Ἀμαζόνες. Μὴ γενέσθαι μὲν γὰρ παντελῶς τὸ γένος τούτων τῶν γυναικῶν οὐ πιστὸν δοκεῖ ἔμοιγε, πρὸς τοσούτων καὶ τοιούτων ὑμνηθέν· ὡς Ἡρακλέα τε ἐπ' αὐτὰς λόγος κατέχει ὅτι ἐστάλη, καὶ ζωστῆρά τινα Ἱππολύτης τῆς βασιλίσσης αὐτῶν ὅτι ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε· καὶ οἱ ξὺν Θησεῖ Ἀθηναῖοι ὅτι ἐπιούσας τὰς γυναῖκας ταύτας τὴν Εὐρώπην πρῶτοι μάχῃ νικήσαντες ἀνέστειλαν· καὶ γέγραπται ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κίμωνος, οὐ μεῖον ἤπερ ἡ Ἀθηναίων καὶ Περσῶν· καὶ Ἡροδότῳ πολλάκις περὶ τῶν γυναικῶν τούτων πεποίηται, καὶ ὅσοι Ἀθηναίων τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας λόγῳ ἐκόσμησαν, καὶ τοῦ πρὸς Ἀμαζόνας ἔργου Ἀθηναίων ἐν τοῖς μάλιστα μνήμην εποιήσαντο. Εἰ δὲ ἱππικὰς δή τινας γυναῖκας Ἀτροπάτης ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ, βαρβάρους τινὰς ἄλλας γυναῖκας ἱππεύειν ἠσκημένας δοκῶ ὅτι ἔδειξεν, ἐς τὸν λεγόμενον δὴ τῶν Ἀμαζόνων κόσμον ἐσταλμένας.

Verisimillimum est quod conjecit Arrianus, et hanc gentem ab Atropate creatam esse haud ægre crediderim, ut recentioribus sæculis Russarum satrapæ, per adulationem, Imperatrici Catharinæ secundæ urbes et gentes obtulere, quæ in desolatas desertasque terras ex aliis regionibus deportatæ fuerant, ut speciem incolarum præberent, ubi nullus unquam exstiterat incola. Idem existimavit Strabo, qui, lib. XI, nullam usquam Amazonum fuisse gentem affirmat, licet sua ætate multos fuisse dicat qui femineum hunc populum apud Gargareos, Caucasi vicinia incolentes, reperisse crediderint.

Si tamen, inter alios, tractatum legas quem de Amazonibus latine scripsit Petrus *Petit* [1], fatearis necesse erit, hanc opinionem apud omnem antiquitatem viguisse, bellatrices quasdam fœminas exstitisse. Legere fuit modo in Arriano Herculem adversus eas pugnavisse, et earum reginam Hippolyten balteo spoliasse; easdem quoque ab Atheniensibus, duce Theseo victas fuisse. Earum mentionem fecit Herodotus, IV, 110, et alibi; et rerum quæ de ipsis traditæ sunt, festi dies, sacrificia, aliaque monumenta memoriam [2] servavere! Hippocrates, de Aëre et Loco, § 90, non sane eas fuisse gentem, aut exercitum; sed tamen exstitisse affirmat. Auctor est eas fuisse Sauromatas, circa Mæotim paludem: « Dum virgines sunt, inquit,

[1] Edit. *d'Amsterdam*, 1687, in-8° : *Bernard de la Monnoye a fait sur ce Traité des observations critiques.*

[2] Vide *Larcher, notes sur Hérodote, nouvelle édition,* tom. VI, pag. 108 et 109.

equis insidentes, jaculum manu tenent, adversusque hostes pugnant. Eas viri non ducunt priusquam tres hostium ipsæ interfecerint. Sed post nuptias, non amplius equis armisque utuntur, nisi gravius bellum incidat, in quo viros comitari cogantur. »[1] Hæc vero consentanea esse non omnino negaverim, si tamen excipias hanc legem, qua tres viros interficere imperatum erat. Difficilius sane crediderim quæ retulit idem Hippocrates, de Articul. § 58, illas nempe lævam sibi mammam, cum instrumento ferreo ad ignem admoto, urere; omnemque masculam prolem crudelem in modum deformare.

His opinionibus originem fuisse credidit famosus scriptor *Pallas* (*Voyage dans les Gouvern. mérid. de l'Empire Russe, trad. franç. tom. II, pag.* 332, 333) gentis cujusdam mores, quæ hanc ipsam Asiæ regionem colit, quam Amazonas habitasse antiqui tradiderunt. Ejus nomen est, *les Tscherkesses;* vitam viri seorsum ab uxoribus ducunt; Nomadum Arabumque instar, campos, quibus imminet Caucasus, pererrant. Ipsæ summa montium solæ inhabitant, ex quo non absurde creditur, eas solis suis viribus fisas, bellicum quoddam habuisse, unde se et loca quæ incolebant, defenderent.

Nec solum apud antiqui orbis incolas, sed in orbe quoque recentius reperto Amazonas reperire quidam voluerunt.[2] Sed de his transcribere satis sit quæ notavit doctissimus et acutissimus *Fréret*, in tractatu quo de Amazonibus (*Mémoires de l'Académie des Inscriptions, tom. XXI, pag.* 113) : « Toutes les preuves qu'al« lègue La Condamine se réduisent à des rapports de sauvages, « qui ne parlaient que par ouï-dire, et dont on connaissait impar« faitement la langue; en sorte qu'on ne pouvait s'assurer de s'en « être fait entendre, ou de les avoir entendus. D'ailleurs, comme « les Européens établis dans leur voisinage depuis plus de cent « cinquante ans, les questionnent souvent sur les Amazones, c'est « peut-être de nous que ces sauvages tiennent l'idée qu'ils paraissent « avoir de ces femmes guerrières. »

Hujus autem opinionis apud nos fuit, præter eam, quam dedit *Pallas*, quamque supra retulimus, quod apud multas gentes, id interdum moris viguit, scilicet ut mulieres armis, galeisque

[1] Vide notam quam ad hunc locum dedit *Coray, trad.* tom. II, pag. 264 et 265.

[2] Vide *La Condamine, Voyage dans l'intérieur de l'Amérique méridionale*, pag. 111 et 112.

indutæ viros per bellorum pericula sequerentur. Ut enim Semiramidem, Tomyrim, aliasque taceam, quas nimis fabulosa forsan antiquitas retulit, ea ætate qua Christiani Arabas Saracenosque e sacris terris expulerunt, multæ tum inter Mohammedis, tum inter Christi discipulos exstitere virgines, quæ insigne decus nomini suo vel inter viros addiderunt. Historia arabica, quam dedit Alvakedi, ducis Saracenorum Deraris sororem refert Clœliæ Romanæ facinus majori cum virtute renovasse. Abani conjux viri interfectorem Christianum interficit. His et sexcentis aliis exemplis comprobatur, eos erravisse qui principibus Italiæ poetis, Ariosto Tassoque, vitio verterint, quod Angelicam, Herminiam, Clorindam aliasque carminibus suis induxerunt. Non sane hos mores ex ingenio suo, sed ex ipsa rerum natura inter has gentes, atque hac ætate, hauserunt. Omnes Genuenses fœminæ crucem suis vestibus consuerunt.

Posterioribus sæculis Margarita Angevensis, Henrici Sexti, Magnæ Britanniæ Regis, conjux; illustres eæ mulieres (*la comtesse de Montfort*, *Jeanne d'Arc*, *Jeanne Hachette*, *mademoiselle de la Charce*), multæque aliæ, quas historia nostra celebrat, opinionem injecisse animis poterant, Amazonum quondam fuisse gentem; sed Thermodontis accolas merum esse, ut ait Noster, poetarum mendacium existimo.

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Alexander Lyncestes, majestatis reus, interficitur. Deinde in Amyntam et Simmiam, Philotæ amicos, inquiritur, qui suam innocentiam gravi oratione tuentur. — II. Amynta et fratribus in gratiam receptis, Polydamas, a rege jussus, in Mediam celeriter profectus, Parmenionem interficit: unde indignatio et seditio, quæ tandem exstinguitur. — III. Agriaspas, Arachosios, Parapamisadas sub jugum mittit Alexander, cum exercitu Parapamisum superat, et in ejus radicibus Alexandriam condit. — IV. Bessus de bello adversus Alexandrum inter epulas consultat, sapientique Cobaris consilio minime adquiescit. Interim rex Bactra pervenit, ubi de Græcorum defectione, et Satibarzane singulari certamine occiso advenit ei nuncius. — V. Exercitus Alexandri, siti liberatus, Oxum amnem trajicit. Bessus dolo captus ad Alexandrum adducitur. A quo Darii fratri Oxathri crucifigendus traditur. — VI. Sogdiana subigitur et deficit. Cyropolis et aliæ urbes expugnantur. Alexandria ad Tanaim conditur. — VII. De bello Scythis inferendo Alexander æger ex vulnere cum suis init consilium. Aristander vates regis voluntati extorum accommodat significata. Menedemus a Spita-

6.

mene cum duobus M et CCC equitibus interficitur : quod callide admodum dissimulat Alexander. — VIII. Dum exercitus ad bellum adcingitur, Scytharum legati adveniunt, ac de pace ad Alexandrum orationem habent. — IX. Alexander legatis dimissis Tanaim trajicit : bellum Scythis infert, et cum victis benigne agit. Sacas se dedentes in fidem recipit; Spitamenem persequitur. — X. Sogdiana recuperata. Sogdianorum nobilium invictus animus. Bessi supplicium. Novo milite auctus Alexandri exercitus. Urbes conditæ. — XI. Arimazæ petra, situ naturaque loci fero inexpugnabilis, ab Alexandro capitur.

1 CAP. I. PHILOTAM sicut recentibus sceleris ejus vestigiis jure affectum supplicio censuerant milites; ita postquam desierat esse, quem odissent, invidia in mi-
2 sericordiam vertit. Moverat et claritas juvenis, et
3 patris ejus senectus atque orbitas. Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum ejus particeps; semper alterum in acie cornu defenderat : Philippo quoque ante omnes amicus; et ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum non alio ministro uti

1. *Vertit.* Est tempus præteritum. Post fata enim invidia quiescit, et sæpe in desiderium aut misericordiam convertitur. Livius, lib. VI, c. 20, de M. Manlio dejecto per Tarpeii saxi prærupta : « Populum brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes, desiderium ejus tenuit. » Et Nepos, Dion. c. 10 : « Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte vellent redimere. »

2. *Patris,* LXX annos nati, *senectus et orbitas,* amissis Hectore (IV, 8, 8), Nicanore (VI, 6, 18) et Philota, filiis.

3. *Primus.* Nempe pater, Parmenion, in seqq. quoque intelligendus; qui *Asiam aperuerat regi* prius, Philippo adhuc vivente (vid. Freinshem. Supplem. I, 1, 11, et I, 9, 19); tum sub Alexandro ipso; qui bellum persicum inchoaturus ex Chersoneso Thracia Parmenionem cum maxima exercitus parte in Asiam præmiserat, dum ipse Eleuntem, et inde transvectus Ilium peteret. Freinshem. Supplement. II, 2, 23. — *Alterum in acie cornu defenderat.* Lævum cornu rexerat ad Granicum, Arrian. I, 14, 1, apud Issum, Curt. III, 9, 8, cum nota; apud Gaugamela, Curt. IV, 13, 33.— *Attalum non alio ministro.* Quam Parmenione. Cædem autem Attali non Parmenioni, sed Hecatæo adscribit Diod. XVII, 2. Videntur conciliari posse, ut Hecatæi opera magis, Parmenionis vero consilio perpetratum sit facinus. De Attalo, vid. ad lib. VI,

mallet. Horum cogitatio subibat exercitum; seditiosæque voces referebantur ad regem; quis ille haud sane motus, satisque prudens, otii vitia negotio discuti, edicit, ut omnes in vestibulo regiæ præsto adforent; quos ubi frequentes adesse cognovit; in concionem processit. Haud dubie ex composito Apharias postulare cœpit, ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur. A duobus indicibus, sicut supra diximus, delatus tertium jam annum custodiebatur in vinculis : eum-

4 (beside "mallet. Horum cogitatio…"), 5 (beside "processit. Haud dubie…"), 6 (beside "tur. A duobus indicibus…")

4. *Satisque prudens*. Satis expertus et intelligens. — *Otii vitia*. Quum probe sciret nata ex quiete vitia labore depelli. Contra militare otium multa collegit Gruterus, discurs. ad Tacit. cap. 39, quem adi. Ceterum mirum est, eadem hæc verba et apud Senec. legi, epist. 15, 16 : « Numquam vacat lascivire districtis; nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti. » Sic infra, VII, 3, 5, Noster : « Nationem ne finitimis quidem satis notam; » at Senec. Epistol. 59, 18 : « Gentes ne finitimis quidem satis notas. »

5. *Apharias*. Vid. notam ad V, 2, 5. — *Lyncestes Alexander*, Æropi filius, regi in Lycia adhuc versanti insidias struxerat, de quibus vide quæ Freinsh. (ex Arriano) Supplem. lib. II, 11, 7—17, intexuit. Acciderant medio anno Ol. 111, 3. Occisus est Lyncestes medio anno Ol. 112, 3. Igitur Curtio hoc loco scribendum erat : *Quartum jam annum custodiebatur in vinculis*, et infra § 8, *quam toto quadriennio meditatus erat defensionem*. Excusari non potest ex Diodoro, qui Alexandri Lyncest. insidias in Cilicia, post regis morbum, patefactas esse scripsit. Nam locus, ad quem respexit verbis : *sicut supra diximus*, non reperitur in superstitibus; debuit esse in deperditis, ubi res gestæ Alexandri, antequam Phrygiam intraret, descriptæ erant. Deinde, si Lyncesten *a duobus indicibus delatum* dixit, quos indices intellexerit, non satis liquet. Diodorus per regis matrem (lib. XVII, 32), Arrianus per Asisinem Persam deletum esse scripsit l. I, 25; per utrosque forte Curtius. Sed infra Alexander, l. VIII, 8, 6; *Lyncesten Alexandrum*, ait, *bis insidiatum capiti meo, a duobus indicibus liberari; rursus convictum per biennium tamen distuli, donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret*. Qui locus cum priori pugnat. Illo enim, postquam a duobus indicibus delatus erat, in vincula conjectus, hoc, licet bis insidiatus, et a duobus indicibus delatus, liberatus tamen fertur, atque tum demum in vinculis custoditus, quum tertium insidiarum convictus esset. Illo post triennium, hoc post biennium interfectus : illo, semel, vel bis; hoc, ter adeo insidias parasse videtur, quum reliqui omnes scriptores de unis insidiis loquantur, quibus patefactis statim in vincula conjectus sit. Curtium rerum memorabilium, quas ipse scripserat, adeo fuisse oblitum, vix credibile est.

dem in Philippi quoque cædem conjurasse cum Pau-
sania, pro comperto fuit : sed, quia primus Alexan-
drum regem salutaverat, supplicio magis quam cri-
7 mini fuerat exemptus. Tum quoque Antipatri, soceri
ejus, preces justam regis iram morabantur. Ceterum
recruduit soporatus dolor; quippe veteris periculi
8 memoriam præsentis cura renovabat. Igitur Alexander
ex custodia educitur, jussusque dicere, quam toto
triennio meditatus erat defensionem, hæsitans et tre-
pidus, pauca ex iis, quæ composuerat, protulit : ad
ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum
9 destituit. Nulli erat dubium, quin trepidatio conscien-
tiæ indicium esset, non memoriæ vitium; itaque ex
iis, qui proxime adstiterant, obluctantem adhuc obli-
10 vioni lanceis confoderunt. Cujus corpore sublato, rex
introduci jussit Amyntam et Simmiam : nam Pole-

6. *Cum Pausania*. Vid. Freinshem. Supplem. I, 9, 18 seq., et cap. 10, 18. — *Supplicio magis quam crimini fuerat exemptus*. Liberatus fuerat pœna, non crimine sceleris; pro sonte habebatur, quamvis non puniretur. — Ex contrario Lucretia apud Livium, I, 58, 11 : » Ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero. » Eamdem rem legere est in Sacris Scripturis; nam apud Reg. I, 19, 20, ita Semei : « Agnosco enim servus tuus peccatum meum; et idcirco hodie primus veni de omni domo Joseph, descendique in occursum domini mei regis. » Quo facto, veniam a Davide consecutus est.

7. *Tum quoque*. Quum Alexandro ipsi insidiatus esset. Antipatrum ejus socerum fuisse, testatur etiam Justin. XII, 14. — *Soporatus dolor*. Sed ira jam sopita, tunc renovata est : « Satis elegans lectio, inquit Freinshemius, sed cui antehabeam illam B. 1, *suppuratus dolor*. » Sane eadem translatione Seneca utitur Epist. 80, 11 : « Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis et suppurata tristitia. Erat aliquid ὕπουλον. »

9. *Itaque ex iis*. Suppleri potest *quidam ex iis..... confoderunt*. Sic scriptores græci sæpius ἐξ ὑμῶν, scilicet τινάς. Sic noster supra l. III, 12, 17: *ex spadonibus..... monstrantibus*, pro *quibusdam ex spadonibus monstrantibus*. Sed *Schnieder* ellipsin vix ferret. Proxime adstabant sine dubio satellites regis, a quibus ex custodia productus erat. — *Obluctantem adhuc oblivioni*. Quum adhuc conaretur memoriæ vitium vincere, et paratam defensionem recordari.

10. *Amyntam*. Andromenis filium, cui ex Arrian. III, 27, 1, præter Simmiam et Attalus frater addendus est. Nostri Codd. eum vocant *Simannam*; variant alii in hoc nomine scribendo.

mon, minimus ex fratribus, quum Philotam torqueri
comperisset, profugerat. Omnium Philotæ amicorum 11
hi carissimi fuerant; ad magna et honorata ministeria
illius maxime suffragatione producti: memineratque
rex, summo studio ab eo conciliatos sibi; nec dubi-
tabat, hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.
Igitur, olim esse sibi suspectos matris suæ literis, 12
quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tue-
retur. Ceterum se invitum deteriora credentem, nunc
manifestis indiciis victum, jussisse vinciri. Nam pridie 13
quam detegeretur Philotæ scelus, quin in secreto cum
ipso fuissent, non posse dubitari; fratrem vero, qui,
profugerit, quum Philotas torqueretur, aperuisse
fugæ caussam. Nuper præter consuetudinem, officii 14

11. *Ab eo*, Philota, *conciliatos* esse Amyntam cum fratribus *sibi*, Alexandro. — Plutarch. c. 10, de Multitud. Amicor., docens non temere sapientem illigari debere potentium hominum amicitiis: « Considera quomodo Alexander tractaverit Philotæ amicos atque familiares; utque Dionis amicos Dionysius; Planti Nero; Sejani Tiberius torserint atque necaverint. »

12. *Igitur, olim*. Freinshemio vox *igitur* tollenda videtur, ut Alexandri oratio incipiat ab illis *nec dubitabat*, quod vertit, dicebat, se non dubitare. — *Se invitum;* se, qui non libenter mala crederet.

13. *Aperuisse fugæ caussam*. Polemon eo ipso, quod fugeret, quum Philotas torqueretur (sive *quereretur*, ut multi Codd. nostri *de Philotæ*, forte *de Philota, quereretur*), conscientiam, quod particeps esset ultimi Philotæ consilii, aperuisse videbatur; veritus, ne, proditus a Philota, ipse quoque supplicio afficeretur. Freinshemio suspecta est vox *fugæ*, qua ejecta ad *caussam* supplet: cur in secreto cum Philota fuisset.

14. *Nuper præter consuetudinem, officii specie*. Notam Schmiederi transcribam, cui plane adhæreo. « Crediderunt, inquit, interpretes, Amyntam et fratres ejus ex satellitibus regiis fuisse, et ideo, quod extra ordinem (*vice non sua*), regem comitarentur, Alexandro suspectos fuisse. Seducti sunt verbis, § 18: *ut habitus quoque redderetur armigeri*. Vox *armiger*, ut supra monui ad VI, 8, 17, diversa significat, modo hoplitam, modo satellitem, modo corporis custodem majoris dignitatis. Ex postremis Amyntam fuisse, nemo tradidit; sed peditum amicorum agmini præfuisse, qui hoplitæ erant, sæpe Arrianus. Itaque, si recte interpungitur, *habitus armigeri* de habitu præfecti hoplitarum intelligi potest. Tune vero concedere potes, eumdem Amyntam et ducem fuisse agminis mille peditum amicorum, et satellitem regium? Non magis satelles erat Simmias, qui apud Gaugamela

specie, amotis longius ceteris, admovisse semet ipsos lateri suo, nulla probabili caussa : seque mirantem, quod non vice sua tali fungerentur officio, et ipsa trepidatione eorum perterritum, strenue ad armi-
15 geros, qui proximi sequebantur, recessisse. Ad hoc accedere, quod quum Antiphanes, scriba equitum, Amyntæ denunciasset, pridie quam Philotæ scelus deprehensum esset, ut ex suis equis more solito daret iis, qui amisissent suos, superbe respondisse, nisi in-
16 cepto desisteret, brevi sciturum, quis ipse esset. Jam linguæ violentiam, temeritatemque verborum, quæ in semet ipsum jacularentur, nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem : quæ si vera essent, idem meruisse eos, quod Philotam; si falsa, exigere
17 ipsum, ut refellant. Productus deinde Antiphanes, de

Amyntæ locum obtinebat. Attalus quoque post idem prælium sæpius peditum τάξεως præfectus vocatur ab Arriano. Polemoni solus inter equites militabat. Itaque nostrum locum sic interpretor: Nuper, inquit Alexander, quum ceteri, qui apud me fuerant, casu quodam longius amoti essent, Amyntas et fratres ejus semet ipsos lateri meo admoverunt, præter consuetudinem, sine ulla probabili caussa, *specie officii*, quasi occasionem captarent, promptum animum suum erga me significandi. Ego miratus interrogabam, cur tali officio fungerentur *non vice sua* (*ce qui n'était pas dans leurs attributions*), hoc est, cur satellitum officium exsequerentur, ipsi non satellites? Quum trepidarent, ego perterritus ad proximos *armigeros*, hoc loco, ad ipsos satellites, recedebam. » — *Strenue*. Monere hactenus omisimus, quia satis per se apertum videbatur, *strenuus* et *strenue* apud Curtium aut semper, aut plerumque idem esse ac *celer*, sive *promptus*, et *celeriter;* quod hic præcipue locum habet.

15. *Scriba equitum*. Γραμματεὺς ἐπὶ τῶν ἱππέων, cujus inter alia officium fuisse videtur, iis equitum, qui equos suos amiserant, alios procurandi. Locus eorum honorificus erat. Videntur etiam aliis agminibus scribæ fuisse. In Arriano, III, 5, 4. Eugnostus quidam occurrit, ex amicorum agmine, quem Alexander γραμματέα ἐπὶ τῶν ξένων fecerat. De dignitate scribarum regiorum apud Macedonas locus classicus est apud Nepotem, Eum. I, 5. De scribis regum Persarum vid. Brissonium. — *Respondisse*. Ordo postulat: *respondisset*. Nisi hoc argumento est, initio hujus numeri inculcata esse duo verba spuria: *accedere quod*.

16. *In semet ipsum*. In Alexandrum. Videbatur Alexandro Amyntas, quum Antiphani minaretur, et violenta quædam verba in se dixisse.

equis non traditis, et adjectis etiam superbe minis, indicat. Tum Amyntas, facta dicendi potestate : « Si 18
nihil, inquit, interest regis, peto, ut dum dico, vinculis liberer. » Rex solvi utrumque jubet : desiderantique Amyntæ, ut habitus quoque redderetur armigeri, lanceam dari jussit. Quam ut læva comprehendit, evi- 19
tato eo loco, in quo Alexandri corpus paulo ante jacuerat : « Qualiscumque, inquit, exitus nos manet, rex, confitemur, prosperum eventum tibi debituros, tristiorem fortunæ imputaturos. Sine præjudicio dicimus 20
caussam, liberis corporibus animisque; habitum etiam, in quo te comitari solemus, reddidisti. Caussam non possumus; fortunam timere desinemus. Te quæso, 21
permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum objectum est. Nos, rex, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem jam pridem, vicisse te invidiam, nisi periculum esset, ne alia maligne dicta crederes blanda

17. *Indicat. Tum.* Nostri et multi alii Codd. *minis. Inde captum Amyntam;* quod felicissima conjectura in vulgatam mutavit Freinshemius.

18. *Utrumque.* Amyntam et Simmiam. — *Habitus armigeri.* Vid. ad § 14. Sed præfert *Schmieder* aliam interpunctionem : *ut habitus quoque redderetur, armigeri lanceam dari jussit.* Desideranti Amyntæ, ut habitus pristinus militaris redderetur, e proximis satellitibus quidam, Alexandro jubente, lanceam suam tradit, ne mora intercederet, si Amyntæ ipsius lancea quæreretur. At, si illam lectionem admiseris, tum quoque præferrem *armigero* pro *armigeri.* Vox *jussit* Freinshemio merito ex glossa esse videtur.

20. *Sine præjudicio.* Quod damnati non sumus, antequam caussam nostram dixerimus. Vinculis enim liberati sumus. — *In quo te comitari solemus.* Sicut reliqui duces et præfecti. Ne hinc quoque concludere velis, Amyntam satellitem fuisse. Nam supra lib. VI, 11, 31, quum Philotas torqueretur, Hephæstion, Cœnus et Craterus, non satellites, sed summi ducum, ipsi quoque hastas in manibus gerebant, Philotæ *os oculosque hastis everberantes.* — *Caussam non possumus.* Caussæ nostræ nequimus diffidere, utpote innocentiæ nostræ conscientia freti et recreati. *Desinemus timere fortunam;* nempe conditionem nostram : nam vinculis liberati, non damnati videmur priusquam auditi.

21. *Vicisse te invidiam.* Videlicet invidemus iis, quorum virtutem et gloriam nos assequi posse opinamur; longius eminentes sine invidia admiramur.

22 oratione purgari. Ceterum etiamsi militis tui, vel in agmine deficientis et fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri, et vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta; merueramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro imputare, quam animo.
23 Quum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ utique non odimus, infestas admovemus manus; parentes, liberis si occurrant, et ingrati et invisi sunt. Quum donis honoramur, quum præmiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? quis illam animorum alacritatem continere? militantium nec in-
24 dignatio nec lætitia moderata est. Ad omnes affectus impetu rapimur; vituperamus, laudamus, miseremur, irascimur, utcumque præsens movit affectio. Modo Indiam adire et Oceanum libet; modo conjugum, et
25 liberorum, patriæque memoria occurrit. Sed has cogitationes, has inter se colloquentium voces, signum

22. *Accepta*. Audita, ut X, 1, 34. Acidulius mallet *excepta;* quod approbat Heinsius, et in textum recepit *Tellier*. — *Tempori nostro;* nostræ conditioni.

23. *Omnes rei sunt*. Si nobis militibus aliquid triste, qualecumque sit, acciderit, propter immoderatos affectus nostros omnes in culpam incurrimus. Nostris corporibus non parcimus (ex. c. os converberantes, ut Polemon, VII, 2, 4); reverentiam, quam parentibus, amorem, quem liberis debemus, obliviscimur. Lego enim cum Heumanno, *parentes, liberi, si occurrant*, etc. — *Quis ferre nos potest.* Sic Modius. Ante legebatur: *quis ferre non potest*. Sed cum Heumanno mavult *Schmieder: quis* (scilicet nostrum) *ferre potest* fortunam suam? *quis* nostrum *illam animorum alacritatem*, illos intemperatos animi affectus *continere potest?* Nimirum æque rei sumus, si quid tristius, ac si quid felicius nobis accidit.

24. *Vituperamus, laudamus*. Hanc omnem sententiam ad verbum *affectio*, pro glossa habet Schefferus, quia vocum *affectus* et *affectio* repetitio est; posteriorque vox parum a Curtio usurpatur, tali sensu. Sed si talem sentiendi modum admiseris, quantæ sententiæ, vel apud optimos auctores, insititiæ forent, et pro glossis habendæ! Hic optime describitur militum et omnis vulgi natura, quam nempe multi auctores adumbravere, sed nullus forsan vividioribus coloribus, quam germanus vates *Schiller*, in procemio tragediæ quæ inscribitur *Wallenstein*, cujusque tres partes in unius fabulæ tenorem coactas composuit, et in gallica carmina transtulit vir clarissimus *Benjamin-Constant*.

tuba datum finit: in suos ordines quisque currimus, et quidquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium effunditur capita. Utinam Philotas quoque 26
intra verba peccasset! Proinde ad id revertar, propter quod rei sumus. Amicitiam, quæ nobis cum Philota fuit, adeo non eo inficias, ut expetisse quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse confitear. An 27
vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes pœne amicos tuos dignatione vincentem, cultum a nobis esse miraris? Tu hercule, si verum 28
audire vis, rex, hujus nobis periculi caussa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ tuæ adscendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere, et iram timere possemus. Annon pro- 29
pemodum in tua verba tui omnes, te præeunte, juravimus, eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes? hoc sacramento pietatis obstricti aversaremur scilicet, quem tu omnibus præferebas! Igitur si hoc crimen est, [tu] paucos innocentes habes; 30
immo hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt; sed totidem, quot volebant esse, non poterant: ita si a consciis amicos non dividis, nec ab amicis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt.

25. *Intra verba.* In verbis tantum. Sed Philotas ulterius progressus erat, dum conspirationem sibi delatam consulto taceret.

26. *Revertar.* Alii *prævertar.* — *Amicitiam eo inficias.* Sic latine dici, pro *inficior*, satis probavit Snakenburgius ex Plauti Cistellaria, act. IV, sc. 1: « Omnia inficias ire ea; » et Menechm. act. V, sc. 8: « Ut quæ fecisti eas inficias. »

27. *Dignitatem.* Qui omnes superabat dignitate et gratia apud te.

28. *Traditi.* Tibi, Alexandro. Caussa non est, cur cum Scheffero legas: *Qui placere vellent tibi. Tibi ab illo traditi*, etc. — *Possemus.* Deberemus.

29. *Tui omnes.* Nos omnes, tibi prorsus dediti. Hoc apud nostros et omnes fere alios Codd. sic legebatur: *Si non propemodum tuo verberatu et omnes prætereunte juravimus;* quibus verbis nullum prorsus sensum video.

30. *Nec ab amicis.* Si Philotæ conscios putas fuisse, quotquot amici erant, eadem ratione amicos ejus censerè de-

31 Quod igitur conscientiæ affertur indicium? ut opinor, quia pridie familiariter et sine arbitris loquutus est nobiscum? At ego purgare non possem, si pridie quidquam ex vetere vita ac more mutassem. Nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est,
32 fecimus, consuetudo diluet crimen. Sed equos Antiphani non dedimus? et, pridie quam Philotas detectus est, hæc mihi cum Antiphane res erat? qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non dederimus, semet ipsum, quod eos desideraverit, purgare non
33 poterit. Anceps enim crimen est inter retinentem et exigentem; nisi quod melior est caussa suum non tra-
34 dentis, quam poscentis alienum. Ceterum, rex, equos decem habui, e quîs Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos quum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere co-
35 gebar. Nec inficias eo, liberi hominis animo loquutum esse me cum ignavissimo, et hoc unum militiæ suæ usurpante, ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tem-
36 pore et Alexandro excusem et Antiphani. At hercule mater de nobis inimicis tuis scripsit. Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque spe-

bes, quicumque esse voluerunt. Ita omnes amici, omnes conscii, nemo innocens.

31. *Conscientiæ*. Conscii et participis animi.

32. *Suspectos*. Quod pro spe magnarum opum, quas occiso rege ex amicitia Philotæ habituri essent, jam tum ferocissent; eam enim superbiam pro argumento habebant plusquam civilia cogitantium.

33. *Anceps crimen est*. Æque reprehendi potest, qui equos suos contra morem solitum, et mandatum regis retinet, ac qui aliena exigit, poscit.

35. *Hoc unum militiæ suæ usurpante*. Antiphanes scriba quidem est, sed et miles, qui pugnare et fortibus factis excellere deberet. At hanc posteriorem partem militiæ ignavissimus homo non usurpavit, sed eam solam, ut alienos equos distribueret. — *Alexandro*, fortissimo; *Antiphani*, ignavissimo hominum.

cies anxio animo figuraret! Quare enim non adscribit metus sui caussam? Denique non ostendit auctorem, quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit. O miseram conditionem meam, cui forsitan 37
non periculosius est tacere quam dicere! Sed utcumque cessura res est, malo tibi defensionem meam displicere, quam caussam. Agnosces autem, quæ dicturus sum; quippe meministi, quum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te, multos integros juvenes in domo tuæ matris abscondi. Præcepisti igitur 38
mihi, ne quem præter te intuerer; sed detrectantes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci, et liberius, quam expediebat mihi, exsequutus sum imperium tuum. Gorgiam, Hecateum et Gorgatam, quorum bona opera uteris, inde perduxi. Quid igitur 39
iniquius est, quam me, qui, si tibi non paruissem, jure daturus fui pœnas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuæ persequendi nos caussa est, quam quod utilitatem tuam muliebri præposuimus gratiæ. Sex millia Macedonum peditum et 40
DC equites adduxi, quorum pars sequutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem.

36. *Anxio animo* suo, Olympiadis. Heumannus omnem locum sic emendat : « Huccine malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore et Alexandro excusem, et Antiphani? At hercule mater de nobis scripsit! Utinam prudentius esset sollicita pro filio, non inanes quoque species anxio animo figuraret! Quare enim non adscribit metus sui caussam, neque ostendit auctorem? quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit? » — *Figuraret*. Fingeret metuenda ea, quæ non sunt. Senec. epist. 13 : « Animus sibi falsas imagines fingit. »

37. *Integros juvenes*. Egregios, ad militiam aptos. Ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὴν Γάζαν διοικήσας, Ἀμύνταν μετὰ δέκα νεῶν εἰς Μακεδονίαν ἐξέπεμψε, προστάξας τῶν νέων τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξαι πρὸς στρατείαν. Diod. XVII, 41. — *Sed detrectantes*. Id est, eos ipsos in domo Olympiadis ideo absconditos juvenes, quod militiam detrectarent. Necessarium non est, ut cum Scheffero scribas : *sed et detrectantes*.

40. *DC equites*. Lib. V, 1, 40, cum Diodoro numerati sunt D equites : adde, aut detrahe alterutri loco C.

Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc caussam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui iræ ejus nos obtulisti. »

1 II. Dum hæc Amyntas agit, forte supervenerunt,
qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est,
fugientem consequuti, vinctum reducebant. Infesta
concio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more
2 saxa in eum jaceret. Atque ille sane interritus, « Nihil,
inquit, pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiæ
fuga imputetur mea. Hæc si defendi non potest, meum
crimen sit : horum ob id ipsum melior est caussa,
3 quod ego, qui profugi, suspectus sum. » At hæc eloquuto universa concio assensa est. Lacrymæ deinde
omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis, ut solum pro eo esset, quod maxime
4 læserat. Juvenis erat primo ætatis flore pubescens,
quem inter equites tormentis Philotæ conturbatos
alienus terror abstulerat. Desertum eum a comitibus,
et hæsitantem inter revertendi fugiendique consilium,
5 qui sequuti erant, occupaverunt. Is tum flere cœpit,
et os suum converberare; mœstus non suam vicem,

1. *Dum hæc*. Longe aliter Arrian. III, 27, 4, Amyntam ipsum, jam absolutum, ad fratrem reducendum esse profectum, eodemque die reduxisse.

2. *Innocentiæ*. Ne fratribus meis, quum innocentes sint, fuga imputetur mea, tanquam crimen aut criminis indicium. — *Suspectus sum*. Ergo illi non debent esse suspecti, qui non fugerunt. Alii dant *susceptus*, id est, a fuga retractus; minus bene.

3. *At hæc*. Schefferus mavult : *ac hæc*. — *Solum*. Sola fuga (quæ in juvene, facilius quæcumque metuente, excusanda videbatur), nulla alia res, quam in defensione justa commemorare potuisset.

4. *Pubescens*. Hanc vocem Freinshemius pro glossa et explicatione præcedentium habet. — *Terror abstulerat*. Vid. lib. VI, 11, 20.

5. *Converberare*. Usitatiora erant apud antiquos, quam apud nos, externa hæc amentis doloris signa. Sic infra VIII, 2, 5 : « Laniare deinde os unguibus; » apud Virg. Æn. IV, 673, et XII, 871 : « Unguibus ora soror fœdans, et pectora pugnis; » et XI, 95 : « Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora. » — *Non suam vicem*. Non ob suam vicem. Livius, XXXVII, 19 : « Clarior undique ab sollicitis vicem imperatoris militibus sublatus. » Curt. VII, 11, 20.

sed propter ipsum periclitantium fratrum. Moveratque 6
jam regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis frater; qui terribili vultu intuens eum: « Tum, ait, demens, lacrymare debueras, quum equo calcaria subderes, fratrum desertor, et desertorum comes. Miser quo, et unde fugiebas? Effecisti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis. » Ille peccasse se, sed 7
gravius in fratres, quam in semet ipsum, fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt. Una vox erat pari emissa consensu, ut insontibus et fortibus viris parceret. Amici quoque, data misericordiæ occasione, consurgunt, flentesque regem deprecantur. Ille silentio facto: « Et ipse, inquit, Amyn- 8
tam mea sententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, quam periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor. Nisi, quæ delata essent, 9
excussissem, valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est, purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit caussam. Tu, Amynta, ignosce fratri tuo: erit hoc sim- 10
pliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus. » Con- 11

6. *Tum, ait, demens*. Sic apud Livium, XXX, 44, 4, Annibal suos cives castigat de intempestivo fletu: « Vestræ istæ absurdæ atque abhorrentes lacrymæ sunt; tunc flere decuit, quum adempta nobis arma, incensæ naves, interdictum externis bellis, etc. » Sic Virg. Æn. IV, 597: « Tum decuit, etc. » et noster *Racine*, *Bajazet*, act. IV, sc. 5: « Tu pleures, malheureuse: ah! « tu devais pleurer, Lorsque, d'un vain « désir à ta perte poussée, Tu conçus « de le voir la première pensée! » — *Quo?* ad hostes. — *Unde?* ab amicis.

7. *Studia sua*. Contrarium est: odium suum. — *Parceret*. Duo Codd. *parceret rex*.

8. *Beneficii mei oblivisci*. Conf. VI, 8, 5. Plutarch. Othon.: Κελεύσας ὁ Ὄθων Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν, ἠσπάσατο καὶ ὅτι ἔχθη φιλανθρώπως, καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι μᾶλλον, ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν. Ex eo Curtianum quantilla mutatione interpreteris, inquit Acid.? Ὑμᾶς δὲ, νέοι, παρακαλῶ τῆς εὐεργεσίας ἐμῆς ἐπιλαθέσθαι μᾶλλον, ἢ τοῦ κινδύνου ὑμετέρου μνημονεύειν.

cione deinde dimissa, Polydamanta vocari jubet. Longe acceptissimus Parmenioui erat, proximus lateri in acie
12 stare solitus. Et quamquam conscientia fretus in regiam venerat; tamen, ut jussus est fratres suos exhibere, admodum juvenes, et regi ignotos ob ætatem, fiducia in sollicitudinem versa trepidare cœpit, sæpius quæ
13 nocere possent, quam quibus eluderet, reputans. Jam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos; quum exsanguem metu Polydamanta propius accedere jubet; submotisque omnibus, « Scelere, inquit, Parmenionis omnes pariter appetiti sumus, maxime ego
14 ac tu; quos amicitiæ specie fefellit: ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuæ credam) te ministro uti statui: obsides, dum hoc per-
15 agis, erunt fratres tui. Proficiscere in Mediam, et ad præfectos meos literas scriptas manu mea perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem famæ antecedas: noctu pervenire illuc te volo; postero die, quæ scripta erunt,
16 exsequi. Ad Parmenionem quoque epistolas feres; unam a me, alteram Philotæ nomine scriptam: signum annuli ejus in mea potestate est; sic pater credens a

12. *Quæ nocere possent.* Quæ se Alexandro suspectum reddere potuissent. — *Quam quibus eluderet.* Pro *eluderet* legit Heinsius *se tueretur*: in Codd. vel est *illuderetur*, vel *eluderetur*; Freinshemius: *dilueret*, scilicet, crimina qualiacumque forte sint, quam lectionem admisit *Tellier*. Ut ut legas, certe sensus est, quem dedit Raderus; nempe, magis ea agitasse animo Polydamanta, quibus sive dictis, sive factis, regem læsisset, aut in læsæ majestatis suspicionem venire potuisset, quam illa, quibus hæc dilui aut excusari solent.

14. *Obsides.* Hoc quidem non satis apte subjicitur tam propinquis illis: *Vide quantum fidei tuæ credam*; ut notat Freinshemius.

15. *Velocitate.* Eodem sensu Tacit. Annal. lib. V: « Sabinum capere festinavit, quo vera seu falsa anteiret. » Vide quoque Velleium, II, 88, 3.

16. *Sic pater.* Sic, si signo filii epistolam impressero, *pater credens a filio impressum, quum te,* quem amicissimum credit, *viderit, nihil metuet.* Non possum quin indignatione exclamem : ad quem igitur infamiæ et ignominiæ gradum mortis metus, et ultionis cupido magnam istius Alexandri mentem dejecit, qui ne hostes qui-

filio impressum, quum te viderit, nihil metuet. » Poly- 17
damas, tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam; collaudatusque, et promissis oneratus, deposita veste, quam habebat, arabica induitur. Duo Arabes, quorum interim conjuges 18
ac liberi, vinculum fidei, obsides apud regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis, undecima die, quo destinaverat, perveniunt. Et prius quam ipsius nunciaretur adventus, rursus 19
Polydamas vestem macedonicam sumit, et in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. Redditis deinde literis, constituerunt 20
prima luce ad Parmenionem coire : namque ceteris quoque literas regis attulerat. Jam ad eum venturi 21
erant, quum Parmenioni Polydamanta venisse nunciaverunt; qui dum lætatur adventu amici, simulque noscendi, quæ rex ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam acceperat), Polyda-

dem nisi plena luce, medioque die aggredi gloriabatur! Nunc amicum ab amico latentibus insidiis interfici jubet, eademque manu, qua tueri debuerat, naturæ leges morumque sanctitatem diruit. Sane v. c. *Montesquieu, Esprit des lois*, IV, 3, dixit: « Il faut « commencer par faire un mauvais « sujet pour faire un bon esclave. » Fatendum tamen est, regiam potestatem, ubi corruptis moribus nititur, propriam sibi perniciem struere, nec societatis legi, qua principis vita defenditur, illum diu parere, qui naturæ humanæque mentis affectus exuit, quibus amicus amici capiti parcere jubetur.

18. *Per deserta etiam....loca.* Quamvis desertum quoque permeandum esset. Est inter Drangianam, ubi tum Alexander erat, et Mediam magnum desertum salino-nitrosum, per cujus partem Polydamas iter fecisse videtur. — *Undecima die. Hos* (Polydamantem cum comitibus) *aiunt camelis cursoriis* (dromedarios appellant) *XXX, XLve dierum itinere diebus undecim peracto rem confecisse.* Strabo, l. XV, pag. 1054.

20. *Namque ceteris quoque.* Constituerant coire ad Parmenionem omnes simul, non modo Cleander et Polydamas, sed ceteri quoque, Sitalces puta, Menidas et alii. Nam ad illos etiam literas habuerat Polydamas. Ergo, dum eunt, nunciatur Parmenioni Polydamantis adventus. Cleander præerat exteris veteranis, Sitalces Thracibus, Menidas equitibus mercenariis. Adde ex lib. X, 1, 1, Agathonem et Heraconem.

33 est. Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri. Multa sine rege prospere; rex sine illo nihil magnæ rei gesserat: felicissimo regi, et omnia ad fortunæ suæ exigenti modum, satisfecit. LXX natus annos, juvenis ducis, et sæpe etiam gregarii militis munia explevit; acer consilio; manu strenuus; carus princi-
34 pibus; vulgo militum acceptior. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem, an tantum suspectum fecerint, ambigi potest; quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit, quæ facta probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti,
35 quum magis posset liquere, dubitatum est. Alexander, quos mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus, in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, et ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum.
36 Fere iidem erant, quos alioqui rex habuerat invisos: nam quum experiri vellet militum animos, admonuit, qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet. Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quæ sentiebat:

33. *Hic exitus*. Seneca, Suasor. VI: « Quoties magni alicujus mors ab historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitæ, et quasi funebris laudatio redditur: hoc semel atque iterum a Thucydide factum; idem in paucissimis personis usurpatum a Sallustio: Livius benignius omnibus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt. » — *Militiæ domique* sunt genitivi adverbialiter positi. Cic. Tusc. 5: *quorum virtus fuerat domi militiæque cognita*. — *Multa sine rege*. M. Tullius, pro Murena, cap. 9: « Hic multas res et magnas sine imperatore gesserat; nullam sine hoc imperator. » Simili formula Nepos in Thrasybulo: « Multa hic sine Alcibiade gessit; ille nullam rem sine hoc. » Sidon. Apollin. carm. VII, v. 232: « Nil sine te gessit, quum plurima tu sine illo. » — *Exigenti modum*. Qui res omnes volebat suæ felicitatis magnitudini respondere.

34. *Quæ facta probari non poterant*. Quia Hegelochus mortuus, Parmenio absens erat, quos solos conscios conjurationis Philotas confessus erat. — *Re quoque recenti*. Re adhuc recenti jam dubitatum est, quum magis quam posteris temporibus palam fieri posset, utrum Philotas vera confessus esset, an falsa.

aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia. Ita et 37
agentium gratias, et querentium literæ exceptæ sunt: et qui forte tædium laboris per literas erant questi, hanc seorsum cohortem a cæteris tendere ignominiæ caussa jubet; fortitudine usurus in bello; libertatem linguæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan (quippe fortissimi juvenes contumeliis irritati erant), sicut omnia alia, felicitas regis
excepit. Nihil illis ad bella promptius fuit; incitabat 38
virtutem et ignominiæ demendæ cupido; et quia fortiora facta in paucis latere non poterant.

III. His ita compositis, Alexander, Arianorum sa- 1
trape constituto, iter pronunciari jubet in Agriaspas,

37. *Agentium gratias*. Scilicet Alexandro; quibus non ingrata erat militia. — *Exceptæ*. Idem præter Justin. XII, 5, et Diod. XVII, 81; Polyæn. IV, 3, 19, qui et modum tradit: « Quum tabellarii tres stathmos abessent, revocatis iis, literas resignavit. » De omni re, inquit *Schmieder*, et ob Arriani silentium, et quod Alexandri magnanimitate indigna est, dubitari potest. Ego vero in hoc casu quatuor aliis potius quam Arriano crediderim; nam in omni Philotæ Parmenionisque historia plane novimus, quæ esset Alexandri magnanimitas, quum de sua ipsius salute ageretur. — *Et qui forte tædium laboris per literas erant questi*. E glossa hæc esse, Acidalius credidit, quod approbat *Schmieder*. — *Irritati erant contumeliis*, sive *contumelia*. Scilicet, ea ipsa, quod a reliquo exercitu separarentur. — *Excepit*. Emendavit, correxit.

38. *Demendæ*. Cod. Theocrit. *delendæ*. Non male.

1. *Arrianorum satrape constituto*. Sæpe commutantur nomina Aria et Ariana. Sub Dario Aria Satibarzanem satrapen habuerat, quem Alexander primo confirmabat. Quum autem descivisset, Alexander armis subactæ Ariæ Arsamen præfecit. Arrian. III, 25, 12. Posthæc in Drangas progressus est. Sub Persis Drangiana et Arachosia uni parebant satrapæ. Arrian. III, 21, 2. Alexander autem alium præfecit Arachosiæ, Drangianam vero adjecit Ariæ, ut Arsames et Ariorum et Drangarum fieret satrapa. Curtius, VIII, 3, 17. Jam vides, Curtium Arianam dixisse pro Aria et Drangiana, duabus provinciis in unam satrapiam junctis. Posthæc, quum Arsames Alexandro suspectus esset, in ejus locum substitutus est Stafanor, qui, ut palam est ex Arriano, utramque provinciam habuit. — *Agriaspas*. Multum variatur in hoc nomine scribendo. Nostri Codd. habent *armatos*, quod et alii multi, sed nullo sensu. Plures in *Arimaspæ* consentire videntur: alii *Ariaspæ* habent, quod præfert *Schmieder*. Eadem gens si et *Evergetarum* nomine appellabatur, certum est, Græcos ex more suo nomen persicum (*orosangæ* forte, ut Freinshem. ex Herod. VIII,

quos jam tunc mutato nomine Evergetas appellabant, ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affec-
2 tum tectis et commeatibus juverant. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat; cognoscit, Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios. Itaque Caranum et Erigyium cum Artabazo, et Andronico, et sex millibus Græcorum
3 peditum DC equites sequebantur. Ipse LX diebus gen-

85, suspicatur) interpretatos esse. — *Frigore, victusque penuria Cyri exercitum affectum.* Diodor. XVII, 81, sic: « Cyrus in expeditione quadam (contra Scythas, Arrian. III, 27, 9) quum in locis desertis propter victus inopiam ad extremum discrimen redactus esset, adeo quidem, ut miles militis carne famem mitigare cogeretur, Arimaspi XXX M plaustris frumentum advexere. Cyrus itaque, quum secus, ac sperarat, periculum evasisset, non vectigalibus modo gentem exsolvit, sed aliis insuper muneribus affecit, pristinoque nomine abrogato, Evergetas nuncupavit. » Frigus et tecta addidit Curtius.

2. *Caranum,* etc. Erigyius, equitum sociorum, hoc est, Græcorum præfectus, ducebat illos DC equites, et in hac expeditione summum totius exercitus imperium habebat: cap. 4, 34. Peditibus præerant reliqui, inter quos Andronicus, Agerrhi filius, Græcorum præfectus erat, quos, antea Dario merentes, Alexandro in Hyrcania submiserat. Caranus, quem in hac expeditione Arrianus quoque nominat, idem esse videtur, quem alio loco (Arrian. III, 5, 8) Calanum appellavit, sociorumque peditatui præfectum. Artabazus Persa est, fidissimus olim Darii purpuratorum, qui post mortem Darii Alexandro sese dederat. Arriano teste etiam Phrataphemi, Parthyæorum satrapæ, mandatum erat, ut cum suis copiis Ariam ingrederetur. Ceterum vel cum Scheff. legendum est: *mittit itaque Caranum,* vel cum margine ed. Gr. *Itaque Caranum præmittit.*

3. *LX diebus gentem Evergetarum ordinavit.* Offendit ingens spatium LX dierum in gente non adeo magna ordinanda consumptorum, quum Alexandro alioquin in ordinandis maximis provinciis pauci dies sufficerent. Deinde vix erat, quod Alexander ordinaret. Nam quum Ariasparum rempublicam non more reliquorum ejus regionis barbarorum institutam, ipsos potius justitiæ æque studere ac optimos Græcorum invenisset, *liberos eos dimisit,* Arrian. III, 27, 10. Quod si verum, Amenidem quoque non reliquisse videtur, qui iis præesset. Sed vide Diodorum, cap. 81: « Evergetæ et Gedrosii (quos Curtius non commemorat) quum Alexandrum liberaliter excepissent, ἀμφοτέραν τὴν στρατηγίαν Τηριδάτῃ παρέδωκε, hoc est, imperium copiarum in ista regione Tiridatæ (sive Amonidæ) tradidit; ceterum gentem in administranda civitate suis legibus uti permisit. Solebat enim Alexander provincias sic ordinare, ut alii traderet administrationem civilem, alii imperium exercitus. Ille satrapa, hic *episcopos* appellabatur.

tem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. Relicto deinde, qui iis 4
præesset, Amenide (scriba is Darii fuerat), Arachosios, quorum regio ad Ponticum mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit: sex millia Macedonum erant, et cc nobiles, et quinque millia Græcorum cum equitibus ducentis,

Præter alia loca vide Arrian. III, 28, 7. Gedrosios quoque, quos tum vidit Alexander, liberos dimissos esse, propter Arriani silentium, eaque, quæ ad lib. IX, 10, 20, notabuntur, dubito. Hanc et superiorem notam scripsit *Schmieder*. Illum quoque Alexandri morem sic laudavit *Montesquieu, Esprit des lois*, lib. X, cap. 14 : « Il ne « laissa pas seulement aux peuples vain- » cus leurs mœurs ; il leur laissa encore « leurs lois civiles, et souvent même « les rois et les gouverneurs qu'il avait « trouvés. Il mettait les Macédoniens « à la tête des troupes, et les gens du « pays à la tête du gouvernement; ai- « mant mieux courir le risque de quel- « que infidélité particulière (ce qui lui « arriva quelquefois), que d'une révolte « générale. » Idem moris habuit ille Galliarum imperator nuperrimus, qui penitus arcana dominationis cognovit, tam multis nominibus cum Alexandro conferendus.

4. *Scriba*. Sic infra VIII, 11, 5, est Alexandri scriba Mullinus. Eumenes quoque scriba Alexandri fuit, in quo notat Cornelius Nepos, id officium « apud Græcos honorificentius esse, quam apud Romanos: nam apud nos, inquit, revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur; at apud illos e contrario, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide, et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem ; » ubi Lambinum vide. Hos ergo scribas inter amicos regum fuisse, etiam ex Arriano, III, 1, 18, constat: « Scribam, ait, præterea exteris adjunxit Eugnostum, Xenophanti filium, ex amicis. » — *Arachosios*. Provincia Arachosia, prospectat ad septemtrionem Parapamisadarum partem, et Parapamisum montem, quem Macedones *Caucasum* appellabant. Hinc error Curtii, ut Arachosiam *ad Ponticum mare pertinere* putaret. Commutavit enim Caucasum orientalem cum Caucaso ad Pontum Euxinum, a quo Arachosiæ, extrema imperii persici provincia, quam mare nullum alluit, longissime abest, ut notavit *Schmieder*. — *Exercitum.... occupavit*. Non fero hanc locutionem, inquit *Schmieder*, natam forte ex græco περιέληφε. Cod. Leid. legit : *exercitus.... occurrit*. Sententia est, Parmenionis exercitum Alexandrum in Arachosia assequutum esse. Vereor autem, ut recte descriptus sit Parmenionis exercitus; namque divinare non possum, quos sub *CC nobilibus* intellexerit, et minor est numerus CC equitum pro XI millibus peditum. Relicta erant in Media ad custodiam thesaurorum (Arr. III, 19, 14—16) VI millia Macedonum cum aliquot equitibus et peditibus; præterea habebat Parmenio exteros, et Thracas, et omnes equites, præter equitatum amicorum. Adducebat exercitum, ut ex Arriani dicto loco suspicor, Clitus.

5 haud dubie robur omnium virium regis. Arachosiis datus Menon prætor, IV millibus peditum, et DC equitibus in præsidium relictis. Ipse rex nationem, ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio
6 volentem mutuos usus, cum exercitu intravit. Parapamisadæ appellantur, agreste hominum genus, et inter barbaros maxime inconditum; locorum aspe-
7 ritas hominum quoque ingenia duraverat. Gelidissimum septemtrionis axem ex magna parte spectant;

5. *Ipse rex nationem.* Alexandri itinera fuerant hæc: Ex Ariana orientem versus iverat in Drangianam, inde in Ariaspas, et vicinos Gedrosiorum; ex his in Arachosiam, et eos Indos, qui Arachotis vicini erant. Omnes has terras permultam nivem, in magna rerum omnium penuria, cum summo militum labore permeaverat. Ex Arachosia deinde septemtrionem versus castra movebat in Parapamisadas. Ad Parapamisum, qua austrum spectat, condebat Alexandriam urbem. Tandem, extremo Parapamiso cum maximo ob nives et commeatus inopiam labore superato, pervenit in Bactrianam. — *Volentem.* Quæ, nulla mercium permutatione, societatem cum aliis habet. Acidalius et *Tellier* legunt *colentem;* Modius *mutuos usus* delendum proponit; sed optimus sensus est, quem fert vulgata.

6. *Parapamisadæ appellantur.* A monte Parapamiso, qui inter Arachosiam et Bactrianam latissime extenditur. Vide notam ad § 18.

7. *Gelidissimum septemtrionis axem ex magna parte spectant.* Putidum quid scripsisset Curtius, si sensus esset, partem regionis Parapamisadarum septemtrioni obversam esse; nam est nulla regio orbis terrarum, cujus pars quædam septemtrionem non spectet. Nec verum est, eamdem regionis cujusdam partem ob eam ipsam caussam gelidiorem esse. Patet potius, Curtium fines Parapamisadarum describere voluisse. Veri fines eorum, quos Alexander vidit, ad occasum spectant Ariam, ad meridiem Arachosiam, ad ortum Indiam cis Indum, et alia ejusdem montis juga, longius ortum versus procurrentis, ad septemtrionem Bactrianam. Falsos fines scripsit Curtius, vel sua, vel ejus Græci, quem sequitur, auctoritate. Sedes gentis ultra Bactrianam orientem versus esse credidit. Legerat forte, Parapamisum ab Arachosia longius orientem versus excurrere, et circa fontes Indi, Oxi et Iaxartis in septemtrionem flecti. Hunc montis tractum falso pro eo habuit, quem Alexander transiret. Hinc scripsit Parapamisadas *ad occidentem Bactrianis conjunctos fuisse;* hinc eos *ex magna parte* septemtrionem spectare, hoc est, longissime in arctum extendi, et sub ipsum gelidissimum septemtrionis axem. Sic Diodor. XVII, 82: Ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα. Quia ulteriora ignorabantur, non habebat, quod de finibus ortum et austrum versus scriberet. In universum dixit: *meridianam* Parapamisadarum *regionem ad mare indicum ver-*

Bactrianis ad occidentem conjuncti sunt: meridiana regio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere primo 8
struunt, et, quia sterilis est terra materiæ, in nudo etiam montis dorso, usque ad summum ædificiorum fastigium, eodem laterculo utuntur. Ceterum stru- 9
ctura latior ab imo paulatim incremento operis in arctius cogitur: ad ultimum in carinæ maxime modum

gere, hoc est, ea parte, qua austrum spectaret, Oceano indico cingi. Nam erat is error temporum Alexandri, non multo ultra Indum Oceanum orbem terrarum claudere, et a meridie arctum versus ita orbem ambire, ut mare Caspium maris indici sinus sit. Quod si verum fuisset, non absonum erat, extremum Parapamisum ad mare indicum vergere. Hæc, et merito quidem, *Schmieder*, hoc nomine imprimis commendandus inter commentatores, quod brevitate polleat, omnia inutilia circumcidens. Vide quot verba in defendendo hoc Curtii loco, quem *Leclerc* agressus fuerat (de Arte crit. tom. II, pag. 547), profuderit Perizonius in Curt. Vind. pag. 120 seq.

8. *Tuguria*. Schmiederum offendit hic transitus de finibus regionis describendis ad tuguria incolarum. Multo, inquit, concinnius hac narratione defungitur Diodorus, XVII, 82; cum quo Curtius hac in parte auctorem communem sequitur. — *Latere primo*: « Illud *primo* non bene concoquo, inquit Freinshemius, an fuit *ab imo*? hoc est, ex ipso fundamento ad summum usque culmen, ut deinde adjicit. » Freinshemii conjecturam admisit *Tellier*. Heinsius videtur intelligere *primo* in eodem sensu ac crudo; sed laterem primum pro latere crudo, non cocto, dici, non persuadetur *Schmieder*, nec sane ego. Alium sensum, sed diffidenter, proponam: nempe, illi in struendo utuntur *primo*, id est, primum, in ima ædium parte, lateribus, ut ceteræ gentes faciunt. In summis vero partibus, pro ligno, materia, qua alii uti solent, quum *sterilis est terra materiæ*, eosdem lateres, *laterculos*, adhibent usque ad fastigium. Sic Curtium interpretandum existimarem; judicet lector eruditus. — *In nudo etiam montis dorso*. Cujus nomen nondum prodidit. Intelligendus est Parapamisus, cujus maximam partem, qua Alexander transibat, arboribus caruisse, Aristobulus scripsit Arrian. III, 28, 8.

9. *Carinæ*. Scilicet inversæ. Forma ista ædificiorum Numidis familiaris fuerit, docet Sallust. Jugurth. 18, 2: « Ex eo numero (Herculis exercitu), Medi, Persæ, et Armenii navibus in Africam transvecti, proximos mari nostro locos occupavere. Sed Persæ intra Oceanum magis; iique alveos navium inversos pro tuguriis habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi aut mutandi copia erat: mare magnum, et ignara lingua commercia prohibebat. Hi paullatim per connubia Getulos secum miscuere: et quia, sæpe tentantes agros, alia deinde atque alia loca petiverant, semetipsi Numidas appellavere. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. » Vide quæ ad hunc locum in Sallustio nostr. col-

coit; ibi foramine relicto, superne lumen accipiunt ad
10 medium. Vites et arbores, si quæ in tanto terræ rigore durare potuerunt, obruunt humo: penitus hyeme defossæ latent: quum nive discussa aperiri humus
11 cœpit, cælo solique redduntur. Ceterum adeo altæ nives premunt terram, gelu et perpetuo pæne rigore constrictæ, ut ne avium quidem feræve ullius vestigium exstet. Obscura cæli verius umbra, quam lux,

lect. notavit clarissimus *Burnouf*, cujus, pro sua doctrina et humanitate, discipulos fuisse omnes pro laude habent. — *Foramine*. Per quod etiam fumus emitteretur. Ædificiis similibus nunc adhuc gentes Asiæ mediæ et septemtrionalis uti dicuntur. — *Ad medium*. Scilicet, tugurium. Cellario Curtius scripsisse non videtur *ibi ad medium*, sed aliquem illud *ibi* exponere voluisse per *ad medium*. *Ad medium* prorsus delendum censet quoque Schefferus.

10. *Obruunt humo*. Secundam vocem Curtio reddidit *Schmieder* ex Cod. Theocr. qui paullo post: *discussa nix aperire humum*.

11. *Altæ nives*. Quod non mirum, quamvis Parapamisadarum regio sub molliore cælo sita sit. Montium enim altissimorum capita sub quovis axe semper nive premuntur; et quæ terræ prægaltæ sunt, longeque supra maris superficiem eminentes, vel sub linea æquinoctiali nives experiuntur. Parapamisus itaque, quem Alexander hieme transibat, propter montium et regionis totius altitudinem nivibus obrutus erat, quod omnes uno ore testantur. — *Avium....... vestigium*. Ex. c. corvorum, per nives, ut solent, ingressorum. Ex hoc loco Curtii emendandum Diodorum, XVII, 82: διόπερ οὔτ᾽ ὀρνέου προσκαθίζοντος, οὔτε θηρίου διοδεύοντος, et post ultimum verbum lacunam esse, sic explendam, ἴχνη ἐστὶν ἰδεῖν, vel similiter, conjecit *Schmieder*. — *Obscura cæli verius umbra*. Ne hanc descriptionem poeticam esse credas nebularum; sed *cæli umbra* est pro tenebris, ut infra, c. 4, 29, *noctis umbra*: error potius ex errore trahitur. Credebant enim veteres sub ipsum septemtrionis axem diem non amplius esse diem, sed tenebris interceptum, et alta caligine confusum. Parapamisadarum igitur regioni, quam supra sub gelidissimo septemtrionis axe magna ex parte sitam dixerat, eadem per diem umbra magis, quam lux tribuitur. Hodie neminem fugit, Parapamisum longissime ab circulo arctico abesse, et lucem diei, nisi forte nubes nebulæve cælo offusæ sint, vel media hieme clarissimam habere. Sed nec membra descriptionis inter se ipsa concinnari possunt. Si cæli umbra tam obscura fuit, ut vix, quæ prope essent, conspici possent, quo tandem modo militum oculis nix præcipue perniciabilis esse potuit (§ 13), quod maxime fit, quum solis fulgore resplendet? Nonne inepta scripsit § 15: caliginem tantam fuisse, ut ædificia nulla alia res quam fumus ostenderet. Magna scilicet fuit caligo, per quam fumum conspicere liceret! Videntur potius tuguria incolarum

nocti similis premit terram, vix ut quæ prope sunt conspici possint. In hac tamen omnis humani cultus 12 solitudine destitutus exercitus, quidquid malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. Multos exanimavit rigor inso- 13 litus nivis : multorum adussit pedes; plurimorum oculos. Præcipue pernicialis fuit fatigatis : quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant; quæ quum moveri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. A commilito- 14 nibus torpentes excitabantur : neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. Si qui 15 tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt; sed tanta caligo erat, ut ædificia nulla alia res quam fumus ostenderet. Illi, numquam ante in terris 16 suis advena viso, quum armatos repente conspicerent, exanimati metu, quidquid in tuguriis erat, afferebant;

sub nive sic fuisse abscondita, ut per fumum solummodo proderentur. Videtur, quod clarissime tradidit Diodorus, acies oculorum per nimium atque intolerabilem nivis fulgorem ita hebetata fuisse, ut quæ longius recederent, prospici vix possent.

12. *In hac tamen*. *Tamen* pertinet ad *pertulit*. Hic, et in omni illius intolerandi frigoris descriptione, nullius non memoriæ occurrit, quot et quanta mala pertulerit exercitus ille, quem ætas nostra vidit inopiam quoque, frigus, lassitudinem, desperationem tolerantem, per horrendam fatalis anni 1812 hiemem, qua Gallicæ gentis florem et robur longe a patria ambitio malesana sibi mactavit.

13. *Oculos*. Vulgata erat : *Plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit, fatigati quippe in ipso* etc. Cod. Theor. solus legit *pernicialis*, et cum reliquorum plurimis, inter quos nostri, *oculos* et *fatigatis*; quorum auctoritatem sequi malui, cum Schmiedero. *Plurimorum oculos* adussit, corrupit nix. Eadem vero *præcipue pernicialis fuit fatigatis*. *Quippe* etc. Hoc *quippe* ostendit, quo modo fatigatis potissimum nix pernicialis fuerit. Xenoph. Ἀναβάσ. lib. IV : « Relicti de nostris multi sunt, qui oculos ex perpetuo nivium aspectu amiserunt. Multi quidem quibus gelu pedum digiti obstupuerant. Hic unicum erat oculis præsidium, si quid ante eos nigri prætendissent; pedibus, si corpus assidue moverent. » His et illis quoque, quorum testes fuimus, probatur, quam vera descripserit Curtius, minime sane ῥητορεύων.

15. *Tanta caligo*. Vide ad § 11.

17 ut corporibus ipsorum parceretur, orantes. Rex agmen
circumibat pedes, jacentes quosdam erigens, et alios,
quum ægre sequerentur, adminiculo corporis sui
excipiens; nunc ad prima signa, nunc in medio, nunc
in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat.
18 Tandem ad loca cultiora perventum est, commeatuque
largo recreatus exercitus: simul et qui consequi non
19 potuerant, in illa castra venerunt. Inde agmen proces-
sit ad Caucasum montem, cujus dorsum Asiam perpe-

17. *Nunc in medio.* Sic Cod. Th. Vulgo *in medium*. Similia leguntur de Juliano, Iphicrate, Corbulone, quæ refert Gruter. Discurs. cap. 15, ad Tacit. XIV, 24, 1: « Sola ducis patientia mitigabantur; eodem plura, quam gregario milite, tolerante. » Eximium est præceptum, quod Cambysem Cyro tradidisse fingit Xenoph. Παιδ., lib. 1: « In rebus agendis, si per æstatem gerendæ sint, solem imperator in omnium oculis perpeti supra cæteros debet; per hiemem, frigus; quum laborandum est, labores; etc. » Quem locum impense placuisse Scipioni Africano ait Cicero, Tuscul. Quæst. 11, 26. An eum noverit Carolus XII, Sueciæ rex, nescio; certe exemplo, quam vere dixit Xenopho, confirmavit: nam quum, anno 1719, ipsius milites in regione inter Asiam Europamque versarentur, illius prope simili quam nunc tenet Alexander; miles quidam panem hordeaceum nigrum et mucidum, quibus solis vescebantur, omni adstante exercitu, regi obtulit. Rex, quum eum accepisset, totum manducavit, dixitque militi: « Non sane jucunde sapit, sed edi potest. » De hoc *Voltaire, Histoire de Charles XII:* « Ce trait, « tout petit qu'il est, si ce qui augmente « le respect et la confiance peut être « petit, contribua plus que tout le reste « à faire supporter à l'armée Suédoise « des extrémités qui eussent été intolé« rables sous tout autre général. »

18. *Ad cultiora loca.* Ipsius regionis Parapamisadarum, antequam per ultima juga in Bactrianam transiret. Regio illa montana quidem est, sed summa juga sunt ea, quibus hinc ab Arachosia, illinc a Bactriana separatur. Per illa hiemis tempore cum summo militum labore intrarat Alexander; tum pervenit ad loca cultiora et fertiliora, ubi exercitum recreari sivit; inde, hieme nondum præterlapsa, per altera juga summa, quæ a Macedonibus Caucasus appellabantur, in Bactrianam transibat.

19. *Cujus dorsum Asiam dividit.* Solent veteres perpetuum montium dorsum, quod alia parte e regione Sami, alia ex adversum insulas Chelidoneas incipit, tum per Asiam minorem, Armeniam, Mediam, atque Arianam, Indiamque septemtrionalem ortum versus extenditur, plerumque Taurum appellare, interdum Caucasum. Eorum mens non est, eodem eum nomine ubique appellari, ipsi potius alia aliarum partium nomina recensent; geographi autem omne dorsum sic vocabant nomine communi. Eodem dorso tradunt *Asiam* in duas partes *dividi;* alteram, quæ septemtrionem; alteram,

tuo jugo dividit: hinc simul mare, quod Ciliciam subit,
illinc Caspium fretum, et amnem Araxem, aliaque re-
gionis Scythiæ deserta spectat. Taurus secundæ magni- 20
tudinis mons committitur Caucaso; a Cappadocia se
attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jun-
gitur. Sic inter se (tot) juga velut serie cohærentia 21
perpetuum habent dorsum, ex quo Asiæ omnia fere

quæ austrum spectat. — *Hinc simul mare, quod Ciliciam subit.* Legerat Curtius similia iis, quæ Arrianus, Exp. V, 5, de perpetuis jugis Asiam dividentibus scripsit. Omne id dorsum, quod Asiam dividit, *Caucasum* appellat, cujus situm in universum descripturus, *hinc*, ait, qua ad occasum vergit, *simul mare, quod Ciliciam subit, spectat;* quod verum: *illinc*, qua ad orientem vergit, *Caspium fretum, et amnem Araxem, aliaque regionis Scythiæ deserta spectat*, h. e. dum per Armeniam, Mediamque, et Parthyæam transit, septemtrionem versus habet, et amnem Araxen, et mare Caspium; ulterius orientem versus excurrens a læva prospectat Scythiæ deserta. Tandem, quod Curtio addendum erat, committitur Parapamiso, quem Macedones Caucasum dixerunt. Pro *aliaque* in Codd. legitur *et aliæque:* legendum est *et alia parte*; Araxes enim non pertinet ad Scythiæ deserta. Reliqua de Tauro proprio maximam partem vera sunt, qui *mons est secundæ magnitudinis*, et *Caucaso* proprio quidem *committitur*; alia enim juga ex Caucaso, alia ex Tauro in Armeniam excurrunt, ibique committuntur. Si vero Caucasum eum, qui Asiam dirimit, intellexit, minus diligenter Taurum committi dixit, qui potius pars ejus est, et quidem ea, quæ Ciliciam subit. Verum est, Taurum *præterire Ciliciam*, et *Armeniæ montibus jungi;* minus verum eum *a Cappadocia se attollere :* attollitur potius longius occidentem versus ex Lyciæ et Cariæ litoribus. Sic igitur, si locum interpretatus fueris, *inter se tot juga velut serie cohærentia perpetuum habere dorsum* videbis. Ex quo omnes majores Asiæ fluvios, quotquot veteres norunt, oriri verum est. Sed hoc quoque loco Curtio non fit injuria, si negligentiæ accusatur, dum *Caspium mare* ab *Hyrcano* distinxit, quasi diversa essent maria. Vide supra VI, 4, 18, cum not. Potuit tamen vulgata ex glossa nasci, si alius ad præcedentia glossam hanc, *sive Hyrcanum*, adscriberet, alius in textum receptam adoptaret. In Erythræum mare cadunt Euphrates cum Tigri, Indus aliique; in Caspium Araxes, et, ut putaverunt, Oxus; in Ponticum, sive potius Mæotin lacum, ut Arrianus scripsit, Tanais. Tanain proprium, qui in Mæotin cadit, ex his montium jugis originem non habere, non nescis, sed memineris, Macedones Iaxarten semper cum vero Tanai confudisse. Iaxartis, quem falso Tanaim appellabant, fontes in Parapamiso, Tanaidis vero ostium in Mæoti esse sciebant. Nomine igitur in errorem inducti, prioris fontes posteriori adscripserunt. Hæc omnia *Schmieder*. Vide quæ de Tauro, Caucaso, aliisque montibus, et fluminibus quæ ex iis decurrunt, notabimus in indice geographico.

flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia
22 in Hyrcanum et Ponticum decidunt. XVII dierum spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes in eo x in circumitu stadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit, in qua vinctum Promethea fuisse antiquitas tradit.
23 Condendæ in radicibus montis urbi sedes electa est. VII millibus seniorum Macedonum, et præterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum, in novam urbem considere. Hanc quoque Alexandriam incolæ appellaverunt.

1 IV. At Bessus, Alexandri celeritate perterritus, diis patriis sacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos

22. *XVII*, sive *XVI* (ut Diod.) *dierum spatio*. Credo propter hiemem; quum enim ex Bactriana Alexander in Parapamisadas rediret, vere adulto, X dies ad montem transeundum suffecere. — *Rupes in eo*. In medio Parapamiso, ut tradit Diodorus. — *In qua vinctum Promethea*. Non in hac rupe, sed in Caucaso vero antiquitas tradiderat Promethea vinctum. Macedones autem, ut ait Arrian. V, 3, 2, specum quemdam apud Parapamisadas conspicati, fabulaque aliqua vel ab incolis audita, vel ab ipsismet conficta, hunc specum Promethei antrum esse sparserant, ubi vinctus olim fuerit.

23. *Condendæ urbi in radicibus montis*. Non illius rupis, sed ipsius Parapamisi, qua austrum spectat, ut patet ex Diodoro et Arriano III, 28, 6. Condita enim est antequam Alexander per Caucasum in Bactrianam transiret. Vocari solet *Alexandria ad Parapamisum*. Ad eamdem iterum venit Alexander, quum ex Bactriana in Parapamisadas rediret. Arrian. IV, 22, 5. — *VII millibus seniorum Macedonum*. Verisimile non est, Alexandrum tot millibus e robore exercitus sui carere et voluisse et potuisse. Noster Codex 5718 legit : *servorum ;* et alter a Schmiedero notatus, sed unde Alexander tot habuisset servos in exercitu? volueritne servis replere urbem suam? Crede cum Arriano, V, 22, 6, Alexandrum multos ex finitimis et ex militibus eos in novam urbem deduxisse, *quorum opera uti desisset*, h. e. ad bellum, propter corpora laboribus aut vulneribus corrupta, inutiles, ἀπομάχους. Similia Diodorus quoque tradidit, c. 83. « Præter Alexandriam rex et aliam urbem condidit, unius diei iter ab illa distantem. In utraque VII M barbarorum, III M extra ordines castra sequentium, ac mercenariorum quotquot vellent, collocavit. »

1. *Sicut illis gentibus*, Persis aliisque asiaticis, *mos est :* Hæc verba cum sequentibus jungenda sunt. Persæ de rebus maxime seriis ebrii deliberabant : quod autem consultantibus placebat, id die postero ædium præfectus jejunus proponebat : quod si jejunis etiam placeret, tunc id perficiebant; sin minus, omittebant; rursus vero, si quid sobrii proposuissent, ebrii decernebant, ut Herodotus,

est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de
bello consultabat. Graves mero suas vires extollere : 2
hostium nunc temeritatem, nunc paucitatem sper-
nere. Præcipue Bessus, ferox verbis, et parto per scelus 3
regno superbus, ac vix potens mentis, dicere; Socor- 4
dia Darii crevisse hostium famam; occurrisse enim in
Ciliciæ angustissimis faucibus; quum retrocedendo
posset perducere incautos in loca, naturæ situ invia,
tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter
quas deprehensus hostis ne fugæ quidem, nedum re-
sistendi occasionem fuerit habiturus. Sibi placere in 5
Sogdianos recedere; Oxum amnem velut murum ob-
jecturum hosti, dum ex finitimis gentibus valida auxi-
lia concurrerent. Venturos autem Chorasmios, et Da- 6
has, Sacasque, et Indos, et ultra Tanaim amnem colen-
tes Scythas; quorum neminem adeo humilem esse, ut
humeri ejus non possent Macedonis militis verticem
æquare. Conclamant temulenti, unam hanc senten- 7
tiam salubrem esse : et Bessus circumferri merum lar-
gius jubet, debellaturus super mensam Alexandrum.
Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, sed ma- 8
gicæ artis (si modo ars est, non vanissimi cujusque

Athenæus et Suidas tradunt. Idem mos fuit apud Germanos, ut ex Tacito, Germ. Hujus generis cœna vivide et poetice describitur in libro cui titulus, *les Martyrs*, auctore *Châteaubriand*, qui nimium nobis laudari nequit.

6. *Chorasmii etc.* Chorasmiorum sedes erant circa Oxum, qua ostio propior est; Daharum, sive Daarum, ad mare Caspium, ut ad meridiem Hyrcanis conjuncti essent. Sacas a Scythis proprie non esse diversos supra ad IV, 9, 2, monuimus; fuerunt autem, qui eos ita distinguerent, ut Sacas ad ortum a Sogdiana, Scythas ad septemtrionem, et ultra Iaxarten ponerent, quem fluvium a Macedonibus et scriptoribus de Alexandro Tanaïn vocari, sæpius dixi. Ab his gentibus Bessus auxilia exspectare poterat; ab Indis non poterat. Nam ea ipsa via, qua Bactrianam intrare debuissent, venerat Alexander, qui Parapamisadarum regionem jam occuparat.

8. *Cobares.* Bagodaras apud Diodorum. Legitur in nostro, 5718, *in eo concilio Chobares.* — *Magicæ artis.* Curtium de magica arte, qualis apud Persas fuerat, sentire, hoc est, mixta ex naturali et præstigiatrice, facile

ludibrium) magis professione, quam scientia celeber;
9 alioquin moderatus et probus. Is quum præfatus esset, scire servo utilius parere dicto, quam afferre consilium; quum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat; qui vero suadeant, proprium periculum: * poculum ei, quod habebat in manu, tradidit, quo accepto
10 Cobares: « Natura, inquit, mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest; quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno; turbida
11 sunt consilia eorum, qui sibi suadent. Obstat metus; aliis cupiditas; nonnumquam naturalis eorum, quæ excogitaveris, amor: nam in te superbia non cadit. Expertus es, unumquemque, quod ipse repererit, aut
12 solum, aut optimum ducere. Magnum onus sustines capite, regium insigne; hoc aut moderate perferendum est, aut, quod abominor, in te ruet: consilio,
13 non impetu opus est. » Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant, canem timidum vehemen-

quisque intelligit. — *Ludibrium.* Proprie. *Ludere* enim dicuntur magi. Tertull. Apolog. c. 33: *Si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Ex iis vocibus, licet Plin. XXX, Marcus Antoninus, cap. 13, aliique ethnici de magicis artibus eadem quæ noster senserint, tamen non absurde credendum est, christianum fuisse Curtium.

9. *Proprium periculum.* Ex sinistro consilii eventu. *Cellar.* — *Poculum ei.* Forte: *Bessus poculum ei*, etc. Est enim in nonnullis libris magna hic lacuna. Nescio autem, annon interpretandum hoc sit de more, qui et apud Græcos fuit, ut in symposiis audiretur ille, qui haberet calicem, quo quasi insigni totum sodalitium agnoscebat, cujus esset cantilena; adque eum se convertebat. Ex hoc more jocus ille in Demosthenem apud Plutarch. cap. 85: quum enim ille calice insignis cælaturæ, aliisque donis ab Harpalo acceptis male audiret, seque purgare volentem non audiret populus, exsurgens quidam salse ait: « Non audietis, Athenienses, istum qui calicem habet? » ubi, inter varias lectiones a Stephano subnexas, egregium est scholium: *ἐν γὰρ τοῖς συμποσίοις τὴν κύλικα ἔχοντες ᾖδον τὰ λεγόμενα σκολία.* An igitur et apud Persas talis consuetudo fuerit, an, ut sæpe fieri solet, ab una gente ad aliam transtulerit Curtius, doctorum esto judicium.

11. *Excogitaveris.* Sic plurimi Cod. Vulgo: *cogitaveris.*

12. *Regium insigne.* Proprie tiaram rectam; h. l. non improprie pro gravitate muneris regii accipiam, quamvis aliter sentiant multi et doctissimi.

tius latrare, quam mordere: altissima quæque flumina minimo sono labi. Quæ inserui, ut, qualiscumque inter barbaros potuit esse prudentia, traderetur. In his 14
audientium suspenderat exspectationem. Tum consilium aperit, utilius Besso, quam gratius: « In vestibulo, inquit, regiæ tuæ velocissimus consistit rex. Ante
ille agmen, quam tu mensam istam movebis. Nunc ab 15
Tanai exercitum arcesses, et armis flumina oppones. Scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! iter utrique commune est, victori tutius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamen spes est. Quin 16
validioris occupas gratiam, dedisque te, utcumque cesserit, meliorem fortunam deditus, quam hostis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo
careas: incipies forsitan justus esse rex, quum ipse 17
fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eripere. Con- 18
silium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgæ regitur; ignavus ne calcari quidem concitari potest.» Bessus, et in- 19
genio et multo mero ferox, adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum (nam strinxerat

14. *Suspenderat exspectationem.* *Schmieder* ex vulgatis scripsit, *in his audientium suspensam dederat exspectationem sui.* Hæc quum ipsi non latina viderentur, præplacebat emendatio Acidalio-Freinshemiana: *ut his audientes suspenderat exspectatione sui, tum consilium aperit.* Quum vero legatur in nostris Regg. Codd. *in his audientiū exspectationē sui spē dedat*; in his reperienda magis credidi, quæ ipse legerim, quam quæ alii.

15. *Strenuum metum esse.* Metum veloces reddere. Inde illud vulgo notum in Virg. Æn. VIII, 224, « ... pedibus timor addidit alas. » Respexit Euripid. in Supp. φόϐος μὲ ἀναπτεροῖ.

16. *Quin validioris.* Cur non ultro expetis amicitiam Alexandri potentioris?

17. *Alienum regnum.* Injuria occupatum, quum alius esset: *justus esse rex*, jure esse rex, *quum ipse fecerit* te regem, *qui*, etc. Ego non sustineo credere, inquit *Schmieder*, aliquem servorum Bessi ipsi præsenti alienum regnum exprobrasse, ipsum præsentem cum equo, vel virga, vel calcari, regendo, comparasse. At animadvertat *Schmieder* hæc omnia inter pocula, et quum spiritus jam vino incalescerent, fuisse dicta, et ab homine qui apud barbaros sua magica arte metuendus videri debebat.

quoque acinacem), contineretur. Certe e convivio
20 prosilivit haud quaquam potens mentis. Cobares, inter
tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. VIII millia Bactrianorum habebat armata Bessus, quæ, quamdiu propter cæli intemperiem Indiam potius Macedonas petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reli-
21 querunt. Ille cum clientium manu, qui non mutaverant fidem, Oxo amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas
22 copias in Sogdianis contrahebat. Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat; sed inopia
23 frumenti prope ad famem ventum erat. Succo ex sesama expresso, haud secus quam oleo artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis amphoræ singulæ; mellis denariis trecenis nonagenis; trecenis vini æstimabantur; tritici nihil aut admodum exi-
24 guum reperiebatur. Siros vocabant barbari: quos ita

20. *VIII millia.* At *VII millia* Arrianus dixit. — *Propter cæli intemperiem*: propter hiemem et nives Parapamisi.

21. *Clientium.* Hi erant, qui propius magnatibus devincti magna beneficia fere perpetua pensitabant, ne in extremis quidem patronos suos deserentes.

22. *Prope ad famem. Prope famem*, proposuit Berneggerus.

23. *Succo ex sesama expresso.* Qui Orienti frequentissimus cibus et olim fuit et nunc est. Macedones eo utebantur pro oleo, quo ad ungendos artus carere non poterant, et quod tum deficiebat. Gallis vox *sesame* usitatior est quam *jugoline*, qua *sesamam* gallice interpretatus est Freinshemius. Idem adnotavit, unxisse se Macedonas ad mitigandum frigus, quod uncta membra commodius ferant. Ut vero probet Curtius, tum prope ad famem ventum esse, ex auctore suo ingentia olei sesamini, mellis et vini pretia adscripsit. Si denarius sive drachma Græcorum respondet circiter 80 cent. nostræ monetæ, 240 denarii æquales sunt 192 fr. 390 denarii, 312 fr. 300 den. 240 fr. Amphorarum modus non certo constat, nec fuit magnus, nec ubivis idem. Romana tenebat octoginta libras pondo.

24. *Siros vocabant barbari.* Non ii barbarorum inter quos tum Alexander versabatur, sed propiores Græciæ, Thraces, Cappadoces, ut videre est ex Varr. de Re Rust. 1, 57: « *Quidam*

solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce et herbis sustinebantur. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant, quum 25
jumenta, quibus onera portabant, cædere jussi sunt: horum carne, dum in Bactrianos perventum, traxere vitam. Bactrianæ terræ multiplex et varia natura est; 26
alibi multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit: solum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora sunt, frumento conseruntur; cetera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem ejusdem terræ steriles 27
arenæ tenent: squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit: quum vero venti a Pontico mari spirant, quidquid sabuli in campis jacet, converrunt. Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. Itaque qui transeunt campos, navigantium 28
modo noctu sidera observant, ad quorum cursum

granaria habent sub terris, uti speluncas, quas vocant σιρούς, ut in Cappadocia et Thracia. » Vide quoque Vitruv. lib. VI, 8; Columell. lib. 1, 6; Plin. XVIII, 30. « *Σιρὸς*, inquit Casaubo in Athen. IV, 3, est fovea in usum granarii vel apothecæ cavata. Hesychius etiam *πίθον* interpretatur, quia in doliis præter vinum etiam alia servabant. Siros vocant auctores rei rusticæ Varro et Columella: et ille scribit sirorum in Thracia plurimum fuisse usum. » In Hungaria autem sua ætate vina frumentaque sic recondi usitatissimum fuisse, affirmat Freinshemius. — *Fluviatili pisce et herbis.* Addendum est ex Arriano III, 28, 13, rerum omnium penuriam Alexandro et eam ob caussam auctam fuisse, quod Bessus regionem Caucaso adjacentem depopulatus erat.

25. *Horum carne.* Vel cruda propter lignorum penuriam. Sed ad concoquendam auxilio fuisse præsentem copiam silphii, tradiderunt Strabo, lib. XV, et Ælian. V. H. 12, 37.

26. *Mites fructus.* Dulces maturitate percoctos. Mox *mitiora* (soli) et *mitior* terra fertilitatem notant.

27. *A Pontico mari.* Curtium falso credidisse, Pontum Euxinum his terris propinquum esse, ex lib. VII, 3, 4, palam est. A Caspio, sive Hyrcano dicere debuit. Plutarch. Alex. c. 46, et Arrianus, quum Ammonitidem et has quoque regiones describit, eadem fere notavere.

28. *Ad quorum cursum.* Nam stellæ cursus certos et constantes habent, ut Cic. de Nat. Deor. 3, 9, notat. Cf. cum Silio, III, 664: « Errantem campo, et semper media arva videntem Sidoniis

iter dirigunt, et propemodum clarior est noctis umbra,
29 quam lux. Ergo interdiu invia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt, et nitor siderum caligine absconditur. Ceterum si quos ille ventus, qui
30 a mari exoritur, deprehendit, arena obruit. Sed qua mitior terra est, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. (Itaque Bactriani equites xxx millia
31 expleverant.) Ipsa Bactra, regionis ejus caput, sita sunt sub monte Parapamiso. Bactrus amnis præterit

Cynosura regit fidissima nautis. » Lucan. IX, 495 : « . . . . Nec sunt discrimina terræ Ulla, nisi ætheriæ, medio velut æquore flammæ, Sideribus novere vias . . . » — *Clarior est noctis umbra.* Acute ad hunc locum *Tellier* : « Quid ita ? Nam sive noctu quoque venti spirant, nec facilius modicum lunæ aut stellarum fulgorem obscurabant arenæ ventis effusæ, quam diurnam solis lucem : sive nulli spirant venti, quid est, quod diurnam lucem noctis umbra vincere queat ? Sic igitur accipiendum putem, ut non major quidem illa sit noctis, quam diei lux, sed viatoribus opportunior, quia noctu stellas observare possunt, quarum aspectu iter regant; interdiu non possunt. »

29. *Caligine.* Nitor siderum interdiu non caligine, sed fulgore solis abscondi solet. Quod Curtius dicere noluit. Credidit potius (cf. c. 5, 4) interdiu immodico terræ fervore tantam excitari nebulam, ut lux tegatur omnis. — *Arena obruit.* « Non diffiteor, inquit *Schmieder*, suspicionem meam, græcum Curtii auctorem ac Diodorum (vid. Argument. libri XVII), occasione de desertis loquendi data, de arenosis Bactrianæ locis ea tradidisse, quæ apud alios de desertis Ammoniorum et Gedrosiorum leguntur. Alii enim veterum in laudanda Bactrianæ fertilitate consentiunt. » Severius forsan judicium est Schmiederi; nam et ipse Curtius Bactrianæ fecunditatem laudat, partem tantum hujus provinciæ sterilem fuisse cum Diodoro affirmat.

30. *Itaque Bactr. equites XXX mil. explebant.* Ex glossa hæc esse, recte notarunt Modius et Freinshemius, adscripta in margine a quodam, hac mente : Quia ingens hominum equorumque multitudo in Bactriana gignatur, se non mirari, quod equites eorum XXX mill. explevisse dicantur. Respici putat Freinshemius ad III, 2, 4, ubi hæc de Persis dicta, *in quîs eques XXX mil. explebat*, glossator de Bactrianis acceperit, quia pro nomine *Barcanorum*, quod statim sequitur, in multis legatur *Bactrianorum.*

31. *Ipsa Bactra... sita sunt sub monte Parapamiso.* Videri possunt Bactra in ipsis Parapamisi radicibus sita fuisse. Arriano auctore, Alexander Parapamisum transgressus prius venit Drapsaca, tum Aornos et Bactra. A Plinio et Strabone eadem urbs et Zariaspa vocata fuisse traditur; ab Arriano maxima Bactrianæ urbs modo Bactra, modo Zariaspa vocatur, ita tamen, ut ex ipso non liqueat, utrum eamdem an diversas urbes designaverit. Si vero Arrian. 4, 7, 1, cum Curtio VII,

mœnia; is urbi et regioni dedit nomen. Hic regi stativa 32
habenti nunciatur ex Græcia Peloponnensium Laco-
numque defectio; nondum enim victi erant, quum
proficiscerentur tumultus ejus principia nunciaturi:
et alius præsens terror adfertur; Scythas, qui ultra
Tanaim amnen colunt, adventare Besso ferentes opem.
Eodem tempore, quæ in gente Ariorum Caranus et
Erigyius gesserant, perferuntur. Commissum erat 33
prælium inter Macedones Ariosque. Transfuga Sati-
barzanes barbaris præerat; qui quum pugnam segnem
utrimque æquis viribus stare vidisset, in primos or-
dines adequitavit, demptaque galea, inhibitis, qui
tela jaciebant, si quis viritim dimicare vellet, provo-
cavit ad pugnam, nudum se caput in certamine habi-
turum. Non tulit ferociam barbari dux exercitus Eri- 34
gyius, gravis quidem ætate, sed et animi et corporis
robore nulli juvenum postferendus. Is galea dempta
caniciem ostentans, « Venit, inquit, dies, quo aut vic-
toria, aut morte honestissima, quales amicos et mi-
lites Alexander habeat, ostendam. » Nec plura elo-
quutus, equum in hostem egit. Crederes imperatum 35
ut acies utræque tela cohiberent; protinus certe re-

10, 10, contuleris, utroque nomine eamdem appellatam fuisse non dubitabis. Ceterum fluvium potius ab urbe, quam urbem a fluvio nomen accepisse, putat *Schmieder*.

32. *Peloponnensium Laconumque defectio*. Collatis notis ad IV, 1, 38, et VI, 1, 21, videbis, et Alexandrum de conatibus Laconum multo ante certiorem factum fuisse, et certum non esse, quando tandem de oppresso Laconum tumultu nuncium acceperit. Itaque Alexander nec ea dicere potuit, quæ infra sec. 39, memorantur. — *Ultra Tanaim*. Hoc est, Iaxarten, Sogdianæ terminum, quem falso Macedones Tanaim esse putaverunt. — *Caranus et Erigyius*. Vid. supra VII, 3, 2.

33. *Viritim*. Singulari certamine. — *Demptaque galea*. Non ut *nudum se caput in certamine habiturum* gloriaretur, quæ saltem gloriatio non est pro milite strenuo, sed, quod Diodorus dixit, ut agnosceretur, ut cerneretur, quis esset ὁ μονομαχήσων. Ne aliqua parte tutior videretur, et Erigyius galeam demebat.

34. *Nulli juvenum postferendus*. Voss. 2: *Nulli non juvenum præferendus*.

cesserunt dato libero spatio; intenti in eventum, non duorum modo, sed etiam suæ sortis, quippe alienum
36 discrimen sequuturi. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigyius modica capitis declinatione vitavit. At ipse infestam sarissam, equo calcaribus concito, in medio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emi-
37 neret. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat; sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hostis adjuvit;
38 et barbari, duce amisso, quem magis necessitate, quam sponte sequuti erant, tunc haud immemores
39 meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt. Rex his quidem lætus, de Spartanis haud quaquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens, « non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines
40 Indiæ pervenisse cognovissent. » Ipse Bessum persequens copias movit: cui Erigyius, barbarici opimum belli decus præferens occurrit.

35. *Non duorum modo.* Præfert Freinshemius: *Non ducum modo.* Sensus est : intuentes quis foret exitus fortunæ non suorum solum ducum, sed etiam suæ universorum, quia sui quisque ducis sortem secuturus erat exercitus; victor, cujus dux vinceret; victus, cujus vinceretur.

36. *Infestam. Infesta* lancea, hasta, gladius et quodcunque telum dicitur, cujus mucro in adversarium intenditur. — *Sarissam.* Oblongæ hastæ genus, macedonicæ phalangis proprium, quam Ælianus et Polybius cubitorum quatuordecim, hoc est pedum unius et viginti faciunt, quum initio sexdecim cubitorum fuisset, pedumque adeo viginti quatuor. Similis est quam hodie dicimus, *pique.* Sed alia brevior erat equitum de quibus hic agitur, quam gallice dicere possis : *une javeline.*

38. *Arma tradunt.* Arriano auctore, omnes effuse fugerunt.

39. *Cognovissent.* Hoc ita dicentem Curtius facit Alexandrum, non quod re vera sic esset; nec enim principio motus sui Lacones cognoscere poterant, ubi futurus esset Alexander, quum ejus rei nuncius ad eum pervenirent; sed quia tum primum de defectione diu ante facta audit ; tamquam de re nova et quæ modo accidisset, ex communi hominum more pronunciat. Ex Freinshemius.

40. *Barbarici.* Cæteri editt. legerunt: *Spolia barbari, ceu opimum belli decus :* sed, ut jam notaverat *Schmieder,* languidiora hæc erant. Eam igitur lectionem, quam dant Codd. Fl. et

V. Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, 1
sarcinas et impedimenta ibi cum præsidio reliquit. Ipse
cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum in-
trat, nocturno itinere exercitum ducens. Aquarum, 2
ut ante dictum est, penuria, prius desperatione, quam
desiderio bibendi, sitim accendit. Per cccc stadia ne
modicus quidem humor exsistit. Arenas vapor æstivi 3
solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus
quam continenti incendio cuncta torrentur. Caligo 4
deinde, immodico terræ fervore excitata, lucem tegit:
camporumque non alia quam vasti et profundi æquoris
species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia 5
rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum

Leid. apud Snakenburg. et nostri regg. in textum primus admittere non dubitavi: *cui Erigyius barbarici opimum belli decus præferens, occurrit.*

1. *Bactrianorum regione.* Capta urbe primaria, reliqui Bactriani non difficulter se dederunt. Arrian. III, 29, 3. — *Deserta Sogdianorum intrat.* In Codd. pro *Sogdianorum* legitur *Susitanorum*, quod nomen nemo novit. Igitur, quia infra, § 19, sub Susitanis Codicum intelligendi sunt Sogdiani (conf. nota ad IV, 12, 6), editores hoc quoque loco *Sogdianorum* scripserunt, alium errorem pro alio substituentes. Sogdiani enim communi veterum consensu non ad lævam, sed ultra dextram Oxi ripam locantur. Deserta vero, quæ tum Alexander intrabat, erant inter Bactra et Oxum, ad lævam fluvii. Ceterum assentior Perizonio, Curtium vel ipsum, vel Græcos, quos sequutus est, pericula itineris per deserta Bactriana verbis auxisse. Arrianus enim alias talium scriptor diligentissimus, totius periculi ne mentionem quidem fecit. Nihil dixit, nisi Alexandro in transitu Parapamisi atque in itineribus ad Oxum et ultra Oxum multos equos periisse. III, 20, 12. Hæc Schmieder.

2. *Ut ante dictum est*: c. 4, 27.

3. *Vapor æstivi solis.* Nota *vaporem*, ut alias sæpe, a Curtio vocari solis ardorem; quomodo Virg. Æneid. V, 682, «... lentusque carinas Est vapor, edit...;» et Colum. V, 10: «Minusque vaporis æstate per angustum os penetret.» Nempe, ut notavit *Tellier*, sol non aliter arenas torret quam per aeris vaporem suis accensum radiis; et flamma ipsa nihil aliud quam vapor accensus.

4. *Caligo.* Nebulæ densissimæ, quas *Tellier* æstum defendere debuisse notavit, ideoque Curtium non cohærenter sibi scripsisse. Sed forte credidit, Macedones in Bactriana talia expertos esse, qualia Itali experiuntur, Sirocco flante. Pro verbo *excitata* editor Gryphianæ margini adlevit conjecturam *excita*, non spernendam.

5. *Nocturnum iter.* Sic postea in Gedrosis plurimum itineris noctu confecit, Arrian. lib. VI, c. 4, § 15 et 22, quem cum hoc loco comparare possis.

cum ipsa luce æstus oritur : omnemque naturalem ab-
sorbet humorem siccitas; ora visceraque penitus urun-
6 tur. Itaque primum animi, deinde corpora deficere
7 cœperunt; pigebat et consistere et progredi. Pauci a
peritis regionis admoniti præpararant aquam; hæc
paulisper repressit sitim: deinde crescente æstu rur-
sum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid
vini oleique erat, hominibus ingerebatur; tantaque
dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non time-
8 retur. Graves deinde avide hausto humore non susti-
nere arma, non ingredi poterant; et feliciores vide-
bantur, quos aqua defecerat, quum ipsi sine modo
9 infusam vomitu cogerentur egerere. Anxium regem
tantis malis circumfusi amici, ut meminisset (sui),
orabant; animi sui magnitudinem unicum remedium
10 deficientis exercitus esse; quum ex iis, qui præcesse-
rant ad capiendum locum castris, duo occurrunt utri-
bus aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem
agmine esse, et ægre pati sitim non ignorabant, occur-
11 rerent : qui quum in regem incidissent, alter ex iis,
utre resoluto, vas, quod simul ferebat, implet, porri-
gens regi. Ille (accipit) percontatus, quibus aquam
12 portarent, filiis ferre cognoscit. Tunc poculo pleno,
sicut oblatum est, reddito; « Nec solus, inquit, bibere
sustineo; nec tam exiguum dividere omnibus possum.

7. *Hominibus ingerebatur. Hominibus* prorsus abesse cum Acidalio et Schmiedero malo, quam cum Heumanno in *avidius* mutare.

8. *Quas aqua defecerat.* Acidalius mavult: *quas defecerat*, sc. humor. Et paullo post *infusum*, sc. humorem. Raderus voce *aqua* quemlibet humorem intelligi vellet; durius quidem, quum de vino et oleo agitur.

9. *Ut meminisset sui.* Hoc *sui* expungit Modius. *Schmieder* uncis inclusit: ferri tamen potest.

10. *Utribus.* Uter vasis genus est, sive sacci potius, ex pellibus maxime hædinis, ad vinum oleumve commodius gestandum. De utribus eorumque multiplici in bellis usu, consuli potest Stewechius ad Vitruvium III, c. 7.

11. *Ille accipit.* Et hic vocem posteriorem, cum Modio et Schmiedero, abesse malo.

Vos currite, et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date.» Tandem ad flumen Oxum ipse pervenit 13
prima fere vespera. Sed exercitus magna pars non potuerat consequi : in edito monte ignes jubet fieri, ut ii, qui ægre sequebantur, haud procul castris se abesse cognoscerent. Eos autem, qui primi agminis 14
erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari, jussit, ac suis opem ferre. Sed qui intemperantius hau- 15
serant, intercluso spiritu exstincti sunt : multoque major horum numerus fuit, quam ullo amiserat præ-

12. *Date*. Arrianus hanc rem et alia quædam a Curtio hic exposita de periculoso per Gedrosiam itinere scripsit. Plutarchus, c. 76, ad id tempus retulit quum Darium persequeretur; Frontin. Stratag. I, 7, 7, quum Hammonem peteret. Vid. quoque Polyæn. Strateg. IV, 3, 25. Idem de Catone narrant Plutarch. in Cat. c. 12, et Lucan. IX, 497; de Annibale Silius I, 261 : « Exercetque sitim, et spectato fonte recedit; » de Theodosio minore Sozomenii interpres, Præfat. in lib. I Hist. Ecclesiastic. cujus hæc verba sunt : « Quum te satellitum quispiam a sole vehementer urente in ipso meridie, multo sudore ac pulvere conspersum cerneret, tamquam gratificaturus, phialam tibi admodum splendide solaribus radiis relucentem obtulit, ac suavem quemdam potum illi, aqua frigida mixtum, infudit. At tu, potentissime, accepta hac phiala, virum munificentia remunerasti. Quum vero milites universi phialam illam suspicerent, felicemque illum, qui ex ea bibiturus esset, judicarent, poculum viro illi, o generose, reddidisti, et quomodo ipsi placeret, usurpare jussisti. Videris itaque mihi haud immerito Alexandrum Philippi virtutibus tuis superare, cui miles quidam sedulus et officiosus, ab illis qui eum celebrant, quum per loca arentia exercitum Macedonum duceret, aquam inventam hausisse et obtulisse; ille vero non bibisse potum illum, sed effudisse dicitur. » Cæterum hoc loco multus est Rader. quem vide, si vacat.

13. *Se abesse*. Multi Codd. cum nostris regg. *eos abesse*, quod cum grammatica minime congruit : quidam *ipsos*, quod Heinsius multis exemplis confirmat.

15. *Intercluso spiritu*. Tanta quippe aviditate copiosam aquam bibentibus respirationis via subito præcluditur, et naturalis calor, velut ignis, nimia lympha affusa, suffocatur. Alia quoque potuit esse caussa hujus exitii, quod turbidus ac limosus quum semper fluat, potantium viscera limo distenderentur, ut libro IV, Persis fugientibus contigisse vidimus. Eadem de M. Antonii militibus narrat Plutarch. c. 66. Hoc igitur casu edoctus Alexander, deinceps nequaquam castra prope fluvios locavit, sed viginti minimum stadiis remota, ut Arrian. VI, 4, 28, notat. Vide Polyæn. Strat. IV, 3, 28.

16 lio. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo re-
fectus aut potu, qua veniebat exercitus, constitit: nec
ante ad curandum corpus recessit, quam præterierant,
qui agmen sequebantur; totamque eam noctem cum
17 magno animi motu perpetuis vigiliis egit. Nec postero
die lætior erat, quia nec navigia habebat, nec pons
erigi poterat, circum amnem nudo solo et materia
18 maxime sterili. Consilium igitur, quod unum neces-
sitas subjecerat, init: utres quamplurimos stramentis
refertos dividit; his incubantes transnavere amnem:
quique primi transierant, in statione erant, dum tra-
jicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulte-
19 riore ripa totum exercitum exposuit. Jamque ad per-
sequendum Bessum statuerat progredi; quum ea, quæ
in Sogdianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter
omnes amicos præcipuo honore cultus a Besso; sed
20 nullis meritis perfidia mitigari potest: quæ tamen jam
minus in eo inviso esse poterat, quia nihil ulli nefas-

17. *Nec pons erigi poterat.* Oxus enim sex circiter stadia latus et multo profundior erat, quam pro latitudine, atque sabulosus et rapidus, ut nihil firmiter in vado impingi posset. Præterea circa vadum nuda erat humus et lignis potissimum destituta. Arrian. III, 29, 6.

18. *Utres quam plurimos stramentis refertos dividit.* Collectis pellibus, sub quibus milites in tentoriis degebant, sarmentis quam maxime siccis eas impleri accurateque vinciri et consui jubet, ne quidquam aquæ admittere possent; quæ ita impletæ ac consutæ ad exercitum quinque dierum spatio trajiciendum suffecerunt. Arr. III, 29, 8. De ea ratione trajiciendorum fluminum multa congessere Stewechius ad Veget. III, 7; Casaub. in Suet. Cæsar. 47, 4; et Lipsius Poliorcet. II, 5. Tabernacula Macedonum pellibus tecta fuisse et infra vides, lib. VII, 8, 2.

19. *In Sogdianis erant.* Cum Freinshemio lege: *quæ in Sogdianis acta erant.* Quum Codd. fere omnes, hoc quoque loco, scribant *Susitanis,* aut *Susianis*, magis dubitandum est an recte scribatur *Sogdianis*, necne.

20. *Nefastum.* Justa caussa non est, cur *nefarium*, vel *nefas jam*, vel aliud quid scribere voluerint. Sed mox cum Acidalio legendum est *oderat*, non *oderant.* Ceterum duas de Besso capto narrationes exstitisse scias; alteram eamque veriorem ex Ptolemæo, qui ipse ab Alexandro cum exercitu præmissus Bessum ceperat, descripsit Arrianus lib. III, 29 et 30; alteram in quibusdam variantem scripserat Aristobulus (Arrian. III, 30, 11), quem maxime sequitur noster.

tum in Bessum interfectorem regis sui videbatur. Titulus facinoris speciosus præferebatur, vindicta Darii: sed fortunam, non scelus oderant Bessi. Nam ut Alexan- 21
drum flumen Oxum superasse cognovit, Dataphernem et Catenem, quibus a Besso maxima fides habebatur, in societatem rei adsciscit. Illi promptius adeunt, quam rogabantur; adsumptisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. Spitamenes pergit ad Bessum, 22
et remotis arbitris, comperisse ait se, insidiari ei Dataphernem et Catenem : ut vivum Alexandro traderent agitantes, a semet occupatos esse, et vinctos teneri. Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim 23
gratias agit, partim avidus explendi supplicii, adduci eos jubet. Illi manibus sua sponte religatis, a partici- 24
pibus consilii trahebantur: quos Bessus truci vultu intuens consurgit, manibus non temperaturus. At illi, simulatione omissa, circumsistunt eum, et frustra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni insigni, lacerataque veste, quam e spoliis occisi regis induerat. Ille deos sui sceleris ultores adesse confessus, adjecit, 25
non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur, sed Alexandro propitios, cujus victoriam semper etiam hostis adjuvisset. Multitudo an vindicatura Bessum 26
fuerit, incertum est; nisi illi, qui vinxerant, jussu Alexandri fecisse ipsos ementiti, dubios adhuc animi terruissent. In equum impositum Alexandro tradituri

21. *In societatem rei.* Quidam Codd. *in societatem cogitatæ rei.* — *Adeunt.* Codd. *addunt.* Unde conjecerunt vel *se addunt*, vel *adsunt.* Præferrem *se addunt* cum doctissimo Heinsio.

24. *Regni insigni.* An *regio insigni?* latinum magis foret. — *E spoliis* : sic dedi cum plurimis Codd. Modius legebat *spolium.*

25. *Hostis adjuvisset.* Alexandro deos eam ob caussam propitios dixit, quod eorum impulsu semper etiam hostis victoriam adjuvisset. Bessus enim victoriam de Dario adjuvit, Spitamenes de Besso; et a belli principio, satrapæ provincias, munitas urbes, et imperii persici thesauros, talia non speranti, tradiderant.

27 ducunt. Inter hæc rex, quibus matura erat missio,
electis DCCCC fere, equiti bina talenta dedit, pediti
terna denarium millia; monitosque, ut liberos gene-
rarent, remisit domum. Ceteris gratiæ actæ, quod ad
reliqua belli navaturos operam pollicebantur. (Tum
28 Bessus perducitur.) Perventum erat in parvulum oppi-
dum. Branchidæ ejus incolæ erant. Mileto quondam
jussu Xerxis, quum e Græcia rediret, transierant, et
in ea sede constiterant, quia templum, quod Didy-
29 meon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant. Mores
patrii nondum exoleverant; sed jam bilingues erant,

27. *Inter hæc.* Quum in eo esset, ut Oxum transiret. Arrian. III, 29. 9. — *Quibus matura erat missio.* Intellige seniores Macedonum, ad bellum non amplius aptos, et Thessalorum eos, qui voluntarii remanserant. Ex Arrian. l. l. Si numeri non corrupti sunt, singuli equitum 10,800 fr. singuli peditum 2,700 fr. nostræ monetæ circiter acceperunt. — *Ut liberos generarent.* In spem militiæ et emeritorum parentum successionem.

28. *Tum Bessus perducitur.* Bessus ad regem perducitur infra VII, 5, 36; quum jam agmen pervenisset ad Tanaim amnem. Nulla igitur causa est, cur per hanc glossam interveniat rebus Branchidarum. — *Branchidæ.* Fuerunt hi Branchidæ non populus aliquis aut civitas, sed familia milesia, cui creditum erat templi Apollinis Didymæi sacerdotium, et quæ ita dicta a Brancho generis auctore fuit. His ergo, et, ut facile colligitur, clientibus et servitiis, eorum sedem ultra Oxum attribuit Xerxes, quorum posteri deinceps aucti in parvuli oppidi frequentiam excreverant. Oppidi ab Alexandro deleti mentionem etiam Strabo, lib. XI, facit, et de Branchidis ipsis, lib. XIV et XVII, et Plut. de Sera Num. vind. c. 12; non fecit Arrianus. Si vera narravit Curtius, Alexander, hoc crimine, posterorum exsecrationem sibi peperit. Vide quæ de hoc infando scelere notavit Plutarch. de his qui sero a numine puniuntur, c. 27; et *Rollin*, *Histoire ancienne*, Tom. VI, p. 489. — *Dydimeon.* Cur Apollo Didymeus sit appellatus docet Macrob. Saturn. I, 17: « Ἀπόλλωνα Διδυμαῖον vocatur, quod geminam speciem sui numinis præfert ipse, illuminando, formandoque lunam. Etenim ex uno fonte lucis gemino sidere spatia diei et noctis illustrat; unde et Romani solem sub nomine et specie Jani, Didymei Apollinis appellatione, venerantur. » Mentio hujus Apollinis est apud quosdam ecclesiasticos scriptores et pseudo Orpheum, hoc carmine: Βάκχις, καὶ Διδυμεῦ, ἑκάεργε, λοξία, ἁγνέ. — *Violaverant.* Dum Xerxi thesauros Apollinis traderent, cujus templum eodem tempore delebatur. Sequuti erant Xerxem non tam *jussu* regis, quam metu, ne pœnas proditionis et sacrilegii dare cogerentur. Situm erat τὸ Διδυμεῖον prope Miletum ad promontorium Posideum.

29. *Bilingues.* Δίγλωττοι, proprie sunt, qui græce et barbarice loquun-

paulatim a domestico externo sermone degeneres.
Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque
dedentes. Ille Milesios, qui apud ipsum militarent,
convocari jubet. Vetus odium Milesii gerebant in Bran- 30
chidarum gentem. Proditis ergo, sive injuriæ, sive ori-
ginis meminisse mallent, liberum de Branchidis per-
mittit arbitrium. Variantibus deinde sententiis, se 31
ipsum consideraturum, quod optimum factu esset,
ostendit. Postero die obcurrentibus, Branchidas secum
procedere jubet; quumque ad urbem ventum esset,
ipse cum expedita manu portam intrat. Phalanx mœ- 32
nia oppidi circumiri jussa, et dato signo diripere ur-
bem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum
cædere. Illi inermes passim trucidantur, nec aut com- 33
mercio linguæ, aut supplicum velamentis precibusque
inhiberi crudelitas potest. Tandem ut dejicerent, fun-

tur; hoc loco, qui græcum et barbaricum sermonem in unum confundunt. Quare cum Modio, Schmiedero, et plurimis Codd. lego : *paullatim e domestico externo sermone* (h. e. per externum sermonem) *degeneres*. Pro : *domestico externoque sermone*. — *Qui militarent* : qui forsitan militarent.

30. *Proditis*. Hoc est, Milesiis, qui ipsi proditi dicuntur, quod eorum thesauri a Branchidis proditi fuerant. — *Liberum arbitrium*. Permisit eis, ut quid vellent, de Branchidis facerent. Ita Livius, lib. XXXII, cap. 37 : « Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum; » et lib. XXXVII, cap. 1 : « Senatui liberum de se arbitrium permitterent. »

31. *Occurrentibus*. Milesiis, qui apud ipsum militabant, ad audiendam regis sententiam, ut recte Raderus. Geminam autem hujus loci explicationem proposuit *Tellier*, alteram sic : *occurrentibus* Milesiis, ut quæ ipse statuisset, acciperent; *Branchidas* quos ipse apud se retinuerat, *secum procedere jubet* ad oppidum, ne a communi civium clade, quam meditabantur, immunes essent : alteram ejusmodi : *occurrentibus*, id est, quum occurrissent Milesii, *secum procedere* ipsos jubet ad *Branchidas*, sive oppidum Branchidarum, visuros quid ipse decrevisset. Sed posterior hæc interpretatio durior mihi videtur.

32. *Phalanx*. Peditum acies.

33. *Velamentis*. Velamenta sunt rami ex lauro, vel oliva, lana velati, circumvoluti, quos supplices aliorum misericordiam et opem implorantes in manibus gerebant. Frequens apud Livium et Tacitum *velamentorum* mentio, quæ supplices ad pacem impetrandam a victoribus preferebant. — *Ut dejicerent* : sc. muros. Sed ego quoque cum Acidalio, Radero et Schmiedero,

damenta murorum ab imo moliuntur, ne quod urbis
34 vestigium exstaret. Nec mora, lucos quoque sacros
non cædunt modo, sed etiam exstirpant; ut vasta
solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus,
35 linqueretur. Quæ si in ipsos proditionis auctores exco-
gitata essent, justa ultio esse, non crudelitas videretur:
nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant
quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere.
36 Inde processit ad Tanaim amnem. Quo perductus est
Bessus non vinctus modo, sed etiam omni velamento
corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo in-
serta catenâ; tam barbaris, quam Macedonibus gra-
37 tum spectaculum. Tum Spitamenes, « Et te, inquit,
et Darium reges meos ultus, interfectorem domini
sui adduxi, eo modo captum, cujus ipse fecit exem-
plum. Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Ex-
sistat ab inferis, qui illo supplicio indignus fuit, et hoc
38 solatio dignus est. » Alexander, multum collaudato
Spitamene, conversus ad Bessum, « Cujus, inquit,
feræ rabies occupavit animum tuum, quum regem de
te optime meritum prius vincire, deinde occidere su-
stinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso regis

hoc, tamquam glossema, inductum puto.

34. *Nec mora, lucos quoque sacros.* Merito laudatur Acidalii conjectura: *nemora quoque lucosque sacros.* In nostris etiam et quatuor aliis Codd. *quoque lucos* pro *lucos quoque* legitur.

35. *Adeo.* junge: *prodere.* Sed multi Codd. *ideo et Xerxi.* Hoc in mentem revocat crudelia Agathoclis verba, qui subsannans Corcyræos, quærentes cur ipsorum insulam popularetur, respondit: « Quia, me hercle, majores vestri Ulyssem hospitio exceperunt. » Et Ithacensibus itidem expostulantibus, quod milites ipsius eorum oves auferrent: « At vester, inquit, rex, quum ad nos venisset, præterea excæcavit pastorem. »

36. *Tanaim.* Iaxarten. — *Quo perductus est Bessus:* Ptolemæus Besso capto rediit ad Alexandrum, Bessumque tradidit regi iter facienti, quum nondum Maracanda pervenisset. Inde tandem ad Iaxartem rex progressus est. Sic Arrianus. Quod facilius credo, quam Bessum sine caussa in longinquiora protractum esse.

37. *Eo modo captum.* Hoc est, catenis vinctum.

paulatim a domestico externo sermone degeneres.
Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque
dedentes. Ille Milesios, qui apud ipsum militarent,
convocari jubet. Vetus odium Milesii gerebant in Bran- 30
chidarum gentem. Proditis ergo, sive injuriæ, sive ori-
ginis meminisse mallent, liberum de Branchidis per-
mittit arbitrium. Variantibus deinde sententiis, se 31
ipsum consideraturum, quod optimum factu esset,
ostendit. Postero die obcurrentibus, Branchidas secum
procedere jubet; quumque ad urbem ventum esset,
ipse cum expedita manu portam intrat. Phalanx mœ- 32
nia oppidi circumiri jussa, et dato signo diripere ur-
bem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum
cædere. Illi inermes passim trucidantur, nec aut com- 33
mercio linguæ, aut supplicum velamentis precibusque
inhiberi crudelitas potest. Tandem ut dejicerent, fun-

tur; hoc loco, qui græcum et barbaricum sermonem in unum confundunt. Quare cum Modio, Schmiedero, et plurimis Codd. lego : *paullatim e domestico externo sermone* (h. e. per externum sermonem) *degeneres*. Pro : *domestico externoque sermone*. — *Qui militarent* : qui forsitan militarent.

30. *Proditis*. Hoc est, Milesiis, qui ipsi proditi dicuntur, quod eorum thesauri a Branchidis proditi fuerant. — *Liberum arbitrium*. Permisit eis, ut quid vellent, de Branchidis facerent. Ita Livius, lib. XXXII, cap. 37 : « Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum; » et lib. XXXVII, cap. 1 : « Senatui liberum de se arbitrium permitterent. »

31. *Occurrentibus*. Milesiis, qui apud ipsum militabant, ad audiendam regis sententiam, ut recte Raderus. Geminam autem hujus loci explicationem proposuit *Tellier*, alteram sic : *occurrentibus* Milesiis, ut quæ ipse statuisset, acciperent; *Branchidas* quos ipse apud se retinuerat, *secum procedere jubet* ad oppidum, ne a communi civium clade, quam meditabantur, immunes essent : alteram ejusmodi : *occurrentibus*, id est, quum occurrissent Milesii, *secum procedere* ipsos jubet ad *Branchidas*, sive oppidum Branchidarum, visuros quid ipse decrevisset. Sed posterior hæc interpretatio durior mihi videtur.

32. *Phalanx*. Peditum acies.

33. *Velamentis*. Velamenta sunt rami ex lauro, vel oliva, lana velati, circumvoluti, quos supplices aliorum misericordiam et opem implorantes in manibus gerebant. Frequens apud Livium et Tacitum *velamentorum* mentio, quæ supplices ad pacem impetrandam a victoribus preferebant. — *Ut dejicerent* : sc. muros. Sed ego quoque cum Acidalio, Radero et Schmiedero,

43 teni fuit. Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt. Ceterum supplicium ejus distulit, ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.

1 VI. Interea Macedones ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti
2 sunt, quam occisi: barbari autem, captivos præ se agentes, rursus in montem recesserunt. XX milllia latronum erant; fundis sagittisque pugnam invadunt.
3 Quos dum obsidet rex, inter promptissimos dimicans sagitta ictus est, quæ in medio crure fixa reliquerat
4 spiculum. Illum quidem mœsti et attoniti Macedones in castra referebant: sed nec barbaros fefellit subductus ex acie; quippe ex edito monte cuncta pro-
5 spexerant. Itaque postero die misere legatos ad regem, quos ille protenus jussit admitti; solutisque fasciis magnitudinem vulneris dissimulans crus barbaris osten-
6 dit. Illi jussi considere affirmant non Macedonas, quam ipsos fuisse tristiores cognito vulnere ipsius; cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse: cum diis enim
7 pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius. Rex, fide data et captivis receptis, gentem in deditionem accepit.
8 Castris inde motis lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, cum quibus rex prælia inire solitus erat, sui muneris

43. *Ut eo loco*. Alia tamen narrat infra lib. VII, 10, 10. Multa retulit exempla Freinshemius e quibus patet quantum curiosi fuerint antiqui, scelestos eo ipso loco occidere quo scelera commissa fuerint. Vide, inter alia, Sophocl. Electr. sub fine; Sueton. Galb. 20, 9.

3. *Reliquerat spiculum*. Alii tradunt, fibulæ partem sagitta abruptam fuisse.

4. *Subductus ex acie*. Nec barbaros latuit Alexandrum ex prælio asportatum esse. Plerique Editt. habent *ex acie rex*. Hanc vero vocem, prorsus inutilem ex nostrorum regg. et multorum aliorum auctoritate, delevimus.

7. *Superatos virtute*. nostri Codd. et alii bene multi: *superatos vulnere*, errore manifesto, quem correxit Modius. — *Gentem in deditionem acce-*

; censebant. Pedites contra, quum saucios comnes ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium m tum potissimum, quum rex gestandus esset, bantur. Rex in tanto utriusque partis certamine 9
. difficilem, et præteritis gravem electionem furatus, invicem subire eos jussit. Hinc quarto 10
l urbem Maracanda perventum est : LXX stadia ; urbis amplectitur : arx nullo cingitur muro. dio urbi relicto, proximos vicos depopulatur 11
urit. Legati deinde Abiorum Scytharum super-

ge abit Arrianus III, 30, 17 aamvis Alexander vulneratus ihilominus collis captus est, arbarorum illic a Macedonii sunt, multi e rupibus sese antes interierunt, adeo ut ex il. non plures VIII mil. evasepter magnum numerum supra t latrones appellandi : ceterum r quinam fuerint.

icem subire. Existimans delecm fore odiosum iis qui ab eo ssent, voluit utrosque alternis lecticam gestare.

nc. A Tanai? Alexander Oxum ssus prius venit Maracanda, et Tanaim, quod diserte tradidit III, 30, 12. Nec aliter esse Curtius igitur alieno loco hæc candis inseruit. Nam quæ de quuntur, iterum ad id tempus a sunt, quo Alexander ad Tae Iaxartem erat. — *Arx nullo muro*. Contenta naturali loci ne. *Arx alio cingitur muro*, lum proponit Heinsius.

biorum Scytharum. Macedones venerunt Abios, sed invenisse unt. Abiorum nomen nove-Homer. Iliad. XIII, princ. qui gentibus terrarum incognitaeptemtrionem versus sitarum ; quas omnes posteris temporibus sub Scythiæ nomine complectebantur. Macedones igitur, ad Tanaim se esse opinantes, accolas fluvii Scythas appellabant, quos circa proprium Tanaim habitare audiverant. Non ignorantes, in terris a Græcia remotissimis se versari, quum longissime septemtrionem versus penetrasse crederent, Abios appellabant gentem, cujus verum nomen ignorabant. Homerus eos appellat δικαιοτάτους ἀνθρώπους· inde est Curtii : *justissimos barbarorum constabat*. Quibus nomen Ἄβιοι a βία, vis, descendere videbatur, iis Abii sunt vi abstinentes, sive, ut Curtio, *armis abstinentes, nisi lacessiti*; quibus a βίος, *victus*, iis potissimum ob paupertatem justissimi prædicantur, ut Arriano. Quæ Curtius de *libertatis modico, et æquali usu* adjecit, a veris Scythis ad Abios translata sunt. Jam non est, cur Cyrum Abiis unquam bellum intulisse moneam. Audiverant Macedones, Cyrum cum Scythis asiaticis bella gessisse; crediderunt eosdem esse, quos ipsi repererunt. Eadem caussa est, cur Scythas ad Iaxartem Massagetas appellarent: Massagetarum namque nomen ex Cyri rebus gestis celeberrimum erat. Redundabat aliquid gloriæ vel ex his nominibus, si Mace-

veniunt; liberi, ex quo decesserat Cyrus; tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat: armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico et æquali
12 usu, principibus humiliores pares fecerunt. Hos benigne alloquutus, ad eos Scythas, qui Europam incolunt, Peridam quemdam misit ex amicis, qui denunciaret eis, ne Tanaim amnem regionis injussu regis transirent: eidem mandatum, ut contemplaretur locorum situm; et illos quoque Scythas, qui super Bosporo
13 incolunt, viseret. Condendæ urbi sedem super ripam Tanais elegerat; claustrum et jam perdomitorum, et quos deinde adire decreverat. Sed consilium distulit

dones Græcis ad Abios adeo Massagetasque penetrasse et viderentur et dicerentur. Hæc *Schmieder*. — *Libertatis modico*. Moderato et pari inter omnes jure libertatis utentes, eos qui primoribus gentis inferiores erant, ipsis æquales reddiderunt.

12. *Ad eos Scythas, qui Europam incolunt.* Etiam Arrianus, IV, 1, 7, distinguit inter Scythas Abios et Scythas Europam h. e. ultra Tanaim sive Iaxartem incolentes. — *Peridam.* Infra VIII, 1, 7, idem homo *Berdes* vocatur. Utroque loco ex Gronovii conjectura ad Arrian. p. 75, n. 41, et ex Cod. Voss. 2, scripsi *Peridas*, quod nomen non ignoratur, et facillime fit ex plurimorum Codd. lectione *Pendam*. In Arriano, 4, 1, 2 (ξυμπέμπει Ἀλέξανδρος τῶν ἑταίρων), excidit nomen proprium. Freinshemio vox *quemdam* ex corrupto nomine præcedente nata videtur. *Tellier* recipit *Berden* in textum, et delevit *quemdam*. — *Transirent.* Voluit Alexander, Iaxartem terminum esse et Scytharum et Macedonum. Quid sibi volunt hæc verba *amnem regionis*, non satis intelligo; quum omnia flumina hujus regionis sint, quam interfluunt. Nisi in omnibus Codd. hæc ita legerentur, conjicerem ex voce *regis* errore librarii iterata illud defluxisse, et simpliciter esse legendum, seu *regis sine jussu*, seu, *sine jussu regis*. Nihil de hoc apud ceteros interpretes. — *Qui super Bosporo incolunt.* Intelligitur Bosporus Cimmerius, ut supra VI, 2, 13. Ex Curtii mente Peridas missus est ad Scythas Europæos ultra Tanaim, et ad Scythas Asiaticos, super Bosporo incolentes, ad lævam quidem Tanais, sed ostia versus.

13. *Urbi sedem.* Sic scripsi cum Cod. Flor. et Schmiedero pro *urbis sedem*. — *Claustrum.* Intelligi potest, urbem eo consilio condendam fuisse, ut et subacti et adhuc subigendi in ea regione per eam sub potestate retinerentur, defenderentur; sed vereor, ut græca recte translata sint. Nam Arrianus IV, 1, 3, desertis verbis scripsit, urbis sedem visam fuisse opportunam et ad expeditionem in Scythas, si quando fieret, et ad propugnaculum regionis jam domitæ adversus barbarorum, qui ultra flumen degebant, incursiones.

Sogdianorum nunciata defectio, quæ Bactrianos quoque traxit : vii millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamenen et Catenen, 14
a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem, coercendo eos, qui novaverant res, jussit arcessiri. At illi defec- 15
tionis, ad quam coercendam evocabantur, auctores vulgaverant famam, Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, arcessiri : idque imperatum ipsis; non sustinuisse tamen exsequi, ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri sævitiam, quam Bessi parricidium ferre potuisse. Itaque sua sponte jam motos metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma. Alexander, transfugarum defectione com- 16
perta, Craterum obsidere Cyropolim jubet : ipse aliam urbem regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam cessere victoris : urbs diruta est, ut ceteri cladis exemplo continerentur. Memaceni, valida gens, obsidionem, 17

14. *Coercendo eos.* Hæc verba ex seqq. huc adscendisse, nihilque sensum juvare, sed potius magnopere inquinare, recte censuit Freinshemius. Nostri Codd. omittunt *eos.*

15. *Arcessiri.* Alexander præsides illius regionis in unum conventum Zariaspis urbe maxima coire jusserat. Quem conventum illi nullius boni caussa fieri, sed ut universi simul occiderentur, dicebant. Arrian. IV, 1, 7.

16. *Transfugarum.* Spitamenis et Catenis. — *Cyropolis*, maxima ejus regionis: ex Arriano discimus, septem urbes defecisse. — *Aliam urbem.* Gazam appellat Arrianus, IV, 2, 4. — *Corona capit.* Scalis ἐν κύκλῳ πάντοθεν muro terreo, et parum alto admotis. Similiter secunda et tertia urbs capiebantur. Incolæ quartæ et quintæ, fugientes antequam Alexander ipse aderat, in equites Macedonum incidebant, et maximam partem interficiebantur. Sic quinque urbes duobus diebus captæ sunt. Arrian. IV, 2. — *Victoris.* Voss. 2. *victoribus.* Quæ lectio oriri potuit e duobus locis admodum similibus, quorum unum apud Tacitum; alterum apud Sallustium legas. Tacitus enim, XIII, 39, 7, de Volando castello : « Capta escensu munimenta, omnesque puberes trucidati.... et imbelle vulgus sub corona venumdatum; reliqua præda victoribus cessit. » Sallustius, Jug. 91, 6, de Capsa : « Oppidum incensum : Numidæ puberes interfecti, alii omnes venumdati; præda militibus divisa. »

17. *Memaceni.* Quorum nomen ceteris ignotum. Sunt forte incolæ septi-

non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem, ferre
decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex
L equites præmisit, qui clementiam ipsius in deditos,
simulque inexorabilem animum in devictos, osten-
18 derent. Illi nec de fide, nec de potentia regis ipsos
dubitare respondent; equitesque tendere extra muni-
menta urbis jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gra-
vesque epulis et somno, intempesta nocte adorti in-
19 terfecerunt. Alexander haud secus, quam par erat,
motus, urbem corona circumdedit munitiorem, quam
ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum et
Perdiccam in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante
20 dictum est, obsidentes. Statuerat autem parcere urbi
conditæ a Cyro: quippe non alium gentium illarum
magis admiratus est, quam hunc regem, et Semiramim,
in quîs et magnitudinem animi, et claritatem rerum
21 longe emicuisse credebat. Ceterum pertinacia oppida-
norum ejus iram accendit. Itaque captam urbem diri-
pere jussit delectos Macedones, haud injuria infestos;
22 et ad Meleagrum et Perdiccam redit. Sed non alia urbs

mæ urbis, quam Ptol. deditione, Aristob. vi captam scripserat Arr. IV, 3, 11.

19. *Itaque Meleagrum*, etc. Intricata et dissentanea esse hæc, et quæ sequuntur, nemo non videt, præcipue si cum narratione Arrianea comparantur. Maxime inclinatur Schmied. ut cum Freinshemio lacunam hic esse credat, quam ille vir sagacissimus sic explere conatus est: *Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidione ejus* urbis Memacenorum *reliquit. Ipse cum reliquis profectus, Crateri* (quoque) *copias suis junxit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes*, sc. ut prius hanc urbem caperet. Quibus sane assentior: nam, nisi hæc suppleveris, quomodo explicare est, *ut ante dictum est*, et verbum *jungit?*

20. *In quîs.* Sic omnes edd. Sed licet durior videri possit, præferrem sane nostrorum regg. lectionem: *quos et magnitudine animi et claritate rerum.*

21. *Delectos Macedones.* Cur potissimum delectos, cur non omnes, causam non video. — *Infestos* dixit, sine dubio ob pertinaciam oppidanorum. In Codice Theocr. est: *diripi jussit ac delere.* In nostris: *diripi jussit. Delete Macedones,* ex quo Acidalius, acutissima quidem conjectura, et qua sola, ut arbitror, textui sensum restituere possis, proposuit: *diripi jussit. Deleta, Memacenis haud injuria infestus...* — *Ad Meleagrum et Perdiccam:* ut Memacenorum oppidum expugnaret; de qua, quæ sequuntur, intelligenda sunt.

fortius obsidionem tulit : quippe et militum promptissimi cecidere, et ipse rex ad ultimum periculum venit : namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos: exercitus certe velut erepto eo ingemuit. Sed invictus 23
adversus ea, quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo ergo suffossa mœnia ingens nudavere spatium, per quod irrupit; victorque urbem dirui jussit. Hinc Menedemum cum III millibus 24
peditum et DCCC equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga, præsidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat se, haud oppidanis consilium defectionis approbantibus. Sequi tamen 25
videbantur, quia prohibere non poterant. Interim Alexander ad Tanaim amnem redit, et, quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit : LX stadiorum urbis murus fuit : hanc quoque urbem Alexandriam appellari jussit. Opus tanta celeritate perfectum est, 26
ut decimo septimo die, qua munimenta excitata erant,

Si Freinshemius conjectura sua rem tetigit, necesse est, Curtium quædam de Memacenorum expugnatione tradidisse, quæ Arrianus de Cyropoli narravit, ex. c. illud de vulnere Alexandri; quod tamen tum demum accepit, quum urbem jam intrasset, si Arrianum sequimur, hæc omnia diligentius describentem.

22. *Oculis caligine offusa*. Plut. In Vit. Al. c. 45, sic : λίθῳ δὲ πληγεὶς πάλιν εἰς τὸν τράχηλον, ὥστε καὶ ταῖς ὄψεσιν ἄχλυν ὑποδραμεῖν παραμείνασαν οὐκ ὀλίγον χρόνον. Hæc verba suspicionem mihi movent, alia Curtium latine reddidisse, quam græce acceperat. In duobus Codd. pro *offusa* legitur *confusa*. — *Velut erepto eo*. Quasi mortuus et sibi ereptus foret.

24. *Hinc Menedemum*, etc. Si Arrianum sequimur, misit Alexander LX equites amicorum, DCCC equites mercenariorum, et peditum mercenariorum MD sub Andromacho, Menedemo et Carano. Omnibus præfectus erat Pharnuches quidam Lycius. Maracanda missi sunt, quod Spitamenes relictos Macedonum in arce ejus urbis obsidebat.

26. *Decimo septimo die*. Arriano auctore XX dierum spatio murus exstructus erat, lib. IV, 3, 17. De ea urbe mentio quoque est apud Justinum, XII, 5, 12; Oros. III, 18: Plin. VI, 16, 7, qui aras ibi esse dicit ab Hercule et Libero patre constitutas.

27 tecta quoque urbis absolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus (nam divisum erat) primus ostenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi, quos reddito pretio dominis liberavit, quorum posteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate propter memoriam Alexandri exoleverunt.

1 VII. Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanaim imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus, fratrem Cartasim nomine cum magna equitum manu misit ad diruendam eam, proculque amne submovendas Mace-
2 donum copias. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europæos vocant, dividit: idem Asiam et Europam finis in-
3 terfluit. Ceterum Scytharum gens haud procul Thracia

item Cyro, et Semiramide, atque Alexandro. De istis aris copiosissime et suo more eruditissime disserentem vide Salmasium ad Solin. c. 38.

27. *Incolæ novæ urbi captivi.* Arr. l. d. tradit, urbem habitandam datam esse aliquot Græcorum mercenariis et Macedonibus ἀπομάχοις, iisque finitimorum barbarorum, qui sua sponte commigrare voluissent. Captivos autem Alexander, Ptolemæo narrante, militibus distributos vinctosque custodiri jusserat, donec ex ea regione discederet, ne quis eorum, qui defectionem fecerant, relinqueretur.—Curtio assentitur Just. 12, 5.—*Exoleverunt.* Nondum apud eos obliti sunt, sed contra ab aliis distinguuntur. Paululum intricata est hujus sententiæ constructio.

1. *Cartasim.* Unius ducis Scytharum occisi nomen Satraces fuit apud Arr. IV, 4, 15.

2. *Bactrianos Tanais.* Revera Iaxartes dividit, non Bactrianos, sed Sogdianos, a Scythis asiaticis, non europæis. Alius enim est Tanais, qui Asiam et Europam finis interfluit; nempe utriusque regionis terminus est.

3. *Ceterum Scytharum gens,* etc. Hunc locum et a librariis corruptum, et ab auctore ipso non satis clare scriptum esse, palam est. Ex lectt. Codd. multis modis variantibus, vera Curtii manus non perspicitur. Quæ vulgo leguntur, ego, inquit *Schmieder*, sic interpretor: Voluit Curtius (ut supra VI, 2, 13) summatim quædam de Scythiæ situ præfari, tum pauca de conditione ejus partis addere, quam tum Alexander petebat. Electis igitur verbis *sita ab oriente*, quæ recte ab Cod. Voss. 2, omittuntur, scripserat: *Scytharum gens haud procul Thracia ad septemtrionem se vertit.* Quibus verbis idem dicere voluit, quod supra l. l. sic expressit: Scythæ a lævo Thraciæ latere ad Borysthenem attinent. *Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima sed pars est.* Scythas ergo Herodoti et Sarmatas posteriorum temporum in unam gentem confudit, ut supra. *Recta deinde* plaga ab occidente orientem

[sita ab Oriente] ad septemtrionem se vertit; Sarma-
tarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed
pars est. Recta deinde regionem aliam ultra Istrum 4
jacentem colit; ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit:
quæ septemtrioni proxima sunt, profundæ inde silvæ,
vastæque solitudines excipiunt. Rursus quæ ad Tanaim
et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt.
Primum cum hac gente non provisum bellum Alexan- 5
der gesturus, quum in conspectu ejus obequitaret hos-
tis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens,
quam et modicus cibus, et cervicis extenuabat dolor,
amicos in consilium advocari jubet. Terrebat eum non 6
hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant;
Scythæ etiam lacessebant: ipse non insistere in terra,
non equo vehi; non docere, non hortari suos pote-

versus *regionem aliam colit, ultra Istrum*, vel potius ultra Borysthenem *jacentem*, ad Tanaim usque, qui Europam ab Asia dividit. Hoc ipsum supra l. l. his verbis expressit: Scythæ inde a Borysthene ad Tanaim alium amnem recta plaga attinent. Intelligendus est verus Tanais; sed, quia Iaxartes cum Tanai, ut solet, commutatur, pergit: Scytharum gens *ultima Asiæ, quæ sunt Bactra* (Bactra, ut paullo superius, pro Sogdianis dixit), *stringit*, h. e. juxta Sogdianam, interfluente tamen Tanai, extenditur. *Quæ septemtrioni proxima*, vel *propiora* (ut Cod. Theocr.) *sunt*, sive ad Borysthenem superiorem jaceant, quorum tantum conditio non prorsus incognita erat, sive sint Scythiæ totius, ut docent Scytharum legati, c. 8, 13 et 16, *profundæ inde silvæ excipiunt*, etc. His de Scythia summatim expositis addit: *rursus, quæ ad Tanaim et Bactra spectant*, h. e. ea contra, quæ Sogdianis finitima, atque ad Iaxartem sita sunt, quæ tum Alexander intraturus erat, *humano cultu haud disparia sunt*, non dissimilia sunt iis terris quas colunt homines; quod nostris quoque temporibus de magna istarum regionum parte prædicatur.

5. *Primum*. Sic Voss. 2. Vulgo *primus*, quod historiæ non convenit. Potes *primum* adverbialiter sumere, potes conjugare *primum bellum;* sensus idem est. Alexander nondum cum Scythis pugnaverat, ergo primum cum eis bellum gesturus, propter iniquitatem temporis, amicorum tamen monità ante audire mavult. *Non* provisum erat id bellum, ut recte Raderus, quod subito propter novam urbem ad Iaxartem conditam ortum est.

6 et 7. *Non docere*. H. e. præcipere, quid in quoque casu faciendum esset. Quod non poterat commode fieri, si ipse non interesset agmini; quandoque enim subitum consilium res poscebat, ut in illo panico tumultu supra IV, 12, 16. — *Vix suos credere*. Macedones tan-

7 rat. Ancipiti periculo implicitus, deos quoque incusans, querebatur, se jacere segnem, cujus velocitatem nemo antea valuisset effugere; vix suos credere, non
8 simulari valetudinem. Itaque qui post Darium victum hariolos et vates consulere desierat, rursus ad superstitionem, humanarum gentium ludibria, revolutus, Aristandrum, cui credulitatem suam addixerat, explorare eventum rerum sacrificiis jubet. Mos erat haruspicibus, exta sine rege spectare, et, quæ porten-
9 derentur, referre. Inter hæc rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, propius ipsum considere amicos jubet, ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet. Hephæstion, Craterus et Erigyius erant cum custodibus in tabernaculum
10 admissi. « Discrimen, inquit, me occupavit meliore hostium, quam meo tempore : sed necessitas ante rationem est; maxime in bello, quo raro permittitur

tum non putare morbum ab ipso fingi.

8. *Hariolos.* Sic dictos aiunt quasi *fariolosa fari;* unde ducta est *fabula*, etc. Quomodo veteres *hanum* pro *fanum*, *hædus* pro *fædus* dixere; cujus rei caussa est æolicum digamma, quod latine sæpissime sic scribunt F.—*Ad superstitionem.* Infra videbis, Alexandrum vati non læta nuncianti iratum contra exta exsequi, quæ necessaria videbantur. Iterum lib. IX, 4, 28 sqq. Ergo Alexandro superstitio tanta esse nequibat, quanta et hoc et aliis paucis locis tribuitur. Quem fugit, optimum quemque imperatorum apud veteres, prælio, vel alia re majoris momenti instante, haruspices consuluisse, et ob vulgus consulere debuisse? Vid. quæ in Præfat. tom. I, p. xxxviij, notavimus. —*Aristandrum.* Vide ad IV, 2, 14. — *Sine rege.* Videntur et Romani sine imperatore. Inde enim frequens phrasis *exta nuntiare*, ut ap. Sueton. Cæs. 77, 4; Liv. X, 40, 4. Reperias tamen, ubi ipsi interfuerint, imo et præfuerint. Nam et Pertinax, ut scribit Capitolinus, cap. 11 : « *Quum omen lævum vellet procurare, caput extorum non deprehendit.* » Sic et apud Veientes ipsum regem exta prosecuisse colligitur ex Livio V, 21, 6. Sic ap. Tacitum, H. IV, 53, 4, Helvidius; H. I, 27, 2, Galba; ap. Liv. XXIX, 27, 4, Scipio; ap. Sueton. Aug. 1, 3, Octavius interfuerunt extispicio.

9. *Cum custodibus.* Intelligo custodes corporis, qui majore erant dignitate. Vide ad VI, 8, 17.

10. *Discrimen.* Bellum mihi exortum est, tempore hostibus opportuniore, quam mihi.—*Necessitas ante rationem est.* Propter necessitatem quædam agenda sunt, quæ, si ratione tantum, et bono consilio uti liceret, non agerentur.

tempora eligere. Defecere Bactriani, in quorum cer- 11
vicibus stamus; et quantum in nobis animi sit, alieno
Marte experiuntur. Haud dubie, si omiserimus Scythas
ultro arma inferentes, contempti ad illos, qui defe-
cerunt, revertemur. Si vero Tanaim transierimus, et 12
ubique invictos esse nos Scytharum pernicie ac san-
guine ostenderimus, quis dubitabit parere etiam Eu-
ropæ victoribus? Fallitur, qui terminos gloriæ nostræ 13
metitur spatio, quod transituri sumus. Unus amnis
interfluit: quem si trajicimus, in Europam arma pro-
ferimus. Et quanti æstimandum est, dum Asiam sub- 14
igimus, in alio quodammodo orbe tropæa statuere; et
quæ tam longo intervallo natura videtur diremisse,

11. *In quorum cervicibus*. Quorum colla servitute premimus. — *Alieno Marte*. Bello Scythico, quod sine dubio nobis conflarunt, experiri volunt, quantum valeamus. — *Haud dubie, si*. Sic quidem bene. Quia vero in Codd. quibusdam legitur, *aut dubia fortuna si*, mihi valde arridet conjectura Heinsiana, quam approbat quoque *Schmieder*: *at dubia fortuna si omiserimus*, etc. h. e. si ita recesserimus a Scythis, ut dubium sit, utrum vicissemus, nec ne? Scytharum enim virtus ut plurimum summa laude extollebatur.

12. *Quis dubitabit parere etiam Europæ victoribus*. Freinshemius cum plerisque Editt. *patere etiam Europam victoribus;* sed ut acute notavit *Tellier*, Curtius sic argumentatur: Bactriani defecerunt, maxime Scytharum Europæorum virtute freti. Si igitur Scythas vicerimus, sequetur etiam deditio Bactrianorum. Necessario igitur cum Tellierio legendum est: *quis dubitabit parere etiam Europæ victoribus?* —*Parere* pro *patere* ex multis est Codd. Pro *Europam* in plurimis est *Europen*, ut in hanc quoque vocem aliquid commissum esse facile pateat. *Europæ victores* sunt Macedones, qui fortissimos Scythas ultra Iaxartem Europam incolentes vicerunt. Quibus victis, nec Bactriani parere dubitabunt.

13. *Qui.... metitur spatio*. Sc. magno, h. e. qui magno itinere opus esse credit, ut Scythas Europæos adsequamur. Iter enim a vulgo magnum putari poterat, quod alia pars Europæ a Scythis habitatæ, prope Thraciam sita, a Sogdiana remotissima erat. Quam longinquam non petendam dicit, sed propinquam hanc, et oculis jam subjectam. Victoriam de Scythis *terminos* vocat *gloriæ* Macedonum, qui ultro non est progressurus, si modo vicerit prope instantes.

14. *Dum Asiam*. Modius non inepte legit: *dum alium*, sc. orbem. — *In alio orbe*. In Europa, parte alia orbis. *Cellar.* — *Tropæa statuere*. Victoriam comparare: proprie tamen dici potest. Testibus enim Diod. Sic., Herodiano et Philostrato, tropæa de Atheniensibus, Illyriis, Indis aliisque gentibus constituit Alexander.—*Videtur diremisse*. Sc. ex opinione vulgi. Sententia hæc

15 una victoria subito committere? At hercule, si paululum cessaverimus, in tergis nostris Scythæ hærebunt. An soli sumus, qui flumina transnare possumus? multa
16 in nosmet ipsos recident, quibus adhuc vicimus. Fortuna belli artem victos quoque docet: utribus amnem trajiciendi exemplum fecimus nuper: hoc ut Scythæ
17 imitari nesciant, Bactriani docebunt. Præterea unus gentis hujus adhuc exercitus venit: ceteri exspectantur; ita bellum vitando alemus; et, quod inferre possemus,
18 accipere cogemur. Manifesta est consilii mei ratio. Sed an permissuri sint Macedones animo uti meo, dubito; quia, ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus: sed si me sequi vultis, valeo,
19 amici. Satis virium est ad toleranda ista: aut si jam adest vitæ meæ finis, in quo tandem opere melius ex-
20 stinguar?» Hæc quassa adhuc voce, subdeficiens, vix proximis exaudientibus dixerat, quum omnes a tam
21 præcipiti consilio regem deterrere cœperunt: Erigyius maxime, qui, haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum animum, superstitionem, cujus potens non erat rex, incutere tentavit, dicendo, deos quoque

est; hoc loco, ubi nunc versamur, proximæ sibi sunt Asia et Europa (sic enim falso putabatur). A vulgo autem credimur longe ab Europa abesse. Si ergo ex hac proxima Europa victoriam retulerimus, omnes mirabuntur; virtus nostra, qua in extrema quoque Asia Europam nobis aperuerimus, omnium ore celebrabitur.

15. *In nosmet ipsos recident.* Adversus nos cum damno nostro parabuntur.

16. *Nesciant.* Ironice pro *sciant*, inquit *Schmieder.* Alio vero sensu dictum crederem, nempe; fac ut Scythæ nesciant, certe eos Bactriani docebunt.

17. *Alemus.* Bellum scythicum accersemus, illud fugiendo; et quod nunc incipere primi possumus, postea sustinere cogemur illatum; et vires hostium augeri sinemus, quo difficilior sit victoria. Sic Tacit. Ann. III, 41, 5: «Tiberius aluit dubitatione bellum;» Liv. XXXI, 15, 7: «Gaudentes, utcunque composita cum Philippo pace, bellum aluere.»

19. *Melius.* Quam in prælio, ubi mors honestissima est. Apud Plutarch. enim, Apophthegm. Epaminondas dixit: τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον.

21. *Auctoritate.* Suasione, consilio, superstitiosum metum, cui rex summe obnoxius erat, injicere conatus est.

obstare consilio, magnumque periculum, si flumen
transisset, ostendi. Intranti Erigyio tabernaculum regis 22
Aristander occurrerat, tristia exta fuisse significans:
hæc ex vate comperta Erigyius nunciabat. Quo inhi- 23
bito, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore
confusus, quod superstitio, quam celaverat, detege-
batur, Aristandrum vocari jubet. Qui ut venit, intuens 24
eum: « Non rex, inquit, sed privatus [sum]; sacrificium
ut faceres, mandavi: quid eo portenderetur, cur apud
alium, quam apud me, professus es? Erigyius arcana
mea et secreta, te prodente, cognovit: quem certum 25
mehercule habeo extorum interprete uti metu suo.
Tibi autem quam potest, denuncio, ipse mihi indices,
quid ex extis cognoveris; ne possis inficiari dixisse,
quæ dixeris. » Ille exsanguis, attonitoque similis stabat, 26
per metum etiam voce suppressa: tandemque eodem
metu stimulante, ne regis exspectationem moraretur:
« Magni, inquit, laboris, non irriti discrimen instare
prædixi; nec mea ars, quam benevolentia me per-

22. *Tristia exta fuisse.* Extorum conditionem tristia significasse. Contrarium sunt *exta læta*.

23. *Quo inhibito.* Ne diutius de his Alexandri superstitionibus loqueretur. — *Pudore.* Quia, ut inquit Flaminius apud Silium, V, 124: « .... Deforme sub armis Vana superstitio..... »

24. *Sed privatus sum.* Recte Snakenburgio hoc *sum* eliminandum videtur.

25. *Quem certum mehercule habeo.* « *Quem* respicit, inquit *Schmieder*, vel ad *te prodente*, ad Aristandrum, ut sensus sit: certum mihi est, te metu tuo uti ad interpretationem extorum: vel, si mavis, ad Erigyium, virum fortissimum quidem, sed pro Alexandro metuentem; ut *metu suo* sit pro *ex metu suo*. » Dijudicet lector. Ego sane posteriorem sensum maluerim; nempe: quem (Erigyium) certo scio non ex rei veritate, sed ex suo pavore interpretari in malam partem, quæ in extis victimarum apparere ex te didicit. Confer cum his Claudian. de Bello Getico, vs. 262: « Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat Augurium pejore via; » et Onosandr. Strateg. c. 24: ὁ φόβος ψευδὴς μάντις ἐστίν. Vid. quoque ad IV, 10, 10. — *Quam potest.* Quam maxime fieri potest, quam gravissime possum. — *Ne possis inficiari dixisse, quæ dixeris:* Ne, si ea, quæ egero, felicius cesserint quam pro monitu tuo, dicere possis, alia te monuisse, quam mihi nunciata sint. Ceterum cf. Arrian. IV, 4.

26. *Nec mea ars.* Non tam terrent me ars mea, et exta tristiora, quam

27 turbat. Infirmitatem valetudinis tunc video, et quantum in uno te sit, scio. Vereor, ne præsenti fortunæ
28 tuæ sufficere non possis.» Rex jussum confidere felicitati suæ remisit: sibi enim ad alia gloriam concedere
29 deos. Consultanti deinde cum iisdem, quonam modo flumen transirent, supervenit Aristander, non alias lætiora exta vidisse se affirmans, utique prioribus longe diversa: tum sollicitudinis caussas apparuisse; nunc
30 prorsus egregie litatum esse. Ceterum quæ subinde nunciata sunt regi, continuæ felicitati rerum ejus im-
31 posuerant labem. Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum Spitamenem, Bactrianæ defectionis auctorem: qui, comperto hostis adventu, ne

benevolentia erga te mea, et studium salutis tuæ. — *Ne... sufficere non possis.* Vereor, ne afflicta valetudo tua tantis belli molibus et laboribus, quamvis non inanibus, sit impar ferendis. Constructionem ex nostris regg. Codd. restitui. Legebatur antea: *ne non præsenti.*

28. *Sibi enim ad alia gloriam concedere deos.* Sententiam Cellarius sic expressit: Alexander remisit vatem ad iterandum sacrificium, et bono animo esse jussit, quia sciret, deos sibi non posse ad gloriam non propitios esse. — Verba ipsa ut emendarent, multi operam dederunt. Schmiederi conjectura est. « Videtur vox *alia* ex compendio scripturæ *oīā* nata, ut sit legendum: *sibi enim ad omnia gloriam concedere deos.* » Minime placet Heumanniana: *sibi animalia ad gl. c. deos*, h. e. sibi plures esse victimas ad lætiora exta invenienda. Reliquas exhibuit exemplar Snakenburgianum, e quibus una mihi maxime arrideret, quam proposuit *Tellier*, scribens: *sibi enim alia ad gloriam concedere deos;* ita sensus erit: sibi nova melioraque, quam prius, omina concessum iri a diis, gloriæ ipsius faventibus.

29. *Apparuisse.* Videlicet in extis. — *Litatum esse.* Pontificium verbum, quo felices in sacrificiis significationes notantur. Imminente periculo aiunt, *litari non potuisse.* Non hoc sane pontificis obsequium voluntati indulgentis narrat Arrianus. Hic contra, lib. IV, 4, 6: Ἀρίστανδρος δὲ οὐκ ἔφη παρὰ τοῦ ἐκ τοῦ θείου σημαινομένου ἄλλα ἀποδείξασθαι, ὅτι ἄλλα ἐθέλει ἀκοῦσαι Ἀλέξανδρος.

30. *Imposuerant labem.* Perpetuam prosperitatem bellorum ipsius aliquo dedecore corruperant.

31. *Menedemum.* Vide supra notam ad VII, 6, 24. Cladem Macedonum longe aliter narrat Arrianus, IV, 5, 3, sqq. ex Ptolemæo; similiorem Curtianæ narrationi, ex Aristobulo IV, 6, 1—4. Palam igitur est, diversas narrationes de re eadem a principio extitisse. — *Qua venturum sciebat.* Codd. scribunt: *quem venturum*, male. *Qua* Acidalii acuta emendatio est. Præterea confisus occupari posse incautum, in insidiis sese occuluit, hac regionis parte, qua cognoverat adventurum.

muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse,
qua venturum sciebat, consedit occultus. Silvestre iter
aptum insidiis tegendis erat : ibi Dahas condidit. Equi 32
binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente
desiliunt, et equestris pugnæ ordinem turbant : equo-
rum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spita- 33
menes saltum circumire jussos pariter et a lateribus,
et a' fronte, et a tergo hosti ostendit. Menedemus 34
undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen
restitit; clamitans, nihil aliud superesse locorum fraude
deceptis, quam honestæ mortis solatium ex hostium
cæde. Ipsum prævalens equus vehebat, quo sæpius in 35
cuneos barbarorum effusis habenis evectus, magna
strage eos fuderat. Sed quum unum omnes peterent,
multis vulneribus exsanguis Hypsiden quemdam ex
amicis hortatus est, ut in equum suum ascenderet, et
se fuga eriperet. Hæc agentem anima defecit, corpus-
que ex equo defluxit in terram. Hypsides poterat qui- 36
dem effugere; sed, amisso amico, mori statuit : una
erat cura, ne inultus occideret. Itaque, subditis cal-
caribus equo, in medios hostes se immisit, et memo-
rabili edita pugna obrutus telis est. Quod ubi videre, 37
qui cædi supererant, tumulum paullo, quam cetera,

32. *Dahas.* Aristobulus ap. Arrian. non Dahas, sed Scythas commemorat. Duo etiam exemplaria Curtiana *Dacas* legunt; unde *ibi Sacas condidit* legere volebat Schmied. mox sententiam mutavit. Arena Spitamenis sunt Bactrianæ et Sogdianæ regiones eæ, quæ occasum et septemtrionem spectant. Inde propulsus per deserta ad Massagetas, Chorasmios, Dahas confugere solebat; inde recentibus auxiliis fretus ad mortem usque incursiones suas repetebat. — *Invicem desiliunt.* Alternatim equitantur, et ex equo descendunt. Multa collegit exempla Freinshemius, quibus probatur id moris apud Germanos quondam, Numidas, aliosque barbaros, et apud Romanos etiam floruisse. — *Et equestris pugnæ* (sc. hostium) *ordinem turbant.* Dum suis equitibus mixti in ipso discrimine et equitum et equorum hostilium latera confodiunt. Copulam præfixi ex Cod. Theocr.

33. *Saltum.* Paradisum, Aristobulus.

35. *Cuneos.* Jam vidimus hoc verbum pro quolibet aciei genere sumi.

editiorem capiunt : quos Spitamenes fame in deditio-
38 nem subacturus obsedit. Cecidere eo prælio peditum
II millia, CCC equites. Quam cladem Alexander solerti
consilio texit, morte denunciata iis, qui ex prælio ve-
nerant, si acta vulgassent.

1 VIII. Ceterum quum animo disparem vultum diu-
tius ferre non posset, in tabernaculum super ripam
2 fluminis de industria locatum secessit. Ibi sine arbitris
singula animi consulta pensando, noctem vigiliis ex-
traxit, sæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspi-
ceret hostium ignes, e quibus conjectare poterat,
3 quanta hominum multitudo esset. Jamque lux appa-
rebat, quum thoracem indutus procedit ad milites,
4 tum primum post vulnus proxime acceptum. Tanta
erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod
5 horrebant, cogitationem præsentia ejus excuteret. Læti
ergo, et manantibus præ gaudio lacrymis, consalutant
eum, et, quod ante recusaverant, bellum feroces de-
6 poscunt. Ille, se ratibus equitem phalangemque trans-
portaturum esse, pronunciat; super utres jubet nare
7 levius armatos. Plura nec dici res desideravit, nec rex
8 dicere per valetudinem potuit. Ceterum tanta alacritate
militum rates junctæ sunt, ut in triduum ad XII millia

38. *Morte denuntiata.* Confer apud Frontinum XI, 7, hoc caput quo de dissimulandis adversis agitur. Idem consilium, quod in Alexandro laudat Curtius, in Vitellio culpat, nec immerito, Tacitus, Hist. III, 54, 1; et in multis recentioris historiæ ducibus culpandum est : tantum valet temporis, loci, aliarumque rerum diversitas!

1. *Disparem vultum.* Quod spem et alacritatem vultu præ se tulerit, et ingentes interim curas animo volveret, tum propter Menedemi cædem, tum propter Scythas sibi insultantes.

2. *Singula animi consulta.* Nam propter pericula imminentia animus varios incursus habet. — *Extraxit.* Noctem inter vigilandum consumpsit.

3. *Apparebat.* Nostri Codd. multique alii habent : *appetebat.* — *Thoracem indutus.* Quem alias tantum in discrimine, nec fere nisi rogatu amicorum, sumere solebat, supra IV, 13, 25. At nunc induit ad spem militis intendendam, si videret regem jam laboribus bellicis parem esse.

8. *Ad XII M.* Numerus ratium major est, quam pro exercitu trans-

effectæ sint. Jamque ad transeundum omnia aptaverant, quum legati Scytharum xx, more gentis per castra equis vecti, nunciari jubent regi, velle ipsos ad eum mandata perferre. Admissi in tabernaculum, jussi- 9
que considere, in vultu regis defixerant oculos; credo, quia magnitudine corporis animum æstimantibus modicus habitus haudquaquam famæ par videbatur. Scy- 10
this autem non, ut ceteris barbaris, rudis et inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcumque gens capit semper armata. Sicque 11
loquutos esse apud regem memoriæ proditum est: abhorrent forsitan moribus nostris, et tempora et ingenia cultiora sortitis; sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet; quæ, utcumque tradita

portando, major quam pro gravissimis militum, quibus triduum non ad tantam materiæ vim cædendam sufficere potuit. Pro *rates* legendum proposuit *Schmieder utres*, quæ *junctæ sunt*, h. e. consutæ, et stramentis repletæ: ut intelligendum esset, rates, sive naves quasdam factas quidem esse (cf. c. 9. princ.), plurimos autem militum utribus impositos transnatasse. Heinsius præferebat *crates*, quod ego quoque mallem. — *Per castra equis vecti.* Non temere hoc additum est. Romanis enim moribus hoc non permittebatur.

9. *Modicus haudquaquam.* Plurimi Codd. *modicus animus haudq.* Unde recte emendavit Acidalius *modicus habitus haudquaquam.* Quod restituere non dubitavi cum Schmiedero. Vide quæ de hoc barbarorum more notavimus præcipue ad VI, 5, 29.

10. *Ut cæteris barbaris.* De qua re insigne testimonium Herodoti IV, 46. Et certe quæ tam hic quam in aliis auctoribus de hac gente leguntur, non infimam ingenii sapientiæque vim, præsertim in acutis, et interdum ænigmaticis eorum aut sermonibus aut responsionibus, aut etiam factis ostendunt. — *Sapientiam capere.* Apprehendere animo, discere, ut Anacharsidis philosophi, genere Scythæ, exemplo notum. Non ignoratur et Toxaris Scytha, de Athenis bene meritus.

11. *Sed ut possit.* Hoc est, quamvis possit. Sed malo cum Freinshemio: *Si, quæ loquutos esse apud regem memoriæ proditum est, abhorrent forsitan moribus nostris, et t. et ing. c. s., ut possit*, etc. In margine ed. Gryphianæ periodus omnis sic disponitur: *Abhorrentia forsitan a moribus et tempora et ingenia cultiora sortitis, quæ utcumque tradita sunt, incorrupta perferemus. Sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet. Igitur*, etc. — *Non debet.* Sc. sperni. Sequentia sic legit *Schmieder: quæcunque tradita sunt, incorrupta perferemus.* Freinshemius omittit etiam *sunt.* Vulgata sic explicanda est: quæ tradita sunt, incorr. perferemus. Bongarsius

12 sunt, incorrupta perferemus. Igitur unum ex his maxi-
mum natu ita loquutum accepimus : « Si dii habitum
corporis tui aviditati animi parem esse voluissent, orbis
te non caperet : altera manu Orientem, altera Occi-
dentem contingeres; et hoc assequutus, scire velles,
13 ubi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque con-
cupiscis, quæ non capis : ab Europa petis Asiam; ex
Asia transis in Europam : deinde, si humanum genus
omne superaveris, cum silvis, et nivibus, et fluminibus,
ferisque bestiis gesturus es bellum. Quid tu, ignoras
14 arbores magnas diu crescere; una hora exstirpari? Stul-
tus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non
metitur. Vide ne, dum ad cacumen pervenire conten-
dis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas.
15 Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum

malebat : *qui, utcunque tradita, incorrupta perferemus*, quam quidem lectionem in textum recepit *Tellier*, et sic interpretatus est : qui eorum verba, quoquo modo scripta a veteribus, nihil mutando referemus.

12. *Altera manu orientem.* In animo habuit, inquit Freinshemius, fabulam Typhonis, cujus manuum altera ad Hesperum usque, et altera ad orientem pertinebat. Apollod. I. At græcam istam fabulam Scythis notam fuisse valde dubitandum est. — *Tanti numinis : δεικτικῶς.* Nam recte Freinshemius : « Solem innuit, quem et a Scythis cultum, vel ex Herodoti extremo lib. I, satis constat. Et ni fallor, his verborum involucris Oceanum designat, quem et ipsum studiosa cura lustrare mox cœpit Alexander. Ibi enim condi solem veteres crediderunt. Id autem quærere Scythis absurdum, vanumque videbatur, fortassis et impium. Nam et Florus, II, 17, 12, ait «Decimum Brutum cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprehendisse. »

13. *Sic quoque.* Etsi corpore modicus. — *In Europam.* Transgressus Iaxartem.

14. *Arbores magnas.* Hoc genus similitudinis occinit Xerxi patruus Artabanus, Herodot. VII, 10, 5 : « Vides ut prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec sinit insolescere; parva vero nihil lædit : vides ut magna semper ædificia, magnasque arbores hujus modi fulminum tela percutiunt. » Horat. Od. II. 10. : « .... Celsæ graviore casu Decidunt turres, feriuntque summos Fulmina montes. » Et nostri poetæ passim. *Racan, ode sur la Retraite* : « Les grands pins sont en « butte aux coups de la tempête; Et la « rage des vents abat plutôt le faîte Du « palais de nos rois, que le toit des ber- « gers. » — *Spectat.* Spectare videtur opponi eleganter *τῷ metiri*, quum sit nihil aliud quam oculis metiri.

fuit; et ferrum rubigo consumit : nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. Quid nobis 16
tecum est? nunquam terram tuam attigimus. Qui sis, unde venias, licetne ignorare in vastis sylvis viventibus? nec servire ulli possumus; nec imperare desideramus.
Dona nobis data sunt, ne Scytharum gentem ignores, ju- 17
gum boum, aratrum, hasta, sagitta et patera : his utimur et cum amicis, et adversus inimicos. Fruges amicis 18
damus boum labore quæsitas ; patera, cum his vinum diis libamus ; inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus : sic Syriæ regem, et postea Persarum Medorumque superavimus, patuitque nobis iter usque in
Ægyptum. At tu, qui te gloriaris ad latrones perse- 19

15. *Fuit.* Quædam exemplaria *fit.* — Nota omnibus fabella illa, qua leonem a culice victum ostendit nostras *La Fontaine, liv. II, fab.* 9. — *Ferrum rubigo.* Ovid. de Ponto, « Roditur ut scabra positum rubigine ferrum. » Vid. Plinium XXXIV, 14, 6, et 15, 2.

16. *Licetne ignorare.* Annon patiere nos in profundis viventes nemoribus ignorare, qui sis, et unde venias, potius quam nostro id incommodo discere, ad bellum compulsos?

17. *Dona nobis data sunt.* Sc. a Diis. Recte enim vidit Loccenius, ad Herodotum, lib. IV, 5, respici, ubi refert, olim cælo in Scythiam demissa esse *ἄροτρόν τε, καὶ ζυγὸν, καὶ σάγαριν, καὶ φιάλην*, omnia ex auro facta. Curtius igitur pro securi scripsit hastam et sagittam; pro jugo, h. e. instrumento illo agricolarum, boum jugum, quasi ipsi boves cælo demissi essent. Vocem *hastam* Schmieder ex quinque Codd. inseruit, necessariam propter sequentia : *hasta cominus petimus.* Legitur quoque in nostris regg.

18. *Cum his.* Cum amicis. — *Vinum.* Sive verum vinum, sive quo alio potu Scythæ vini loco utebantur. — *Libamus.* Rerum liquidarum sacrificium *libatio*, sive *libamen* proprie appellatur; quod prius libatæ, id est, degustatæ, in honorem numinis effunderentur. — *Sic Syriæ regem*, etc. Antiquissimis temporibus Assyriam (quam et Syriam interdum vocant) Scythis *per mille et quingentos annos vectigalem fuisse, pendendi autem tributi finem Ninum, regem Assyriorum, imposuisse*, in Just. II, 3, legitur. Postea sub Medorum rege Cyaxare Asiam armis captam per XXVIII annos obtinebant : deinde cum Cyro bella gesserunt, quem sunt qui in prælio contra Massagetas occubuisse tradant. Darii Hystaspis expeditio non fuit in Scythas istarum regionum, sed in Europæos ad lævam Thraciæ habitantes. Ægyptum Scythæ non intrarunt, sed Asiam usque ad Ægyptum bis ceperant, primo antiquissimis temporibus Tanao quodam duce, Just. I, 2, et II, 3; iterum Madya (quem alii Indathyrsin vocare videntur) duce, Cyaxaris ætate. Herodot. I, 103—105.

19. *Ad latrones.* Qui nos latrones

quendos venire, omnium gentium, quas adisti, latro es. Lydiam cepisti, Syriam occupasti, Persidem tenes, Bactrianos habes in potestate, Indos petisti; jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis.
20 Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt? primus omnium satietate parasti famem; ut, quo plura
21 haberes, acrius, quæ non habes, cuperes. Non succurrit tibi, quam diu circum Bactra hæreas? dum illos subigis, Sogdiani bellare cœperunt; bellum tibi ex victoria nascitur: nam ut major fortiorque sis, quam

appellas, ad quos persequendos venisses. — Pari audacia Alexandro respondit ille pirata, quisquis fuit, ex quo quum quæsisset rex, quo scelere impulsus mare haberet infestum, « Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. » Cic. de Republ. lib. III.—*Indos petisti.* Jam enim, antequam ex Arachosia in Parapamisadas moveret, in partem aliquam Indiæ pervenerat. Vide notam ad VII, 3, 5. Potes etiam cum Gronovio ad Arrian. p. 286, interpretari: *exiisti ut peteres Indos*, ut sit species prolepseos. Ceterum concedi quidem potest, Scythas Bactrianæ, Persidis et Syriæ nomina non ignorasse; Lydiam vero novisse, verisimile non est. Lydiam nominavit Curtius pro omnibus provinciis, quas Crœsus obtinuerat, cujus pleræque gentes unius linguæ dialectis utebantur; Syriam pro Syris, Cilicibus, Cappadocibus, Mesopotamiis, Babyloniis et Assyriis, eodem sermone usis; eamdem ob caussam Persidem pro Persis et Medis, Bactrianos pro Bactrianis et Sogdianis.— *Instabiles.* Vaga rapacitate in omnes se partes extendentes. Schmiedero præplacet Acidalii conjectura, *insatiabiles;* ego vero vividiorem imaginem arbitror servata voce, *instabiles.*

20. *Quæ te esurire cogunt.* Quæ tibi majorem divitiarum cupidinem injiciunt. — *Satietate parasti famem.* Hoc est, Ovidii verbis, Met. 8, 838: « .... Quo copia major Est data, plura petit; ..... » et paullo post: « .... Cibus omnis in illo Caussa cibi est, etc. — *Quo plura haberes.* Ut in hydrope. Ovidius, Fast. I, 216: « Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. » Maxim. Tyr. Dissert. XXVVII: Ἔνθεν που καὶ οἱ διώκοντες ταῦτα, ἐμπλησθέντες αὐτῶν, διψῶσι μᾶλλον· ἔλαττον γὰρ τὸ ληφθὲν τοῦ προσδοκωμένου. Senec. Epist. 119, 8: « Post Darium et Indos pauper est Alexander Macedo: quærit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit novas, et, ut ita dicam, mundi claustra perrumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. »

21. *Circum Bactra.* Non animadvertis quamdiu jam moreris ad Bactrianam subigendam. — Bactra iterum pro regione proxime Iaxarten dicuntur; quam dum subigebat Alexander, Sogdiani a tergo *bellare*, sive *rebellare* (ut mavult Freinsh.) *cœperunt.* — Cod. Voss. 2 distincte scribit: *bella receperunt,* quod initio scriptum Scheffero visum erat; quod interpretatur Schmieder, *bella denuo cœperunt.*

quisquam, tamen alienigenam dominum pati nemo vult. Transi modo Tanaim : scies, quam late pateant; 22
nunquam tamen consequeris Scythas : paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus, qui prædam tot nationum vehit. Rursus, quum procul abesse nos cre- 23
des, videbis in tuis castris; eadem velocitate et sequimur, et fugimus. Scytharum solitudines Græcis etiam proverbiis audio eludi; at nos deserta, et humano cultu vacua, magis quam urbes et opulentos agros sequimur. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene : lubrica 24
est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens, quam præsens tempus, ostendit melius : impone felicitati tuæ frenos; facilius illam reges. Nostri sine 25
pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus et pennas

22. *Quam late pateant.* Quantum terrarum occupent Scythæ. — *Nunquam tamen consequeris.* Cogitari potest, ipsis invitis. Sed verisimiliora dicenda erant. Scythæ enim non modo non fugerunt, sed ipsam Iaxartis oram defendentes acre prælium commiserunt.

23. *Scytharum solitudines.* Proverbium est, *Σκυθῶν ἐρημία.* — Cujus meminere Aristophanes, Acharnens. II, sc. 6; Plutarchus, Suidas; Erasmus, Adag. Chil. ad III, 5, 94. Pro summis calamitatibus exitioque dictum est: eoque dicit ipse *eludi*, quod est *vitari.*

24. *Nos deserta.* Notatu dignum quod Arrianus apud Eustathium ad Dionysium Perieget. V. 675, docet; Scythas nempe olim urbes habitasse, domos incoluisse, terram arasse, vescique pane solitos; sed victos a Thracibus mores mutasse, omnibusque diris se devovisse, ubi vel ædes exædificasent, vel aratro terram proscidissent, aut urbes condidissent, aut opes aurumve possedissent: plaustra igitur sibi comparasse, ferinam in cibum adhibuisse, lac potasse : jumentis duntaxat illis solis usos, quibus veherentur, et quæ terras terris commutantes sequerentur; indeque dictos *nomadas*, quasi pascuales, seu pastores. Hæc Raderus. — *Sequimur.* Amamus. — *Pressis.* Compressis. — *Ostendit.* Freinshem. mavult *ostendet*, et interpretatur : ex ipso eventu evidentius cognosces, quam salubre fuerit consilium. Si retines *ostendit*, sententia communis est, quam Cellarius sic expressit : Sequenti tempore magis apparet quam præsenti, fueritne consilium salubre, nec ne. — In aliquot Codd. desunt verba: *Salubre... melius.* — *Impone.* Namque, ut dixit Herodianus I, 4 : *Χαλεπὸν δὲ μετρῆσαι τε καὶ ὅρον επιθειναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας.*

25. *Fortunam.* Elegans imago fortunæ. *Sine pedibus* picta, quod consistere nequeat, volucremque ejus levitatem signat; unde et pennas ei addidere.

tantum habet; quum manus porrigit, pennas quoque
26 comprehendere non sinit. Denique, si deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es, id quod es, semper esse te, cogita: stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obli-
27 visceris. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti: nam et firmissima est inter pares amicitia; et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum vi-
28 rium. Quos viceris, amicos tibi esse, cave credas: inter dominum et servum nulla amicitia est; etiam in pace
29 belli tamen jura servantur. Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris; colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, et deos in-

Dum manus porrigit, pennas comprehendere non sinit; eo fortunæ lusus adumbratur, quæ se non uni totam, nec simpliciter semper dat. Ceterum apud solum Curtium hæc fortunæ forma expressa invenitur.

26. *Beneficia.* Id enim maxime divinum. Seneca, de Benefic. III, 15, 4: « Qui dat beneficia, deos imitatur. » Julian. in Cæsar. ex persona Marci Deorum imitationem esse ait: *Δεῖσθαι μὲν ἐλαχίστων, εὖ ποιεῖν δὲ ὡς ὅτι μάλιστα πλείστους.* — *Semper esse te cogita.* Hoc, inquit Raderus a patre Philippo Alexander discere poterat, qui ex ephebis uni præcepit, ut quotidie prima luce ad lectum cubicularem adesset, regemque his verbis de mortalitate admoneret: *Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ.* — *Eorum meminisse*, etc. Stultum est, semper de bellis aliisque rebus, quibus gloria et magnum imperium paratur, cogitare, propter quæ oblivisceris, te hominem esse, eumque moriturum, et omnia relicturum. — Pro *oblivisceris* duo Codd. *obliviscaris.*

27. *Inter pares.* Nam, ut dicit Cæsar, Bel. Civ. III, 10: « Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque confideret, et pares ambo viderentur; » et Flor. IV, 10, 1: « Quum Crassus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta fecissent, pari rursus reverentia integrata amicitia. »

28. *Etiam in pace.* Quæ leges et conditiones victis a victoribus belli tempore dantur, etiam in pace servantur, ut instar servorum sint victi; victores domini, adeoque inter eos nulla coalescere amicitia possit. — Plin. eadem, Pan. 85, 2: « Nam quæ poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur? »

29. *Jurando.* Injuratis Scythis plus ait credendum, quam juratissimis et testatissimis Græcis. — Eurip. Iphig. Taurid. *Πιστὸν Ἕλλας οἶδεν οὐδέν.* Græca fides apud Latinos in proverb. venerat: vid. Juven. III; Lucan. III, 300; Virg. Æn. II, 152: « .... Ille dolis instructus, et arte Pelasga. » — Jurabantur Scythæ per ventum et acinacem, si Luciano Tox. c. 38, fides. — *Acta consignant. Acta* esse possunt, de quibus inter aliquos convenit. Præ-

vocant; nos religionem in ipsa fide novimus : qui non
reverentur homines, fallunt deos. Nec tibi amico opus
est, de cujus benevolentia dubites Ceterum nos et 30
Asiæ et Europæ custodes habebis : Bactra, nisi dividat
Tanais, contingimus; ultra Tanaim usque ad Thraciam
colimus; Thraciæ Macedoniam conjunctam esse fama
est : utrique imperio tuo finitimos, hostes an amicos
velis esse, considera.» Hæc barbarus.

IX. Contra rex fortuna sua, et consiliis eorum se 1
usurum esse respondet; nam et fortunam, cui confidat,
et consilium suadentium, ne quid temere et audacter
faciat, sequuturum; dimissisque legatis, in præparatas 2
rates exercitum imposuit : in proris clypeatos locaverat,
jussos in genua subsidere, quo tutiores essent adversus
ictus sagittarum. Post hos, qui tormenta intenderent, 3
stabant; et ab utroque latere, et a fronte circumdati
armatis : reliqui, qui post tormenta constiterant; remigem lorica indutum scutorum testudine armati pro-

fero vero Bongarsii conjecturam : *pacta consignant*. — *In ipsa fide*. H. e. religionem esse in fide servanda, non in verbis, sive jurejurando. — *Dubites*. Et ita jusjurandum necessarium putes.

30. *Fama est*. Quidam *fama fert*. — *Utrique imperio tuo*. Nempe Europæo et Asiatico. Speciosa quidem, sed non necessaria est eorum conjectura, qui *utrimque imperio tuo* legunt. — De omni illa oratione, vide excursum I ad hujus libri calcem.

1. *Consiliis eorum*. Eam lectionem, quam nostri et alii optimi codices dederunt, prætuli, licet plerique edd. scribant *consiliis suorum*. Ironice enim dicit ipsum consiliis eorum usurum, nempe in aggrediendo eos sine temeritate et audacia. Et sic illustrior erit proximæ phraseos sensus, *Nam et fortunam, cui confidat, et consilium suadentium, ne quid temere et audacter faciat, sequuturum* : quam nisi hoc modo interpreteris, esse videtur manifestum glossema, priorum verborum paraphrasin continens satis jejunam, frigidam ineptamque, ut credidere Heumannus et Schmieder, qui eam prorsus delendam censent.

2. *Clypeatos*. Τοὺς ὁπλίτας, quod nomen commune est omnibus peditibus graviter armatis. — *In genua subsidere*. Ut omnes corporis partes clypeis tegerentur.

3. *Qui tormenta intenderent*. Qui tela ex machinis, ut catapultæ et ballistæ erant, emitterent. Quos qui a fronte circumdabant, credendi sunt intervalla, per quæ tela exirent, reliquisse. — *Armati*. Hæc vox Scheffero non immerito suspecta est.

4 tegebant. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equi-
tem vehebant, servatus est: major pars a puppe nantes
equos loris trahebat; at illos, quos utres stramento
5 repleti vehebant, objectæ rates tuebantur. Ipse rex
cum delectis primus ratem solvit, et in ripam dirigi
jussit: cui Scythæ admotos ordines equitum in primo
ripæ margine opponunt, ut ne applicari quidem terræ
6 rates possent. Ceterum præter hanc speciem ripis præ-
sidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat:
namque cursum gubernatores, quum obliquo flumine
impellerentur, regere non poterant; vacillantesque
milites, et ne excuterentur solliciti, nautarum mini-
7 steria turbaverant. Ne tela quidem conati nixu vibrare
poterant; quum prior standi sine periculo, quam hos-
tem incessendi, cura esset: tormenta saluti fuerunt;
quibus in confertos ac temere se offerentes haud fru-
8 stra excussa sunt tela. Barbari quoque ingentem vim
sagittarum infudere ratibus; vixque ullum fuit scutum,
9 quod non pluribus simul spiculis perforaretur. Jamque
terræ rates applicabantur, quum acies clypeata con-
surgit, et hastas certo ictu, utpote libero nixu, mittit
e ratibus; et ut territos recipientesque equos videre,
10 alacres mutua adhortatione in terram desiliere. Tur-
batis acriter pedem inferre cœperunt: equitum deinde
turmæ, quæ frenatos habebant equos, perfregere bar-
barorum aciem. Interim ceteri agmine dimicantium

4. *Stramento.* Quædam edd. *sarmento.*—Et hanc quoque vocem Schefferus præferret: unde enim tantum *stramenti* in regione, quæ cultum agrorum ignorabat?

5. *Ratem solvit.* Navigii funem rescidit.

6. *Obliquo.* Quum impetus fluminis non recta illos trajicere pateretur, sed in obliquum impelleret.

7. *Conati.* Quamvis conarentur. — *Nixu.* H. e., ut mox, *libero nixu*, non impedito nixu. Tum impeditus erat nixus; firmo gradu stare et conniti milites nequibant propter ratium vacillationem.

9. *Recipientes equos.* Heinsius conjiciebat *resilientes;* equidem eodem sensu duas voces intelligo, *recipientes* se retrorsum in medio suorum.

tecti aptavere se pugnæ. Ipse rex, quod vigoris, ægro 11
adhuc corpore, deerat, animi firmitate supplebat: vox
adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta
cicatrice cervicis; sed dimicantem cuncti videbant.
Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; alius- 12
que alium adhortati in hostem salutis immemores ruere
cœperunt. Tum vero non ora, non arma, non clamo- 13
rem hostium barbari tolerare potuerunt; omnesque
effusis habenis (namque equestris acies erat) capes-
sunt fugam: quos rex, quanquam vexationem invalidi
corporis pati non poterat, per LXXX tamen stadia in-
sequi perseveravit. Jamque linquente animo suis præ- 14
cepit, ut, donec lucis aliquid superesset, fugientium
tergis inhærerent: ipse, exhaustis etiam animi viribus,
in castra se recepit, reliquum substitit. Transierant 15
jam Liberi patris terminos; quorum monumenta lapides
erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ,
quarum stipites hedera contexerat. Sed Macedonas ira 16
longius provexit; quippe media fere nocte in castra
redierunt, multis interfectis, pluribus captis, equosque

13. *Vexationem.* Laborem pugnæ, jactationemque cursus equestris. — *LXXX Stadia.* Plutarch. in Alexandro, c. 80, centum numeravit; de fortuna Alexandri, II, 21, centum quinquaginta. Non igitur longius penetravit Scythicas solitudines: quod caussæ fuisse crediderim, cur eum intrasse Scythiam plane neget Justinus XXXVIII, 7, 3.

14. *Jam linquente animo.* Arrianus auctor est, Alexandrum in summo æstu magna siti laborantem aquam ejus regionis vitiosam bibisse, vehementique alvi profluvio correptum in summum vitæ discrimen adductum esse. In aliis quoque aliter hanc in Scythas expeditionem descripsit idem lib. IV, 4 et 5. — *Reliquum substitit.* *Tellier* subaudit *diem.* Sed quidquid subaudias, male cohæret. Freinshemius mavult: *ibique substitit.* Metam expeditionis Scythicæ auctor videtur designasse.

15. *Liberi patris terminos.* Quos, diversos a Bacchi terminis in India, cis Iaxarten in Sogdiana fuisse, interpretes ex Plinio, VI, 26, notarunt. Monumenta qualiacumque in terris remotissimis reperta, modo pro Bacchi, modo pro Herculis terminis habita esse videntur: ubi hederam et vites inveniebant, Bacchum; ubi clavæ formam pecori inustam, Herculem fuisse arbitrabantur, etc.

16. *Multis interfectis.* Cæsi sunt mille

MDCCC abegere: ceciderunt autem Macedonum equites
17 LX; pedites C fere; mille saucii fuerunt. Hæc expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportunæ victoriæ domuit: invictos Scythas esse crediderant; quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore confitebantur. Itaque Sacæ misere legatos,
18 qui pollicerentur, gentem imperata facturam. Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remiserat, ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de
19 fortitudine, non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem, ætatis flore conciliatum sibi; qui quum specie corporis æquaret Hephæstionem, ei lepore
20 haud sane virili par non erat. Ipse, Cratero cum majore parte exercitus modicis itineribus sequi jusso, ad Maracanda urbem pervenit; ex qua Spitamenes, cognito

circiter Scythæ, inter quos Satraces, unus e ducibus; capti sunt centum et quinquaginta. Arrian. IV, 4, 15.

17. *Imperata facturam.* Sic plurimi Codd. Vulgo *mandata facturam.* De Sacis vide ad VII, 4, 6. Apud Arriadum iidem Scythæ legatos misisse narrantur, quorum pars fugata erat.

18. *De fortitudine.* Non ut vindicta, sed ut virtute eos vinceret.

19. *Excipinum.* Nominis forma græca non est; nec in Varr. lectt. nec in aliis scriptoribus verior reperitur. — *Lepore haud sane virili par non erat.* Hanc lectionem, quam dederat *Tellier*, ex auctoritate nostrorum regg. Codd. rursus in textum recepi. Sensus est: quia lepore præditus erat, sed non virili, nequaquam erat cum Hephæstione comparandus. Et sic melius cum lectione illa congruet: *decore haud sane virili par non erat*, vera et elegantissima, quam ex optimo Mediceo Codice, et aliorum exemplarium comparatione probant Heinsius ad ad Vellei. Paterc. II, 29, et Snakenb.

20. *Ad Maracanda pervenit.* Jam Curtius non amplius Aristobulum sequitur, sed Ptolemæum. Ex illo supra c. 7, 31 seqq. Menedemum, antequam Maracanda perveniret, a Spitamene circumventum periisse scripserat. Ex Ptolemæo, ut hic locus intelligatur, sciendum est, Menedemum et reliquos duces prius Maracanda pervenisse, cujus arcem a Macedonibus relictis defensam Spitamenes obsidebat. Quem, cognito Menedemi adventu, fugientem Menedemus subsequutus, cum maxima copiarum parte occisus est. Quo facto Spitamenes reversus denuo Maracandorum arcem obsidebat. Hanc ob caussam Alexander cum copiis expeditissimis Maracanda petit, sive ad Ma-

ejus adventu, Bactra perfugerat. Itaque quatriduo rex 21
longum itineris spatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo, Menedemo duce, II millia peditum, et CCC equites amiserat: horum ossa tumulo contegi jussit, et inferias more patrio dedit. Jam Craterus, cum pha- 22
lange subsequi jussus, ad regem pervenerat: itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit; urique agros, et interfici puberes jussit.

X. Sogdiana regio majori ex parte deserta est: oc- 1

racanda urbem *tendit*, ut est in Cod. Theocr. Hinc Spitamenem, cognito regis adventu, iterum eadem via, qua antea, fugientem; rex persequutus in eum locum, quo Menedemus perierat, pervenit. (*Bactra perfugerat*, h. e. Bactra versus, in deserta inter Sogdianam et Bactrianam media). Inde rex reversus, omnem regionem, quam Polytimetus irrigat, cum multa Sogdianorum cæde percurrit. Quorum πλείους τῶν δώδεκα μυριάδων interfectos esse Diodorus tradidit.

21. *Horum ossa*. Ut Germanicus idem humanitatis officium clade Variana cæsis, apud Tacit. Ann. I, 62, præstitit. — *Inferias*. Inferiæ sacrificia sunt inferis, hoc est, mortuorum umbris persolvi consueta, de quibus, inter alios, vide Virg. nostræ editionis, Æn. IX, 215: «... Absenti ferat inferias;» et Ovid. Trist. III, 3, 81: «Tu tamen exstincto feralia munera ferto.»

1. *Sogdiana regio majori ex parte deserta est*. Curtius, ex more suo, summatim aliqua de Sogdiana præmisit, singularia de fatis incolarum subjecturus. Sogdiana vetus orientem versus multos montes habet, ex quibus alia flumina in Oxum, alia in Iaxarten labuntur: hac igitur in parte vix deserta fuit. Ex montibus iisdem duo juga maxime occasum versus excurrunt; in medio fertur Polytimetus, *el Sogd*. Hanc Sogdianæ partem Curtius *ingens spatium rectæ regionis*, h. e. ab occasu in ortum extensæ, appellat. Eadem, qua septemtrionem et occasum spectat, magno deserto cincta est, quod *Gaznak* vocatur; ad meridiem inter eamdem et Oxum alia deserta sunt, in quibus Polytimetus diffunditur. Hæc deserta si Sogdianæ tribuuntur, recte quidem, si non *majori*, magna tamen *ex parte deserta* dicitur. Quam vero solitudinum partem Curtius *DCCC stadia in latitudinem*, h. e. ab austro in aquilonem, *tenere* dixerit, non liquet. Ni fallor, intelligendæ sunt mediæ inter Oxum et Polytimetum; quæ aliquot locis DCCC stadia (circiter, 20 mill. geogr.) latæ esse possunt; certiora enim non reperi. In Codd. autem plurimis legitur *octoginta*; in aliis vel *septuaginta*, vel *nonaginta*: qui numerus quum minor sit quam pro *vastis solitudinibus*, editores *octingenta stadia* scribere non dubitaverunt. Potuitne vero is *amnis*, qui *per ingens spatium fertur*, *torrens* vocari? Modio legendum videbatur: *fertur*. Torrentem *eum ripæ*, etc. h. e. ubi amnis adhuc minor et torrens est. Ceterum de hac amnis natura apud alios nihil legi. Arrianus Peneum ab eo magnitudine superari, ipsumque

tingenta fere stadia in latitudinem vastæ solitudines
2 tenent. Ingens spatium rectæ regionis est, per quam
amnis, *Polytimetum* vocant incolæ, fertur torrens:
eum ripæ in tenuem alveum cogunt; deinde caverna
3 accipit, et sub terram rapit. Cursus absconditi indicium
est aquæ meantis sonus; quum ipsum solum, sub quo
tantus amnis fluit, ne modico quidem resudet humore.
4 Ex captivis Sogdianorum ad regem xxx nobilissimi,
corporum robore eximio, perducti erant; qui ut per
interpretem cognoverunt, jussu regis ipsos ad suppli-
cium trahi, carmen lætantium more canere, tripudiis-
que et lasciviori corporis motu gaudium quoddam
5 animi ostentare cœperunt. Admiratus rex, tanta ma-
gnitudine animi oppetere mortem, revocari eos jussit;
caussam tam effusæ lætitiæ, quum supplicium ante
6 oculos haberent, requirens. Illi, si ab alio occideren-
tur, tristes morituros fuisse, respondent; nunc a tanto
rege, victore omnium gentium, majoribus suis redditos,
honestam mortem, quam fortes viri voto quoque ex-
peterent, carminibus sui moris lætitiaque celebrare.
7 Tum rex, « Quæro itaque, inquit, an vivere velitis non
8 inimici mihi, cujus beneficio victuri estis? » Illi nun-
quam se inimicos ei; sed bello lacessitos, hostes fuisse
respondent : si quis ipsos beneficio, quam injuria ex-

tandem arena absorberi scripsit. Sic et Strabo, lib. II, p. 787. Similia Curtium quoque scribere debuisse vix dubito. Noc potuit ab incolis *Polytimetus* vocari. Macedones forte nomen barbaricum, quod ignoratur, græce reddiderunt *τὸν Πολυτίμητον*. Hæc *Schmieder*. Vide Indic. geogr.

4. *Carmen lætantium.* Id moris fuisse inter omnes barbaros novi orbis incolas testantur, qui de ipsis scripsere. Vid. inter alios, *Châteaubriand, Atala; Raynal, Hist. philos. et polit.* Et eam quam fingit Curtius barbarorum adulationem minime ipsorum moris esse existimo.

5. *Tanta magnitudine.* Tanta lætitia et magnitudine animi; Cod. Theocr.

6. *A tanto rege.* Virg. Æneid. X, 829 : « Hoc tamen infelix miseram solabere mortem, Æneæ magni dextra cadis... » Vide quæ ad singulare illud solatii genus notatum est in Virgil. nostræ collect.

7. *Tum rex.* Nostri Codd. et plerique alii *t. r. admiratus magnitudinem*

periri maluisset; certaturos fuisse, ne vincerentur officio. Interrogantique, quo pignore fidem obligaturi 9
essent; vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt: reddituros, quandoque repetisset. Nec promissum fefellerunt: nam, qui remissi domos ierant, in fide continuere populares; quatuor, inter custodes corporis retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus 10
peditum (neque enim majori præsidio indigebat), relicto, Bactra pervenit: inde Bessum Ecbatana duci jussit, interfecto Dario pœnas capite persoluturum. Iisdem fere diebus Ptolemæus et Menidas peditum tria 11
millia, et equites mille adduxerunt mercede militaturos. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, 12
et D equitibus venit: totidem e Syria Asclepiodorum sequebantur; Antipater Græcorum VIII millia, in queis

animi, q. i. hæc vero, quæ jejuna erant proxime præcedentium, § 5, repetitio, delevimus.

9. *Quandoque.* H. e. *quandocumque*, ut legitur in Cod. Theocr. Cf. J. Fr. Gron. ad Liv. I, 24 et 31. Eodem sensu Horat. Art. Poet. «... Quandoque bonus dormitat Homerus.» — *Caritate.* Amore.

10. *Peucolao.* Propter Raderum monet *Schmieder* Peucolaotin, sive potius Peucelaotin Indiæ, non Sogdianæ regionem esse, quam ab hoc Peucolao nomen traxisse falso arbitratur. — *Bessum Ecbatana duci jussit.* Vide sup. VII, 5, 40 et 43. Igitur non *eo loco, in quo Darium ipse occiderat*, necatus, sed Ecbatana missus est, ut ibi in Medorum Persarumque, quorum regem occiderat, conventu periret. Arrian. IV, 8, 5. Ceterum de Bessi supplicio vid. not. ad VII, 5, 38.

11. *Ptolemæus.* Ptolemæus Thracum dux, et Melamnidas, quem Curtius Menidan appellat, cum Epocillo a mari ad Alexandrum rediisse dicuntur, quo pecunias cum Menete missas, et Thessalos dimissos deduxerant. Arr. IV, 7, 3. A quibus novos quoque milites adductos esse, Arrianus non tradidit. Curtius vero supra V, 1, 43, diserte scripsit, Meneti ab Alexandro præceptum esse, ut milites in supplementum legeret.

12. *Alexander quoque ex Lycia.* Legendum est: *Asander quoque ex Lydia.* Asander enim, Philotæ fil., quem Alexander Lydiæ et Ioniæ præfecerat hoc circiter tempore simul cum Nearcho, Lyciæ satrapa, Græcos mercenarios ad Alexandrum adduxit. Arr. I, 17, 8; IV, 7, 4. Potest etiam locus lacuna laborare, ut Curtius scripserit: *Asandrum ex Lydia, Nearchum ex Lycia* exercitum adduxisse. De milite ex Macedonia misso nihil habet Ar-

13 D equites erant, miserat. Itaque exercitu aucto, ad ea, quæ defectione turbata erant, componenda processit, interfectisque consternationis auctoribus, quarto die ad flumen Oxum perventum est: hic, quia limum vehit,
14 turbidus semper, et insalubris est potu. Itaque puteos miles cœperat fodere; nec tamen humo alte egesta exsistebat humor, quum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons, quem, quia tarde notaverant, subito exstitisse finxerunt; rexque ipse credi voluit donum
15 dei id fuisse. Superatis deinde amnibus Ocho et Oxo, ad urbem Marginiam pervenit: circa eam VI oppidis

trianus; tradidit potius, lib. IV, 18, 5, missos esse quosdam, qui ibi milites conducerent.

13. *Interfectis consternationis* (seditionis) *auctoribus*. Nempe in Bactriana. Alexander enim *Bactra pervenerat*, et agitur de Sogdianorum et Bactrianorum seditione — *Quarto die ad flumen Oxum perventum est*. Sua culpa obscurus est noster. Historia hæc est: Alexander Parapamisum transgressus, capit Bactrianam (lib. VII, 4); tum Oxo superato Sogdianam (VII, 5): quum ultra Sogdianam ad Iaxartem penetrasset, a tergo defecerant Sogdiani cum Bactrianis. Ad quos domandos Menedemus missus occiditur. Itaque Alexander, quam primum potuit, regressus, iterum Sogdianos domuit (VII, 9, 20—22; 10, 1—10); iterumque, Oxo superato, Bactrianos (c. 10, 10—13). In Bactriana versanti denuo Sogdiani defecisse narrantur. Plerique enim in arces sese receperant, Peucolao morem non gesturi. Arrian. IV, 15, 12. Rex igitur rursus, *quarto die*, a Bactris *ad flumen Oxum* pervenit, ut tertium Sogdianam percurreret. — *Insalubris est potu*. Plut. in Vit. Alex. 57: « Oxus dicitur mollissimam aquam vehere, ita ut lavantium cutis pinguedine obducatur. »

14. *Conspectus est fons*. In castris Macedonum ad Oxum non procul ab ipsius regis tabernaculo ortus est fons aquæ, et proxime tabernaculum fons olei, quem Alexandro multum quidem laborem, victoriam tamen portendere Aristander respondit. Arrian. IV, 15, 13, 14. Ex Arriano idem tradidit Eustathius ad Dionys. V, 747. De solo olei fonte scripserunt, quos Raderus laudat, Plut. c. 57; Strabo lib. XI, p. 787; Athen. II, 2. De solo aquæ fonte Curtius.

15. *Ocho et Oxo*. Ochus idem est, quem supra VII, 4, 31, *Bactrum amnem* appellavit; qui in Oxum cadit. Alexander autem, quum e Bactris proficisceretur, vel ita ad Oxum ire potuit, ut, Ocho a læva relicto, Oxum nondum Ochi undis auctum trajiceret; vel potuit prope Bactra Ochum superare, tum ad Oxum progredi, eumque Ochi aquis auctum transire. Quod si Curtium legisse putas, alieno tamen loco ea scripsit; nam supra, § 13, *ad flumen Oxum perventum esse* tradidit, ut Ochi transeundi locus non amplius esset. — *Marginiam*. V Codd. *Marganiam*. Neutrum nomen noverunt alii. Erant etiam, qui urbem aliquam

condendis electa sedes est. Duo ad meridiem versa;
quatuor, spectantia orientem, modicis inter se spatiis
distabant, ne procul repetendum esset mutuum auxi-
lium. Hæc omnia sita sunt in editis collibus: tum velut 16
freni domitarum gentium; nunc originis suæ oblita
serviunt, quibus imperaverunt. Et cetera quidem pa-
caverat rex.

XI. Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum 1

Margianæ (quæ regio inter Hyrcaniam et Bactrianam media est) intelligerent. In Margianam non venit Alexander, nec venire potuit, et voluit, quum Oxum transiret. Videtur potius nomen corruptum esse, et legendum *Maracanda*. Alexander enim, relicta parte exercitus in Bactrianis, ne se absente iterum res novas molirentur, cum plurimis in Sogdianam transiverat; quibus in quinque partes (tres partes dixit Curt. VIII, 1, 1) divisis, et Maracanda convenire jussis, cum quinque parvis exercitibus, aliis alia via proficiscentibus, majorem Sogdianæ partem et peragrabat, et tertium domabat. Qui quum Maracanda pervenissent, Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει τὰς ἐν τῇ Σογδιανῇ πόλεις συνοικίζειν. Arrian. IV, 16, 1—4. De pluribus urbibus in Sogdiana conditis testantur etiam Strabo, lib. XI; Diod. in Argum. libri XVI; et Just. XII, 5: de quarum defectione vid. Curt. XI, 7.

1. *Una erat petra.* Connectenda hæc sunt cum proxime præcedentibus, hoc sensu, ut Alexander reliquam Sogdianam subegerit, præter unam petram Arimazæ. Ex Diodoro (Arg. lib. XVII) et Arriano, harum quoque rerum scriptore diligentissimo, patet, Sogdianos vel post conditas illas urbes satis domitos non fuisse. Scripsit Arrian. lib. IV, c. 16 sqq. Alexandrum, Hephæstione, ut incolas in illas urbes adduceret, Cœnoque contra Scythas, ad quos Spitamenes fugisse dicebatur, missis, reliquam Sogdianam facile domuisse (IV, 16, 4, 5), Cœnumque cum exercitu in Sogdiana hiematum reliquisse; cum Cœno prima hieme Spitamenem male pugnasse, et paullo post a Scythis interfectum periisse (c. 17); posthæc Cœnum Nautaca (non procul Oxo in Sogdiana adhuc sita) ad Alexandrum rediisse (c. 18, 1); primo denique vere ipsum regem ad petram Sogdianæ expugnandam profectum esse. Vides igitur, sex circiter menses inter illas urbes conditas et hanc petram oppugnatam præterlapsos esse. Sed etiam alia in hac historia a Curtio et aliis turbantur. Arrianus de duabus in Sogdiana petris captis loquitur, altera eaque priori, in qua Roxane capta sit; altera Chorienæ petra. Curtius illam Arimazæ appellat petram, hanc Sysimithræ, apud neutram mentione de Roxane facta. Strabo, XI, p. 787, inter tres petras distinxit: duas in Sogdiana locat, alteram sine nomine, alteram vel Oxi vel Ariamazæ nominatam; tertiam, in qua Roxane capta sit, Sysimithræ appellatam, in Bactriana. Corruptior est Strabo. Omnis illa regio ante Alexandrum incognita erat; ipse rex plures per eam expeditiones fecit, atque sæpe diviso exercitu, ut alii plerumque alia et vi-

xxx millibus armatorum obtinebat; alimentis ante congestis, quæ tantæ multitudini vel per biennium
2 suppeterent. Petra in altitudinem xxx eminet stadia, circumitu C et L complectitur : undique abscissa et
3 abrupta, semita perangusta aditur. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os arctum et obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur; ultima etiam altos recessus habent: fontes per totum fere specum manant; e quibus collatæ aquæ per prona montis flumen
4 emittunt. Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire : cupido deinde incessit animo, naturam quoque
5 fatigandi. Prius tamen, quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, ut dederent rupem. Arimazes, loco fretus, superbe multa respondit : ad ultimum, an
6 Alexander volare possit, interrogat. Quæ nunciata regi sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari, eludentis ipsos, quia pennas non haberent : se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones
7 etiam volare. « Trecentos, inquit, pernicissimos juvenes, ex suis quisque copiis, perducite ad me, qui per

derent et agerent. Inde factum esse potest, ut vel, qui primi illa describerent, rerum ordinem turbarent; facilius adhuc posteriores et negligentiores. De situ petræ prioris nihil inveni nisi in media Sogdiana fuisse, Polyæn. IV, 3, 29; ubi Ariomazæ vocatur. Nec ingentem ejus specum ab alio commemoratum vidi. Hæc accuratissime *Schmieder*. — *Cum XXX M.* Multos tantum eo confugisse scripsit Arrian. IV, 18, 6.

3. *Ulteriora.* Ejus specus. — *Fontes.* Arrianus ex nive barbaris aquæ copiam fuisse scripsit.

4. *Fatigandi.* Subortum est desiderium vincendæ etiam loci naturæ.

5. *Volare possit.* Eadem meminit Arr. IV, 3, 22; vid. quoque Eustath. in Dionys. V, 747. Allusit eodem Polyæn. IV, 3, 29, in descriptione hujus petræ, solis volucrum alis perviam prædicans. Florus eleganter, IV, 12, 4 : « Noricis animos dabant Alpes atque nives, quo bellum non posset ascendere. »

6. *Indicaret.* Conjiciebat Schefferus, *judicarent*, hoc sensu : Alexander illis cum quibus consultare erat solitus, dixit, judicarent ipsi insolentiam bar-

; et pæne invias rupes domi pecora agere consue-
.t.» Illi præstantes et levitate corporum et ardore 8
orum strenue adducunt; quos intuens rex : «Vo-
.m, inquit, o juvenes, et mei æquales, urbium in-
rum ante munimenta superavi; montium juga
ıni nive obruta emensus sum; angustias Ciliciæ
vi; Indiæ sine lassitudine vim frigoris sum per-
ıs; et mei documenta vobis dedi, et vestri habeo.
ı, quam videtis, unum aditum habet, quem bar- 9
obsident; cetera negligunt : nullæ vigiliæ sunt,
quæ castra nostra spectant. Invenietis viam, si 10
ter rimati fueritis aditus ferentis ad cacumen:
tam alte natura constituit, quo virtus non possit
. Experiendo, quæ ceteri desperaverunt, Asiam

uam nempe gravis sit et intole-

omi pecora agere. Hi enim, ut Freinshemius, ad scandenda ta erant exercitatissimi, et in quoque montibus investigandæ ıri. Tali duce jam supra, V, 4, :sidem intraverat. Confer Livii XXXII, 11, 2.

ıdiæ. Quam Arachosiæ proxi- ieme transgressus erat. — *Do- a mei.* H. e. meæ virtutis speci- /obis dedi, vestræ quoque a ıccepi. Eadem Annibal apud , XXI, 44, 19 : «Non ego ırvi æstimo, milites, quod ne- ırum est, cujus non ante oculos :pe militare aliquod ediderim , cui non idem ego virtutis ›r ac testis, notata temporibus e referre sua possim decora.« *uæ castra.* Verius putat Frein- s *qua*, sc. parte, *castra spectant* :.

Invenietis viam. Lege vel cum ro : *invenietis, si solerter rimati fueritis, aditus ferentes ad cacumen*, vel nihil muta præter vocem *ferentis* in *ferentes* (illa enim solita est antiquorum scribendi ratio), ut *aditus ferentes* sint quartus casus. — *Nihil tam alte.* Nobilissima sententia, quam varii varie expresserunt. Terentius, Heautont. act. IV, sc. 1 : «Nihil tam difficile est, quin quærendo investigari possit;» Hor. Od. 3, lib. I: «Nil mortalibus arduum est;» Naso, Met. XIV, 113 : «Invia virtuti nulla est via....» Liv. in Annibalis oratione modo laudata, multa habet hujus generis : «Nullas profecto terras cælum contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse;» Tacit. Annal. XII, 35 : «Cuncta virtute expugnabilia.» Idem, Hist. XXVII: «Nihil virtuti invium.» Eumenes, Paneg. «Nihil tam insuperabili vallo natura præclusit, quod non penetret audacia.» Et sic exclamabat unus e nostris ducibus, quum quidam factum *impossibile* futurum ipsi dixerint: «Impossible! Ce mot-là n'est pas «dans mon dictionnaire.»

11 habemus in potestate. Evadite in cacumen; quod quum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis: ego copiis
12 admotis hostem in nos a vobis convertam. Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta x: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit; eademque ad decem homines servabitur portio: certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quam
13 voluntatem.» His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur: dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant.
14 Rex circumvectus petram, qua minime asper ac præruptus aditus videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi, alimentis in biduum sumptis, gladiis modo atque hastis armati subire cœperunt.
15 Ac primo pedibus ingressi sunt: deinde, ut in prærupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet, alii adjectis funium laqueis evasere, quum cuneos inter saxa defigerent, gradus
16 subinde queis insisterent. Diem inter metum laboremque consumpserunt. Per aspera enixis duriora restabant, et crescere altitudo petræ videbatur: illa vero miserabilis erat facies, quum ii, quos instabilis gradus

12. *Portio.* Proportio, ut vulgo dicimus. Pro X talentis primo dandis Arrian. XII dixit., Talentum atticum, quod intelligitur, est, ut jam diximus, 5,400 fr. nostræ monetæ. — *Voluntatem.* Desiderium meum, quo vos jubeo montem ascendere.

15. *Gradus subinde, queis insisterent.* Sic scripsi cum VIII Codd., inprimisque nostris regg., et præeunte Schmiedero, pro *queis gradus subinde insisterent.* Sensus est: alii funium laqueis saxa superiora amplexi ascendebant, postquam cuneos inter saxa defixerant (sic sæpe in Curtio imperfectum est pro plusquam perfecto), qui posthæc, quum funium adminiculo ascenderent, instar graduum in scalis erant, in quibus pedes collocarent. Heumanno τὸ *gradus* ex glossa videtur, et legit: *queis subinde insisterent.* Alii alia conjectarunt. — Arr. IV, 2, 14: Οἱ μὲν πασσάλους ἐμπηγνύοντες ἐς τὸ τεῖχος γήϊνον ὂν, καὶ κατὰ τούτους ἐκκρεμαννύμενοι χαλεπῶς ἀνεῖρπον. Vid. quoque Suidam in voc. Σάπειρ et Ἐυρυβατὴς, et Liv. XXVIII, 20, 3.

16. *Miserabilis facies.* Erat autem triste illud spectaculum. Hanc senten-

fefellerat, ex præcipiti devolverentur; mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. Per has 17
tamen difficultates enituntur in verticem montis: omnes fatigatione continuati laboris affecti; quidam multati parte membrorum: pariterque eos et nox et somnus oppressit. Stratis passim corporibus in inviis et in 18
asperis saxorum, periculi instantis obliti, in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari, in qua parte petræ tanta vis hostium condita esset, fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. Ex quo 19
intellectum est, illam hostium latebram esse: itaque hastis imposuere, quod convenerat signum; totoque e numero duos et xxx in ascensu interiisse cognoscunt. Rex, non cupidine magis potiundi loci, quam vicem 20
eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, sollicitus, toto die cacumina montis intuens restitit; noctu demum, quum obscuritas conspectum oculorum ademisset, ad curandum corpus recessit. Postero die 21
nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit: sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cæli, nunc internitente lucis fulgore,

tiam illustrabit alius Curtii locus, VIII, 11, 12: «Multorum miserabilis fuit casus, quos ex prærupta rupe lapsos amnis præterfluens hausit: triste spectaculum etiam non periclitantibus. Quum vero alieno exitio quid ipsis timendum foret, admonerentur, in metum misericordia versa.»

17. *Mulctati.* Alii *mutilati.*

18. *Fumum specus.* Hoc est, fumum e specu. Modius, e Palmerii sententia conjiciebat: *Fumum infra se revolutum, et os specus.* Sed magis arridet Heinsii conjectura: *Fumum specus infra se ostio evolutum notaverunt.*

20. *Conspectum oculorum.* Secundam vocem omisit Modius.

21. *Varietas cæli.* Quam suaviter, inquit Freinshemius, Curtius nobis depingit rem ipsam, nec auditores modo, sed spectatores facit! Sic enim solet esse cæli facies, diluculo crepusculoque, unde Latinis *dubia lux* appellatur. Seneca, Hippol. I, 1, 41: «....; Dum lux dubia est;» Ovid. Metamorph. XI, 597: «... Dubiæ crepuscula lucis.» Eadem poetice expressere *La Fontaine*, *Les Filles de Minée*: «L'ombre et le jour luttoient dans les «champs azurés;» et *Lemierre*, *Fastes*,

nunc condito. Verum ut liquidior lux apparuit cælo,
22 dubitatio exempta est; vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, nunc saltem salubrius consilium inirent: sin autem fiducia loci perseverarent, ostendi a tergo jussit,
23 qui ceperant verticem. Cophas admissus suadere cœpit Arimazi, petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione hærere non coegisset: ille, ferocius superbiusque, quam antea
24 loquutus, abire Cophan jubet. At is prehensum manu barbarum rogat, ut secum extra specum prodeat: quo impetrato, juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito illudens, pennas ait habere
25 milites Alexandri. Jamque e Macedonum castris signorum concentus, et totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit; quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui a tergo erant, æstimare non poterant.
26 Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; et cum eo XXX principes mittunt, qui petram tradant, et, ut incolumibus abire liceat, paciscantur.
27 Ille quamquam verebatur, ne, conspecta juvenum paucitate, deturbarent eos barbari; tamen, et fortunæ suæ

« Une clarté douteuse, et des jours « inégaux. »

22. *Ostendi a tergo.* Ut inde metus ei injiceretur, si videret, alios superiorem tenere verticem; quod accidit. Exemplum simile in Livio IV, 22; et XXXII, 12; Thucyd. IV, 7, 18, ubi et Thermopylarum mentio; Sallust. Jugurth. c. 93.

23. *Cophas admissus.* Iterum vulgo *Cophes ad eos missus;* sed pessime: nam admissus erat in conspectum et colloquium barbari: sic alibi in Curtio ea vox eamdem significationem habet. — *Tradere.* Freinsh. mavult: *traderet*, et mox *inituros*.

25. *Signorum concentus.* Tubarum, buccinarum, aliorumque instrumentorum quibus signa dantur, concentus.

27. *Ille.* Alexander, quem jam adierunt triginta legati. Acidalius male referebat τὸ ille ad Cophan; nam quomodo *suæ fortunæ* Cophas confideret? Raderus ergo recte vidit hic de sola Alexandri fortuna agi posse.

isus, et Arimazi superbiæ infensus, nullam se litionem deditionis accipere respondit. Arimazes, 28
eratis magis quam perditis rebus, cum propinquis lissimisque gentis suæ descendit in castra : quos es verberibus affectos sub ipsis radicibus petræ ibus jussit affigi. Multitudo dedititiorum incolis 29
ırum urbium cum pecunia capta dono data est : bazus in petræ regionisque, quæ apposita esset utela relictus.

Verberibus affectos. Id enim n ante crucem ostendit Lipsius ıce II, 2 et 3. Nihil de verberi- : cruce in Arriano et Polyæno ·. Vid. de hoc Alexandri infando re, si verum tamen est, inter *Desclaison*, *Comparaison entre et Alexandre.* Notandum est in- ırimas mulieres et liberos ibi captos fuisse illam Roxanen, quam postea rex in uxorem duxit, Oxiartæ filiam, de qua Strabo lib. XI; et Curtius VIII, 4, 25.

29. *Esset ei.* Acidalius malebat, *apposita est ei;* sed nostra lectio, quæ vulgata est, defendi potest eadem ratione, qua supra VII, 5, 29, defendimus, *qui militarent, jubet convocari.*

LIBER VII.

EXCURSUS.

DE SCYTHARUM ORATIONE AD ALEXANDRUM.

Mos est ab omnibus veteribus historicis usurpatus, narrationi suæ conciones et orationes inserere. Quum enim scriptor id sibi proponit, ut lectorem delectet, res vividis coloribus pingendo, affectus moresque tragicum in modum explicando, non minoris interdum momenti sunt verba, quam ipsa facta; præsertim quum de antiquis illis civitatibus agitur, in quibus bene dicere tanti intererat, oratorum eloquentia res publicæ regebantur; ad omnes honorum et dignitatum gradus evehebat facundia, et quemdam magistratum exercebat vir dicendi peritus. Non autem ad delectationem solum orationes, sed ad utilitatem quoque conducunt.

Sæpissime necesse est ut, inter narrandum, quodammodo consistat, et rerum ordinem, caussas, exitus explicet : at scribenti timendum erit, ne longa dissertationum farragine fastidium lectoris moveat, qui sæpe magis delectationis quam doctrinæ cupidus rerum seriem avide sequetur, discursantem vero historicum deseret. Itaque, ut *dulci utile misceat*, disserendi et edocendi partem alieno ori committet, quod pondus sententiis addat, easque vividiores, et magis ad audientium animos accommodatas faciat. Neque unquam a vero abhorrebit, dummodo loquentes inducat viros, quorum facta verbaque multum in re valuerint, si quidem ea oratio notæ eorum opinioni ingenioque congruat : neque minor inde percipitur utilitas, quod interdum ad animi levandum laborem, omnia quæ præcesserunt, quasi in fasciculum collecta oculis repræsentari possunt.

Scio factis homines nosci; sed, quum desunt facta, verbis quoque detegitur ingenium. Oratio mores indolemque aperit; animique arcana, quibus evolvendis longa descriptione opus est, verbum unum

prodit : ipse lector illo fulgure perculsus, avidius ediscit; perceptaque animo penitus infigit.

His præmissis, perpendamus orationem Scytharum; et quidem si hanc breviorem fecisset Curtius, vim majorem sententiis, et verbis vividiorem colorem addidisset : sed semper est nimius amator ingenii sui. Fatendum tamen est ipsum eloquentiæ genus cum oratorum indole maxime congruere; et metaphoricam illam, sententiisque abundantem dicendi rationem, quæ barbaris gentibus propria est, ab historico optime fuisse expressam. *Mascardi* (*Dell. Art. Histor. Tratt. II*, *c.* 3), *John Rooke*, in sua anglica Arriani translatione, not. tom. I, p. 220, et J. Clericus, Art. crit. tom. I, p. 326, in Curtium acriter invehuntur; sed quia, ut mea est sententia, rem non satis bene æstimaverunt.

Quo minus emollita est gentis ferocia, eo magis sententiarum verborumque figuris, et sæpe audacioribus, dum confabulantur, quam nosmetipsi in carmine epico, utuntur. Horum igitur virorum oratio florere debet imaginibus; et hac quidem parte recentioris orbis barbari cum Scythis conveniunt. Omnes fere Scytharum sententiæ ex ipsa natura oriuntur, iisque rebus, quæ genti per sylvas camposque erranti quotidie occurrunt : nunc *solis conditus fulgor; arbor magna, quæ diu crescit, et una hora exstirpatur; rubigo, quæ consumit ferrum* : nunc *bellum cum sylvis et fluminibus gerendum*, inprimisque metus, ne hostis advena, illorum sylvas hospitales peragrans, eos in servitutem redigat. Hæc præcipua caussa est, quæ eos facundos efficit, quum nempe tempestatem suæ libertati moribusque impendentem avertere nituntur. Ut enim omni culpa Curtium eximamus, quasdam nostræ ætatis barbarorum orationes transcribere satis esset : nonnullas tantum referre libet quorumdam *Oneidarum*, ex illa venatrice gente, quam vocamus *Iroquois*, quum deliberaturi essent de terrarum limitibus et cultura, de privatis calamitatibus: gallica translatione utar, quam dedit vir clarissimus *de Crevecœur*[1], cujus pace plurima omittam vel contraham, quia hoc unum mihi consilium est, ut veram vim et formam sententiarum inter hos et Scythas comparatam lector judicare possit.

Sic autem habebatur concilium : in medio ingentique atrio, circa focum ardentem octoginta duces, seniores et bellatores, pronis in ora capitibus, defixis in terram oculis, nudis pectoribus, membra picti, armillis argenteis ornati brachia, aures pennis nitentibus, et

[1] *Voyage dans la Haute Pensylvanie*, tom. I, pag. 98, 114 seqq.

nasum pendentibus gemmis trajecti, silentes, et fumum tabaci aromatis conditi per longos syphunculorum meatus aspirando haustum, diuque intra buccas asservatum, naribus undatim lento halitu exspirantes, humi adsidebant. Inter quos surrexit unus, et sic ferme locutus est:

« Le plus grand de tous nos malheurs est la diminution de notre « sang, et l'augmentation de celui des blancs. Et cependant nous fu« mons, nous dormons, aujourd'hui que nous sommes si affaiblis, « comme lorsque nous étions nombreux et redoutables! D'où sont« ils venus, ces blancs? qui les a conduits à travers le grand lac « salé? pourquoi nos pères, qui en habitaient alors les rivages, ne « fermèrent-ils pas leurs oreilles aux belles paroles de ces renards, « qui, toutes, ont été fausses et trompeuses, comme l'ombre du « soleil couchant? Depuis cette époque, ils ont multiplié comme les « fourmis au retour du printemps; et, comme ces insectes, il ne « leur faut qu'un petit espace pour vivre. Pourquoi cela? c'est qu'ils « savent cultiver la terre. Frères et amis, voilà le remède qui peut « encore guérir tous nos maux : mais pour qu'il soit efficace, soyons « tous d'accord, comme les doigts de la même main, comme les « rames du même canot; sinon, nos projets, nos espérances passe« ront avec le vent qui souffle....

« Cultivons le sol sur lequel nous sommes nés.... Il me souvient « qu'un ancien chef de la nation voisine versait des larmes toutes les « fois qu'il revenait de l'île de Montréal; et quand on lui en deman« dait la raison, « Ne vois-tu pas, disait-il, que les blancs vivent de « graines, et nous de chair? que cette chair est plus de trente lunes « à venir, et souvent est rare? que chacune des petites graines mer« veilleuses qu'ils mettent dans la terre, leur en rend plus de cent? « que la chair dont nous vivons a quatre jambes pour s'enfuir, et que « nous n'en avons que deux pour l'attraper? que là où les blancs « déposent ces graines, elles y restent, et y croissent? que l'hiver, « qui est pour nous le temps de nos chasses pénibles, est pour eux « celui du repos? Voilà pourquoi ils ont tant d'enfans, et vivent « plus longtemps que nous. Je le dis donc à qui veut m'entendre: « avant que les cèdres du village soient morts de vieillesse, et que « les érables de la vallée aient cessé de donner du sucre, la race « des semeurs de petites graines aura éteint celle des chasseurs de « chair, à moins que ces chasseurs ne s'avisent d'en semer aussi. » « Les paroles de l'ancien se sont déjà vérifiées parmi les nations....

« Ah! que n'ai-je les ailes de l'aigle! je m'éleverais aussi haut que

« nos montagnes : alors mes paroles, portées par le vent, retenti-« raient parmi toutes les nations qui habitent sous notre soleil. Que « l'évidence de la vérité ne peut-elle pénétrer dans vos cœurs, comme « la lame de ce *toméhawk* [1] dans le corps de mon ennemi ! alors vous « n'oublieriez jamais ce que j'ai encore à vous dire. Vous êtes per-« dus, braves Onéidas, si vous continuez à ne vouloir être que des « chasseurs ; le soleil d'aujourd'hui n'est plus celui d'hier : vous êtes « perdus, si vous n'étouffez pas la voix de la vieille habitude, pour « ouvrir vos oreilles à celle de l'impérieuse nécessité.

« Frères et amis, comment ne l'entendriez-vous pas, cette néces-« sité, puisqu'elle parle haut comme le tonnerre ; voici ce qu'elle « vous dit par ma bouche : « Une carabine est bonne ; une charrue « vaut encore mieux : un *toméhawk* est bon ; une hache bien em-« manchée vaut encore mieux : une *wigwham* [2] est bonne ; une « maison et une grange valent encore mieux. »

« Les blancs approchent de nos limites, et nous menacent, comme « les vagues lointaines du lac qui viennent se briser sur les rivages : « déjà les abeilles, leurs précurseurs, sont arrivées parmi nous. »

Un jeune guerrier lui répond en ces termes : « La puissante « ligue dont notre nation faisait partie, conquit plusieurs tribus « maritimes avant l'arrivée des blancs, et depuis fit trembler plus « d'une fois ceux de Corléar. Cependant ces guerriers vivaient bien, « sans remuer la terre, comme les femmes : que n'en faisons-nous « autant aujourd'hui ? le gibier ne manque qu'aux lâches et aux pa-« resseux. Peut-on être brave, déterminé, insouciant, quand on a « de la terre qui produit le maïs, quand on a des vaches et des « chevaux ? non ; on regrette trop la vie pour risquer de la perdre. « Et quand la guerre survient, comment se partager en deux ? « peut-on être à la fois dans les bois, pour manier le *toméhawk*, « et dans les champs, pour conduire la charrue ? non. Ceux qui « cultivent la terre, passent trop de temps sur la peau d'ours de « leurs femmes : qui veut frapper fort son ennemi, doit avoir long-« temps tourné le dos à sa *wigwham*.

« En vivant comme les blancs, nous cesserons d'être ce que nous « sommes, les enfans de notre Dieu, qui nous a faits chasseurs et « guerriers ; nous penserons, nous agirons comme eux ; et, comme « eux, nous deviendrons menteurs, fourbes, dépendans, attachés

[1] Petite hache d'un acier poli.

[2] Habitation, demeure.

« au sol que nous cultiverons, enchaînés par des lois, gouvernés « par des papiers et par des écritures de mensonges. Eh bien! avec « leurs champs, leurs vaches et leurs chevaux, ces blancs sont-ils « plus heureux, vivent-ils plus longtemps que nous? savent-ils dor« mir sur la neige, ou au pied d'un arbre, comme nous? non; ils ont « tant de choses à perdre, que leur esprit veille d'inquiétude. Savent« ils mépriser la vie, souffrir et mourir, comme nous, sans plaintes « ni regrets? non; ils y tiennent par trop de liens. A quoi donc « sert l'argent, pour lequel ils travaillent tant? à faire des riches « et des pauvres, à établir parmi eux le crime, la rancune et la « jalousie...... En devenant cultivateurs, il faudra donc appeler « dans nos villages des juges pour nous tourmenter, y élever des « prisons à hauts murs pour nous enfermer, et forger des chaînes « pour nous retenir.....

« L'hospitalité s'en ira je ne sais où, et ne reviendra plus parmi « nous.... Ce ne sera donc plus la force, le courage, l'adresse et « la patience qui décideront de la réputation d'un homme? non; « ce sera l'argent, et la chaudière pleine. Un guerrier dans les « veines duquel circule le sang d'un véritable *Onéida*, pourrait-il, « voudrait-il jamais, parce que le malheur aurait frappé à sa porte, « servir un riche poltron? non; pas plus que l'aigle des montagnes « ne servirait le timide et lâche aigle pêcheur; pas plus que le fier « vautour ne servirait le ramier fugitif : au lieu de ployer comme « le roseau du rivage, il résisterait comme le chêne des montagnes; « ou, comme les abeilles, il irait dans les grandes forêts chercher « l'indépendance et la liberté. . .

« Si jamais je perds ma volonté, et que je sois obligé d'obéir à « celle d'un autre, parce qu'il sera plus riche que moi, je le *tomé*« *hawkerai*[1], j'enleverai sa chevelure, après avoir mis le feu à sa « *wigwham;* car qui me méprise, est mon ennemi : je descendrai les « rivières de l'ouest, et dirai aux chefs des nations du Mississipi que « les *Onéidas* sont devenus, comme les blancs barbus, des *gratteurs* « de terre, et de vils travailleurs à la journée. Oui; plutôt que de « me soumettre aux ordres d'un maître, et de devenir un malheu« reux mercenaire, j'irai rejoindre mes braves ancêtres. Qu'est-ce « que la mort, dont les lâches sont si effrayés? pour le chasseur, « c'est le jour du repos, la fin de tous ses besoins; pour le guerrier,

[1] « Je le frapperai de ma hache; » comme nous dirions, « je le hacherai, je le sabrerai. »

« celui de la paix éternelle; pour les malheureux, le dernier terme « de leur misère, la confiance et la consolation de tous ceux qui « souffrent et pâtissent, l'asile d'où l'on peut braver l'oppression « et la tyrannie..... J'ai parlé. »

Un vieillard malheureux cherchant à consoler un autre malheureux, lui dit :

« .... Le mal nous vient par torrens, comme les pluies de l'au- « tomne; le bien, goutte à goutte, comme la rosée du printemps...

« Mon cœur saigne comme le cerf que la flèche du chasseur a « frappé; mes yeux brûlent; le sommeil se tient perché sur le haut « de mon toit, et ne veut plus descendre : je suis las, et cependant « je ne fais rien.

« Lorsque le corps est blessé, il en découle du sang; quand le « cœur est navré, il en découle des larmes: je suis homme. Com- « ment empêcher l'arc de s'étendre, quand la corde casse? la cime « du chêne, ou la tige du roseau, de ployer, quand l'orage éclate?

« Le vent du malheur, comme le souffle brûlant de la canicule, « a desséché l'arbre de vie, et en a remporté l'ombre et les feuilles: « mais appelle le courage, fais-le asseoir à côté de toi; bientôt il fera « venir sa sœur la patience : tu entendras ce qu'ils te diront. Pleure; « tes larmes adouciront les angoisses de ton cœur, comme la pluie « calme la violence des orages.... J'ai parlé. »

Scriptor, de quo excerpta illa sumpsimus, ut Q. Curtius barbarorum sententias imaginibus expressas servavit, sed minus laxatis ingenii habenis, et Americanorum ingeniis adhærens propius, non extra veri limites abiit.

Exprobrandum enim Curtio est, nimia ipsum elegantia, et delicatiori nonnunquam philosophia fuisse usum. Num recte dici potest: *Paupertas nostra velocior erit*, etc.? quid enim est barbaris, ubi naturæ necessitatibus satisfecerint, quid est paupertas, quid divitiæ? Digna forent Stoicorum præceptis omnia illa de *frænis felicitati imponendis, ut facilius regatur.* Sed nihil minus aptum videtur, quam hæc fortunæ descriptio : *Nostri sine pedibus*, etc. Non sane apud Scythas, illos præsertim de quibus agit Curtius, solemnes erant illæ omnes de fortuna sententiæ, Græcorum poetarum mendacia : non moribus solum, sed et doctrina, convenire debebat inter veteris et recentioris orbis barbaros. Horum autem doctrina nihil est nisi fides supremo numini, cujus quidem immutabilis est et omnipotens voluntas. Ceterum omnia hæc de instabili fortuna non harum

gentium propria sunt, quæ sylvas camposque cum pecoribus peragrant; hasque vices fortunæ nesciunt, quibus ii tantum sunt obnoxii, qui agrorum cultura aut commercio victum sibi suppeditant.

Suam profecto auctoritatem in dubium revocari posse existimabat Curtius: « Scythis, inquit, non, ut ceteris barbaris, rudis et inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcunque gens capit semper armata; sicque locutos esse apud regem, memoriæ proditum est. Abhorrent forsitan moribus nostris et tempora et ingenia cultiora sortitis; sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet. Quæ, utcunque tradita sunt, incorrupta perferemus. »

Hinc igitur haud difficile est videre, quibus de caussis eorum verba mutaverit Curtius, illa quasi externis coloribus adumbrando, tum ut coævorum, tum ut suo ipsius ingenio indulgeret. Quamvis enim his Scythis non rudem et inconditum fuisse sensum affirmet, haud dubium tamen est, ex Herodoto, IV, 64, eos crines hostibus abripuisse, ut nunc quoque Americæ septentrionalis incolæ, nec hunc tantum morem ambobus populis fuisse communem. Non satis harum gentium indolem noverat Curtius, quibus ex ipsa verborum inopia et morum candore oritur facundia. Quum barbariem illam exuit populus, tum illi nova naturæ facies est; aliam mentem, alios affectus induit, mutatisque sententiis, mutantur quoque verba et dicendi ratio: qua de caussa, si quid in hac Curtii oratione vituperandum, illud sane est, quod duas res prorsus alienas simul miscuerit, simplicem nempe et inconditam barbarorum naturam, et delicatum politioris gentis judicium.

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Massagetis, Dahis, iterumque Sogdianis subactis, Scythæ sui regis filiam Alexandro conjugem adferunt; qui, leone interfecto, et IV millibus ferarum in venatione dejectis, Clitum solenni convivio adhibitum, liberiusque loquutum hasta transfigit. — II. Sera Alexandri pœnitentia; bellicæ deinde expeditiones adversus Bactrianos transfugas et Sisimithren. Philippi, strenuissimi juvenis, et Erigyii, clarissimi ducis, obitus. — III. Spitamenis uxorem, interfecti mariti caput adferentem, Alexander castris excedere jubet: provincias quasdam a præfectorum suorum injuriis vindicat. — IV. Frigoris nimia vi pæne opprimitur exercitus Gabazam aditurus. Alexandri constantia, et erga gregarium militem humanitas; ejusdem, Cohortano in fidem recepto, cum Roxane matrimonium. — V. Cogitationibus in bellum Indicum versis, adulatorum fraude nimia superbia elatus Alexander, more Persarum, Macedonas venerabundos ipsum salutare poscit; quod gravi oratione Callisthenes improbat. — VI. Ex ignominia Hermolao, nobili puero, illata, nascitur in caput Alexandri conjuratio: qua detecta, cum auctoribus sceleris innocens Callisthenes in vincula conjicitur. — VII. In Alexandri superbiam et crude-

litatem invehitur, Callisthenem defendit Hermolaus. — VIII. Hermolao Alexander respondet, Callisthenem et reliquos conjuratos necari jubet. — IX. In Indiam movet Alexander. Disserit Curtius de Indiæ situ, fluminibus, cœli temperie, animalibus, divitiis, de Indorum ingenio, regum luxuria, Gymnosophistarum vita ac sapientia. — X. Alexander Indiæ cis Indum regulos nonnullos sibi occurrentes in fidem recipit, varias urbes et regiones deditionem detrectantes expugnat, et, in Mazagarum obsidione vulneratus, se esse hominem fatetur. — XI. Urbem Oram, et petram Aornon, ab Hercule frustra olim obsessam, post multos labores tandem in ditionem redigit. — XII. India cis Indum domita, flumen transit Alexander, Omphimque se et sua tradentem restituit: mutua dona regia. — XIII. Abisares se dedit; Barzaentes et Gamaxus vincti in custodiam traduntur. Alexandri castra ad Hydaspen, et bellum cum Poro; cujus copiis varia arte distractis, ripam adversam occupat Alexander. — XIV. Indorum et Macedonum insignis et cruenta pugna : Pori captivi magnanimitas, et Alexandri regis clementia.

1 Cap. I. Alexander, majore fama quam gloria in ditionem redacta petra, quum propter vagum hostem spargendæ manus essent, in tres partes divisit exercitum. Hephæstionem uni, Cœnon alteri duces dederat:
2 ipse ceteris præerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit : armis quidam subacti; plures ante

1. *Majore .... gloria.* Late quidem sparso, sed non admodum glorioso rumore. — De hoc libro ita Raderus : « Liber hic Curtii, ordine octavus, omnium longe nobilissimus, et rerum majestate admirandus, et argumenti varietate jucundissimus, et fortunæ casuumque admirabilitate plane stupendus est. » — *Manus.* Copiæ, militum agmina. Ab eo dictum videtur, quod milites essent collecti, fasciculi instar, quem manu complectimur : ut nos quoque Gallice dicimus, *une poignée d'hommes.* Sæpe tamen *manus* pro quantavis multitudine accipitur. — *In tres partes.* Vide notam ad VII, 10, 15, et Arrian. IV, 16, 1—4. Videtur enim Curtius alieno loco narrare, quæ diu ante petram captam gesta erant. Nec congrua sunt membra narrationis Curtianæ, ut erratum esse inde quoque appareat. Supra enim lib. VII, 10, extremo legimus : Alexandrum cetera Sogdianæ præter unam petram pacasse; nunc, petra capta, additur, regem divisisse exercitum, ut hostem vagum persequeretur. Ergo non omnia pacata esse potuerunt.

certamen imperata fecerunt, quibus eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque jussit attribui. At exsules Bactriani cum DCCC equitibus Mas- 3
sagetarum proximos vicos vastaverunt : ad quos coercendos Attinas, regionis ejus præfectus, CCC equites, insidiarum, quæ parabantur, ignarus, eduxit. Namque 4
hostis in sylvis, quæ erant forte campo junctæ, armatum militem condidit; paucis propellentibus pecora, ut improvidum ad insidias præda perduceret. Itaque 5
incomposito agmine, solutisque ordinibus Attinas prædabundus sequebatur; quem prætergressum sylvam, qui in ea consederant, ex improviso adorti, cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Craterum hujus 6
cladis fama perlata est; qui cum omni equitatu supervenit : et Massagetæ quidem jam refugerant; Dahæ mille oppressi sunt : quorum clade totius regionis finita defectio. Alexander quoque, Sogdianis rursus 7
subactis, Maracanda repetit: ibi Peridas, quem ad Scythas super Bosporum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. Phrataphernes quoque, qui 8

3. *At exsules Bactriani.* Quæ sect. 1 et 2 leguntur, de Sogdiana; quæ sect. 3—7, de Bactriana intelligenda sunt. Quod palam est ex Arriano IV, 16, 17, quem adeat, cujus discrepantiam narrationis, multam sane, nosse interest. Dux exsulum et Massagetarum erat Spitamenes. — *Proximos vicos.* Locum munitum Bactrianæ, interfecto præsidio, ceperant, et Bactris ipsis appropinquantes multa præda potiti abierunt. Non ab illis vero populabundis exsulibus, sed ab ipso Spitamene Attinæ paratæ sunt insidiæ. Ita Arrianus.

6. *Craterum.* Qui militum in Bactriana relictorum summus præfectus fuisse videtur. — *Dahæ mille oppressi sunt.* Quorum supra § 3 mentionem non fecit. Videmus vero ex Arriano, Craterum, quum illos persequeretur, *περιπεσεῖν οὐ πόῤῥω τῆς ἐρήμου καὶ ἄλλοις ἱππεῦσι Μασσαγετῶν* (Daharum Curtii) *ὑπὲρ τοὺς χιλίους.* Quod Curtius non intellexisse videtur. Non enim omnes mille Dahæ ceciderunt, sed tantum CL : reliqui in deserta evaserunt. — *Tot. reg.* Bactrianæ. In seqq. jam redit noster ad res Sogdianas.

7. *Maracanda repetit.* Vide notam ad VII, 10, 15. — *Peridas.* Vide ad VII, 6, 12. — *Super Bosporum.* Cimmerium. Vide ibid.

8. *Phrataphernes.* Variatur in nomine scribendo. Apud Arrianum IV, 15, 6, rectius, ut videtur, *Pharasmanes* appellatur, et ipse venisse narratur.

Chorasmiis præerat, Massagetis et Dahis regionum
confinio adjunctus, miserat, qui facturum imperata
9 pollicerentur. Scythæ petebant, ut regis sui filiam
matrimonio sibi jungeret; si dedignaretur affinitatem,
principes Macedonum cum primoribus suæ gentis con-
10 nubio coire pateretur: ipsum quoque regem venturum
ad eum pollicebantur. Utraque legatione benigne au-
dita, Hephæstionem et Artabazum opperiens, stativa
habuit; quibus adjunctis, in regionem, quæ appellatur
11 Bazaria, pervenit. Barbaræ opulentiæ in illis locis haud
ulla sunt majora indicia, quam magnis nemoribus
12 saltibusque nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas
ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum
fontibus amœnas: muris nemora cinguntur, turresque
13 habent venantium receptacula. Quatuor continuis æta-
tibus intactum saltum fuisse constabat; quem Alexan-
der cum toto exercitu ingressus, agitari undique feras
14 jussit. Inter quas quum leo magnitudinis raræ ipsum
regem invasurus incurreret, forte Lysimachus, qui
postea regnavit, proximus Alexandro, venabulum ob-
jicere feræ cœperat: quo rex repulso, et abire jusso,

— *Chorasmii.* Nostri Codd. legunt *Choras*, errore manifesto. Vid. Indic. Geograph. Propter Spitamenem, qui ad eos quoque confugerat, bellum iis imminebat, quod legatione missa averterunt.

10. *Benigne audita.* Scythicis tamen nuptiis repudiatis, Arrian. IV, 15. — *Artabazum.* Quem supra § 1 non nominavit. Erat Artabazus cum Cœno. Arrian. IV, 16, 2. — *Bazaria.* Sogdianæ, ut videtur, partem, a Maracandis non longe remotam. In variis lectt. est et *Bazaira*, et *Bazana*. In Diod. Argum. lib. 17, *Basista.* Aliis nomen ignoratur. — *Greges clausi.* Vid. Brisson. de Regno Pers. I, 53. Plinius, VIII, 52, dicit: « Apud Romanos vivaria aprorum, cæterorumque silvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Lippinus (*Hirpinus*, alii), qui in Tarquiniensi feras pascere instituit; nec diu imitatores defuere L. Lucullus et Q. Hortensius. »

13. *Quatuor ætatibus.* Apud Herodotum centum anni in tres ætates (γενεὰς) dividuntur. Sic infra quoque, 6, 6, *multæ ætates* intelligendæ sunt. Illi vero, qui longissime ætatem finiunt, *sæculum* interpretantur. Ovid. Metam. XII, 187: « .... Vixi Annos bis centum; nunc tertia vivitur ætas. »

14. *Qui postea regnavit.* In Thracia. In uno Codice omissa sunt illa verba.

adjecit, tam a semet uno quam a Lysimacho leonem
interfici posse. Lysimachus enim quondam quum ve- 15
naretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram
solus : sed lævo humero usque ad ossa laceratus ad
ultimum periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans ei 16
rex, fortius, quam loquutus est, fecit; nam feram non
excepit modo, sed etiam uno vulnere occidit. Fabulam, 17
quæ objectum leoni a rege Lysimachum temere vul-
gavit, ab eo casu, quem supra diximus, ortam esse
crediderim. Ceterum Macedones, quamquam prospero 18
eventu defunctus erat Alexander, tamen scivere gentis
suæ more, ne pedes venaretur, aut sine delectis prin-
cipum amicorumque. Ille, IV millibus ferarum de- 19

15. *Occiderat*. Quatuor Codd. *occiderat quidem*. — *Laceratus*. Unde Plutarch. in Demetr. c. 34 : « Venerunt ad Lysimachum aliqui ab Demetrio legati, quibus ille per otium altas in cruribus et brachiis suis leoninorum unguium cicatrices ostendit, exposuitque suam cum leone pugnam, quam, ab Alexandro rege cum illo conclusus, conseruerat. »

17. *Fabulam*. Allegarunt interpretes Plin. VIII, 16; Val. Max. IX, 3, 1 extr. Just. XV, 3; Senec. de Ira, III, 17, 3; de Clem. I, 25, 1. Ille quidem vehementer in Alexandrum hoc nomine invehitur. Justinus auctor est, quum Lysimachus venenum Callistheni in remedium calamitatum dedisset, id adeo ægre Alexandrum tulisse, ut objici eum ferocissimo leoni juberet, ad cujus conspectum, quum leo impetum fecisset, Lysimachum manum manipulo involutam in os leonis immersisse, arreptaque lingua feram exanimasse. Pausanias, lib. I, et Plinius a Lysimacho Alexandri jussu simul incluso strangulatum leonem tradit; quod quum nunciatum Alexandro esset, admiratione virtutem ejus prosecutus, cariorem eum habuit. Verum an fictum sit, hoc de Lysimacho traditum amplificavit Nostras *Montesquieu*, brevissimo quidem, sed sublimis ingenii et nobilium sententiarum opere, quod inscribitur, *Lysimaque*. Plura de hoc, quum de Callisthene agetur. Nunc verba tantum transcribam, quibus Lysimachum, leone superato, alloquitur Alexander : « Alexandre aimait naturellement les actions courageuses : il admira ma résolution; et ce moment fut celui du retour de sa grande âme. Il me fit appeler, et me tendant la main : Lysimaque, me dit-il, je te rends mon amitié; rends-moi la tienne. Ma colère n'a servi qu'à te faire faire une action qui manque à la vie d'Alexandre. »

18. *Scivere*. Decreverunt, a *scisco*. Cicer. Offic. lib. III, cap. 11 : « Durius Athenienses sciverunt, ut Æginetis pollices præciderentur. » Vide quoque de Prov. Cons. cap. 15, et pro Flacco, cap. 7.

jectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est. Inde Maracanda reditum est; acceptaque ætatis excusatione ab Artabazo, provinciam ejus destinat Clito.
20 Hic erat, qui apud Granicum amnem nudo capite regem dimicantem clypeo suo texit, et Rhœsacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit: vetus Phi-
21 lippi miles, multisque bellicis operibus clarus. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, soror ejus, haud secus quam mater a rege diligebatur: ob has caussas validissimam imperii partem fidei ejus tutelæque com-
22 misit. Jamque iter parare in posterum jussus, solenni et tempestivo adhibetur convivio: in quo rex, quum multo incaluisset mero, immodicus æstimator sui, celebrare, quæ gesserat, cœpit; gravis etiam eorum auri-
23 bus, qui sentiebant vera memorari. Silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, « nobilem apud Chæroneam victoriam sui operis fuisse jactavit; ademptamque sibi malignitate et invidia patris

19. *Clito*. Dropidæ filio. Ὁ μέλας vocabatur, ut ab alio Clito dignosceretur, ὁ λευκὸς καλούμενος, homine supra modum arroganti et elato, apud Athen. XII, 9.

20. *Nudo capite*. Nempe galea priori ictu jam perfracta. Vide Plut. cap. 16. Cujus ut et Arriani (lib. I, 15, 12) Diodorique (lib. XVII, 20) dissonantias, qui cognoscere vult, ab ipsis petere poterit. Concinit noster cum Diodoro.

21. *Hellanice*. Rectius appellari videtur *Lanice*, ut apud Æl. V. H. 12, 26, et Arrian. IV, 9, ubi Jac. Gronovius: « Λανίκη videtur vetus macedonicum vel græcum nomen, certe apud Macedones antiquius, quam ut concipi primum debuerit a Græcis victoriis, quas tum nondum habuerant. Prout multis syllabam Λα præposuerunt ad notandam intentionem magnitudinis, tum propriis, ut Lasthenes, Lathurus, tum communibus, ut nonnulli cogitarunt in vocabul. λάβρος. » Adde Hesychium in vocabul. Λᾶ. Ruhnkenius tamen, Ep. Crit. 1, p. 52, illam vim augendi significationem pro grammaticorum commento habet. — Apud Athen. IV, vitio scripturæ *Lacnice* appellatur. — *Validissimam imperii partem*. Et Bactrianam, quare Clitus in posterum diem iter parare jussus est, ut a Maracandis in Bactrianam proficisceretur, et Sogdianam (infra § 35) vix tandem cum summo labore domitam.

22. *Tempestivo*. De die inito.

23. *Chæroneam*. Cf. Supp. Freinsh. I, 8, 6 seqq. Et sane optime de Macedonibus hac die meruerat Alexander: nam primus in Thebanorum cohortem, quam sacram vocabant, impetum fecit.

: rei gloriam. Illum quidem, seditione inter Ma- 24
ies milites et Græcos mercenarios orta, debili-
ı vulnere, quod in ea consternatione acceperat,
sse, non alias quam simulatione mortis tutiorem;
rpus ejus protexisse clypeo suo, ruentesque in
. sua manu occisos. Quæ patrem nunquam æquo 25
o esse confessum, invitum filio debentem salutem
. : itaque post expeditionem, quam sine eo fecisset
in Illyrios, victorem scripsisse se patri, fusos fu-
·que hostes; nec adfuisse unquam Philippum.
le dignos esse, non qui Samothracum initia vi- 26
ıt, quum Asiam uri vastarique oporteret, sed eos,
nagnitudine rerum fidem antecessissent. Hæc et 27
similia læti audiere juvenes; ingrata senioribus
t, maxime propter Philippum, sub quo diutius
:ant. Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, 28
ɔs, qui infra ipsum cubabant, conversus, Euri-
, retulit carmen, ita ut sonus magis quam sermo

Consternatione. Seditione; de
›ud alios nihil memini legere.
n seditione aliqua accidisse scri-
uod in prælio cum Triballis ac-
:. Vide quomodo Freinshemius
ɪue historiam concinnaverit Sup.
8 sqq. Vid. quoque Diodor. lib.
— *Non alias.* Nec alio modo tu-
ɪuod se mortuum esse simulavit.
In Illyrios. Reliqui historici
xpeditionem referunt defuncto
hilippo; sed non potest sentire
s de bellis post Philippi mortem
:xandro contra Illyrios gestis :
minus de ejus profectione in
um, quo tempore cum patre si-
em exercuit. Nec sane alia ejus
untur ibi gentium bella. Nisi
apiendum hoc de expeditione in
quos Medaros, quibus, hærente
zantium Philippo, bellum cla-
demque intulit: quamquam id videatur
accidisse ante Chæronense prælium;
Curtius autem victos Illyrios dicere
post illud. Plut. Alex. c. 9.

26. *Samothracum initia.* Mysteria
antiquissima, quæ tum olim in hac
insula fuerant, tum per Jasionem, Jo-
vis ex Electra filium, ita renovata ac
perfecta, ut toto orbe non minus ac
Eleusinia celebrarentur. Diod. Sic. V,
48. Hisce mysteriis etiam Philippus
cum Olympiade initiatus erat. Plut.
Alex. c. 2. Quod in ipso filius repre-
hendit quasi indignum magnitudine
regia, quam majora facta et amplæ vic-
toriæ deceant. *Visere* autem *mysteria*
est quod Græci dicunt *ἐποπτεύειν μυ-
στήρια.* Scaliger. Emend. 7, p. 748.

28. *Cubabant.* Explicanda est vox
ex more veterum ad mensam cubandi,
non sedendi.

29 exaudiri posset a rege. Quo significabatur, male instituisse Græcos, quod tropæis regum dumtaxat nomina inscriberentur; alieno enim sanguine partam gloriam intercipi. Itaque rex, quum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos cœpit,
30 quid ex Clito audissent. Et illis ad silentium obstinatis, Clitus paulatim majore voce Philippi acta bellaque in Græcia gesta commemorat, omnia præsentibus præ-
31 ferens. Hinc inter juniores senesque orta contentio est: et rex, velut patienter audiret, quîs Clitus ob-
32 terebat laudes ejus, ingentem iram conceperat. Ceterum quum animo videretur imperaturus, si finem procaciter orto sermoni Clitus imponeret, nihil eo
33 remittente, magis exasperabatur. Jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, et Philippi de Atheniensibus victoriam Thebarum præferebat excidio; non vino modo, sed etiam animi prava contentione pro-
34 vectus. Ad ultimum, « Si moriendum, inquit, est pro

29. *Male instituisse Græcos*. Euripidis Andromache v. 693 : Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται, Ὅταν τρόπαια πολεμίων στήσῃ στρατὸς, Οὐ τῶν πονούντων τ' οὖργον ἡγοῦνται τόδε, Ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται. Ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ, Οὐδὲν πλέον δρῶν ἑνὸς, ἔχει πλείω λόγον. Ad locum eum Euripidis aperte allusit Julianus in Cæsar. ubi Alexander ait, se Mallorum urbem diruisse : « Minime vero tu, beate, inquit Silenus, quippe jacebas, quemadmodum Hector ille Homericus, sensim deficiens, et animam agens; alii vero pugnabant et vincebant. Nempe nobis ducibus hoc fiebat, inquit Alexander. Qui fieri poterat, inquit Silenus, ut te sequerentur, quum parum abesset, quin mortuus esses? Deinde ex Euripide hæc cecinit: Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται; ad hæc Dionysius: Desine, inquit, ô patercule, ista loqui, ne te eodem iste, quo Clitum, malo afficiat. »

31. *Juniores senesque*. Juniores pro Alexandro ejusque rebus gestis pugnabant, seniores pro Philippo; quovis ad suam ætatem summam gloriam trahente. Idem ex MSto mavult. : *orta contentione rex*, etc. — *Quîs Clitus*. Ea verba, quibus Clitus ipsius gloriam imminuebat.

33. *Thebarum excidio*. Conf. Suppl. Freinsh. I, 13, 18 sqq. — *Anima prava contentione*. Non solum ebrietate, verum etiam improba ingenii pervicacia abreptus, quam *violentiam* appellat infra § 41.

te, Clitus est primus : at quum victoriæ arbitrium agis,
præcipuum ferunt præmium, qui procacissime patris
tui memoriæ illudunt. Sogdianam regionem mihi at- 35
tribuis, toties rebellem, et non modo indomitam, sed
quæ ne subigi quidem possit; mittor ad feras bestias
præcipitia ingenia sortitas. Sed quæ ad me pertinent, 36
transeo. Philippi milites spernis, oblitus, nisi hic
Atharias senex juniores pugnam detrectantes revo-
casset, adhuc nos circa Halicarnassum hæsuros fuisse.
Quomodo ergo Asiam etiam cum istis junioribus sub- 37
jecisti? Verum est, ut opinor, quod avunculum tuum
in Italia dixisse constat, ipsum in viros incidisse, te
in feminas. » Nihil ex omnibus inconsulte ac temere 38
actis regem magis moverat, quam Parmenionis cum
honore mentio illata : dolorem tamen rex pressit;
contentus jussisse, ut convivio excederet. Nec quid- 39
quam aliud adjecit, quam forsitan eum, si diutius
loquutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semet
ipso datam; hoc enim superbe sæpe jactasse. Atque 40
illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei
cubuerant, injectis manibus jurgantes monentesque

34. *Victoriæ arbitrium.* Vide ad VI, 1, 19. Quum tuo arbitrio victoria uteris, præmia, verbi gratia inter victores dividis.

35. *Toties rebellem.* Vide ad VII, 11, 1. — *Præcipitia ingenia.* Qui ferocem indolem a natura acceperunt.

36. *Atharias.* Vide ad V, 2, 5.

37. *Avunculum tuum.* Alexandrum Molossum, Epiri regem, fratrem Olympiadis. Is bellum populo Romano facturus, quum in Italiam transiret, dixit, se quidem ad Romanos quasi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem ire ad Persas quasi in γυναικωνῖτιν; ut tradit A. Gellius, XVII, 21. Dictum id Alexandri etiam alludit prior Curtio, liv. IX, 19, 11. « Næ ille sæpe, etiamsi prima prospere evenissent, Persas, et Indos, et imbellem Asiam quæsisset, et cum feminis sibi bellum fuisse dixisset : quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem. » At Alexander Molossus illa verba in Italia anno ante Ch. 326, paullo ante mortem dixisse fertur. Curtius igitur forte anachronismi incusandus est; nam Cliti cædes accidit ann. Chr. n. 328, duobus annis ante Alexandri Molossi mortem.

41 conabantur abducere. Clitus, quum abstraheretur, ad
pristinam violentiam ira quoque adjecta, suo pectore
tergum illius esse defensum; nunc, postquam tanti
meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam esse
42 proclamat. Attali quoque cædem objiciebat, et ad ul-
timum, Jovis, quem patrem sibi Alexander assereret,
oraculum eludens, veriora se regi, quam patrem ejus
43 respondisse, dicebat. Jam tantum iræ conceperat rex,
quantum vix sobrius ferre potuisset : enimvero olim
44 mero sensibus victis, ex lecto repente prosiluit. Ad-
toniti amici ne positis quidem, sed abjectis poculis,
consurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu ac-
45 turus esset, intenti. Alexander, rapta lancea ex manibus
armigeri, Clitum adhuc eadem linguæ intemperantia
furentem percutere conatus, a Ptolemæo et Perdicca
46 inhibetur. Medium complexi et obluctari perseverantem
morabantur : Lysimachus et Leonnatus etiam lanceam
47 abstulerant. Ille militum fidem implorans, compre-
hendi se a proximis amicorum, quod Dario nuper
accidisset, exclamat; signumque tuba dari, ut ad re-
48 giam armati coirent, jubet. Tum vero Ptolemæus et
Perdiccas, genibus advoluti, orant, ne in tam præ-
cipiti ira perseveret, spatiumque potius animo det;
49 omnia postero die justius exsequuturum. Sed clausæ
erant aures, obstrepente ira. Itaque impotens animi
percurrit in regiæ vestibulum, et, vigili excubanti hasta
ablata, constitit in aditu, quo necesse erat iis, qui
simul cœnaverant, egredi : abierant ceteri, Clitus ul-
50 timus sine lumine exibat. Quem rex, quisnam esset,

41. *Pectore tergum.* Contumeliose dictum, ut notavit *Tellier*, quasi fugientem Alexandrum ipse objectu sui pectoris defenderit, quod procul a vero aberat.

42. *Attali.* Vide ad VI, 9, 17.

43. *Olim.* Jam ante. — *Ex lecto* convivali.

45. *Armigeri.* Præfecti fortasse satellitum, intus stationem agentis.

48. *Spatiumque potius.* Tempus iræ suæ mitigandæ concedat.

rrogat. Eminebat etiam in voce sceleris, quod
ıbat, atrocitas : et ille, jam non suæ, sed regis iræ 51
nor, Clitum esse, et de convivio exire respondit.
: dicentis latus hasta transfixit, morientisque san- 52
ıe adspersus : « I nunc, inquit, ad Philippum, et
menionem, et Attalum. »

I. Male humanis ingeniis natura consuluit, quod 1
umque non futura, sed transacta perpendimus:
ɔpe rex, postquam ira mente decesserat, etiam
etate discussa, magnitudinem facinoris sera æsti-
ione perspexit. Videbat tunc immodica libertate 2
sum, sed alioqui egregium bello virum, et, nisi
ɔesceret fateri, servatorem sui, occisum. Detesta-
carnificis ministerium occupaverat rex, verborum
ntiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde
s. Manabat toto vestibulo cruor, paullo ante con- 3

I nunc. Respexisse videtur ıs Virgilium, II, 547 : « .... Re- ergo hæc, et nuntius ibis Pe- genitori; illi mea tristia facta, ıeremque Neoptolemum narrare nto. » In summa consentiunt ı. IV, 8 ; Plutarch. V, Alexand. ι ; Just. XII, 6, aliique. Le- us inter se dissident. — Memi- ıujus cædis Oros. III, 18 ; Cic. 'uscul. Quæst.; Seneca, de Ira, 'aler. Maxim. IX, 3 : « Ira, inquit ılexandrum propemodum cælo ıit, qui victor omnium vino et :tus est. » Inter recentiores multi iti cæde locuti sunt. Dialogum Inferos inter Alexandrum et Cli- uxit *Fénélon, Dialog. des Morts*, , Dial. 24. Sed ea tantum refe- uæ de Alexandri pœnitentia no- *Montesquieu, Esprit des Lois*, ., cap. 14 : « Il fit deux mau- :s actions ; il brûla Persépolis, ıa Clitus. Il les rendit célèbres « par son repentir ; de sorte qu'on ou- « blia ses actions criminelles, pour se « souvenir de son respect pour la ver- « tu ; de sorte qu'elles furent considé- « rées plutôt comme des malheurs que « comme des choses qui lui fussent « propres ; de sorte que la postérité « trouve la beauté de son âme presqu'à « côté de ses emportemens et de ses « faiblesses ; de sorte qu'il fallut le « plaindre, et qu'il n'était plus pos- « sible de le haïr. »

1. *Sed Transacta.* Menander a Stobæo laudatus ; Οὐδεὶς ξυνιδὼν ἐξαμαρτάνων, πρότον Ἁμαρτάνει, τὸ μέγεθος ὕστερον δ' ὁρᾷ. Tac. XIV, 10, 1 : « A Cæsare, perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est. »

2. *Videbat.* Clitum a se occisum, quem loquendi licentia longius quidem abstulerat ; sed alioqui, etc. — *Rex* : Hoc emphatice dictum accipe. Rex quum esset, carnificis operam exercuit. — *Vino poterat imputari.* Unde The-

vivæ : vigiles attoniti et stupentibus similes procul stabant, liberioremque pœnitentiam solitudo excipie-
4 bat. Ergo hastam ex corpore jacentis evulsam retorsit in semet : jamque admoverat pectori, quum advolant vigiles, et repugnanti e manibus extorquent, adleva-
5 tumque in tabernaculum deferunt. Ille humi prostraverat corpus, gemitu ejulatuque miserabili tota personante regia : laniare deinde os unguibus, et circumstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem esse
6 paterentur. In has preces tota nox exacta est; scrutantemque, num ira deorum ad tantum nefas actus esset; subit, anniversarium sacrificium Libero patri non esse redditum statuto tempore : itaque inter vinum et epulas cæde commissa, iram dei fuisse manifestam.
7 Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos; neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum : vivendum esse in solitudine velut feræ bestiæ, terrenti alias, alias timenti.
8 Prima deinde luce tabernaculo corpus, sicut adhuc cruentum erat, jussit inferri. Quo posito ante ipsum, lacrymis obortis : « Hanc, inquit, nutrici meæ gratiam

mistius, Orat. V, de Cliti cæde eleganter : *Καὶ οὐκ ἠμύνατο Ἀλέξανδρος οἴνῳ τὸν οἶνον, ἀλλὰ σιδήρῳ.*

3. *Pœnitentiam.* Vid. quæ notavimus ad I, 52. Hanc laudem Alexandro tribuit Arrianus, VII, 29, 2. *Ἀλλὰ μεταγνῶναί γε ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησε, μόνῳ οἶδα τῶν πάλαι βασιλέων Ἀλεξάνδρῳ ὑπάρξαι ὑπὸ γενναιότητος*, etc. — *Excipiebat.* Hanc lectionem pro *exciebat* e nostris regg. Codd. restituere non dubitavi, probante Snakenburgio, licet plerique editt. vulgatam admiserint. Sensus est : solitudo non excitabat, sed pati poterat liberiora pœnitentiæ signa, quibus non erubescebat, nullo teste.

4. *In tabernaculum.* Nonnihil offendor vocabulo *tabernaculum*, quia Alexander non in castris, sed in *regia* (§ 5) Maracandorum fuisse videtur. Hæc nota Schmiederi est.

6. *Exacta.* Non pauci Codd. *extracta.* — *Anniversarium sacrificium.* *Εἶναι μὲν γὰρ ἡμέραν ἱερὰν τοῦ Διονύσου Μακεδόσι, καὶ θύειν Διονύσῳ ὅσα ἔτη ἐν αὐτῇ Ἀλέξανδρον· τὸν δὲ τοῦ Διονύσου μὲν ἐν τῷ τότε ἀμελῆσαι λέγουσι, Διοσκούροιν δὲ θῦσαι.* Arr. IV, 9, 2; Plut. 21, iram invidiamque Liberi patris retulit excidio Thebarum, patriæ ejus. — *Iram dei.* Alexandro non ingratum erat, casum illum ad numinis potius quam ad malitiam

retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria
occubuere mortem : hic frater, unicum orbitatis sola-
tium, a me inter epulas occisus est. Quo nunc se con- 9
feret misera? omnibus ejus unus supersum, quem solum
æquis oculis videre non poterit. Et ego servatorum
meorum latro, revertar in patriam, ut ne dextram
quidem nutrici sine memoria calamitatis ejus offerre
possim?» Et quum finis lacrymis querelisque non 10
fieret, jussu amicorum corpus ablatum est : rex tri-
duum jacuit inclusus. Quem ut armigeri corporisque 11
custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt;
universi in tabernaculum irrumpunt, diuque precibus
ipsorum reluctatum ægre vicerunt, ut cibum caperet:
quoque minus cædis puderet, jure interfectum Clitum 12
Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri,
ni rex humari jussisset. Igitur decem diebus maxime 13

animi sui referri. Arrian. IV, 9, 7.

8. *Apud Miletum*. Vide Freinsh. Suppl. II, 7, 10 seqq. Nomina filiorum Lanices non constant.

9. *Omnibus ejus*. Liberis quos aluit, sive, omnibus qui ei quadam necessitudine conjuncti erant. — *Servatorum meorum*. Unum Clitum intelligit, sed plurali utitur, pro recepta loquendi consuetudine, sicut plane apud Arrian. IV, 2 : φονέα τε τῶν φίλων se appellat. — *Latro*, interfector, ut VIII, 8, 19. Antiquis *latrones* dicti sunt satellites mercede conducti; quasi *laterones*, inquit Varro, quoniam latera principum tegerent: sed quia latrones quoque vocantur prædones grassatores, propterea Festus ab eo dictos voluit, quod *a latere* adoriantur ; vel a *latendo*, quod ex latebris in viatores erumpant. Denique, quod hi plerumque percussores sunt, latro dicitur quisquis per vim et injuriam trucidat.

12. *Jure interfectum*. Præcipuo instinctore Anaxarcho, ut testatur, Arr. IV, 9, 9 sqq. Dixit enim Anaxarchus : « Fingi justitiam Jovi assidere, quia, quidquid a Jove decernitur, id juste factum esse, censeri debeat. Oportere igitur, quæ a magno rege fierent, justa existimari.» Nimirum, quia regis potestas atque etiam nomen inprimis tribuebatur Jovi, Anaxarchus alios quoque magnos reges eodem jure censeri æquum putabat. Quam insanam consolationem, et ab omnibus merito explosam postea Athenienses in adulationem Demetrii Poliorcetæ converterunt. Sciverunt enim videri populo, quicquid jussisset rex Demetrius, id et apud Deos fas, et jus apud homines esse. Plut. Demet. c. 29. — *Sepultura prohibituri*. Quasi damnatum et jure occisum. Hæc enim summa fuit apud Græcos ignominia; de qua vide Alex. Neapolit. VI, 14.

ad confirmandum pudorem apud Maracanda consum-
ptis, cum parte exercitus Hephæstionem in regionem
Bactrianam misit, commeatus in hyemem paraturum.
14 Quam Clito autem destinaverat provinciam, Amyntæ
dedit. Ipse Xenippa pervenit: Scythiæ confinis est
regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis,
quia ubertas terræ non indigenas modo detinet, sed
15 etiam advenas invitat. Bactrianorum exsulum, qui ab
Alexandro defecerant, receptaculum fuerat. Sed post-
quam regem adventare compertum est, pulsi ab in-
16 colis II millia fere et ducenti congregantur. Omnes
equites erant, etiam in pace latrociniis adsueti: tum
ferocia ingenia non bellum modo, sed etiam veniæ
desperatio efferaverat. Itaque ex improviso adorti
Amyntam, prætorem Alexandri, diu anceps prælium
17 fecerant. Ad ultimum DCC suorum amissis, quorum
CCC hostis cepit, dedere terga victoribus: haud sane
inulti; quippe LXXX Macedonum interfecerunt, præter-
18 que eos CCC et L saucii facti sunt. Veniam tamen etiam
19 post alteram defectionem impetraverunt. His in fidem
acceptis, in regionem, quam Naura appellant, rex

13. *Ad confirmandum pudorem.* Raderus interpretatur: ad callum pudori obducendum. Mallem, cum Schmiedero, ut et hac mora ostenderet, pœnitere se facti, præ pudore se a militibus conspici nolle.

14. *Quam Clito autem. Quam Cl. ante* Cod. Theocr. — *Amyntæ.* Nicolai filio. Arrian. IV, 17, 3. — *Xenippa.* Græcum nomen a Macedonibus procul dubio impositum, sed cui regioni, prorsus incertum, quod nemo geographorum aut historicorum præter nostrum Curtium ejus usquam mentionem fecit. Sogdianæ partem fuisse, ex nexu historiarum suspicari licet. Schmiedero dubium non est, quin idem locus intelligendus sit, quem Arrianus vel *Gabæ* vel *Bagæ* dixerit. Videtur enim Arrian. lib. IV, 17, 4—10, eamdem historiam narrare, quam Curtius, § 14—18, tradidit; quamvis uterque auctor multum inter se discrepet. Ex Arriano discimus, ultimum hoc fuisse Spitamenis prælium cum Macedonibus.

19. *Naura.* Et hoc nomen de his regionibus a nemine commemoratur. In pluribus Codd. legitur *Nauta*; legendum est cum Arriano IV, 18, 1, *Nautaca;* quæ urbs in Sogdiana quidem, sed propior Oxo erat. Debebat nunc sequi descriptio expugnationis ejus petræ, quam Alexander alatis militibus ceperat, in qua Roxane, Oxyartis

toto exercitu venit. Satrapes erat Sysimithres
us ex sua matre filiis genitis : quippe apud eos
ıtibus stupro coire cum liberis fas est : II millibus 20
tis popularibus, fauces regionis, qua in arctissi-
ı cogitur, valido munimento sepserant : præter-
at torrens amnis a tergo; petra claudebat : hanc
ı perviam incolæ fecerant. Sed aditus specus ac- 21
lucem; interiora nisi illato lumine obscura sunt:

ujus amore Alexander exarsit, erat. Quo comperto Oxyartes : Alexandro se dederat. Tum ıe rex, castris in Parætacas moiam petram, ab Arriano Choıppellatam, expugnavit. At quia s supra alieno, ut videtur, loco ıot. ad lib. VII, 11, 1) de priori scripsit, nunc statim, omissis mediis, adjecit, quæ de posteıarranda erant, eamque Sysimietram appellavit. In descriptione ıultum quidem differunt Curtius ianus IV, c. 21; sed ita tamen, ut que de eadem re loqui dubium it. — *Parentibus stupro coire.* ris apud multas barbaras gentes :estantur Euripid. Androm. V, *Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος, ρ δὲ θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μί- ιι·* et Ovid. Metam. lib. X, 33: ...Gentes tamen esse feruntur, ibus et nato genitrix, et nata pa- Jungitur, et pietas geminato cremore.» Idem habent multi Eccleatres, et in his talibusque rebus s occurrit animo illa Plutarchi utia, Ethic. I, 3: *Τὰ κακὰ καὶ ίκαια τοσαύτην ἔχει διαφορὰν, δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει ῃ.*

. *II millibus armatis.* Cum Modio ılt *Schmieder* : *is armatis....sen-* ; quia in membranis vox *is* facile ita scripta esse potuit, ut pro numero II haberetur. Numerus millenarius sæpe omittitur, et sic pro *is* legi poterat *II M.* Potes etiam : *ii armatis.....sepserant.* Et sane noster Cod. 5717 ita scripsit II, noster vero 5718 scribit aperte, *duo millia.* — *Præterfluebat torrens amnis, a tergo petra claudebat.* Sic Snakenburgiana, quæ unde præpositionem, in omnibus Codd. aliisque editt. deficientem, habeat, ignoro. *Schmieder* tamen retinuit, interpunctione paulisper mutata. Ex sqq. enim vides prius destruxisse Alexandrum illud munimentum, tum venisse ad torrentem, qui igitur a tergo defensorum munimenti esse debuit; denique operam dabat, ut expleto torrente in petram evaderet. *Petra* igitur *claudebat*, sive hoc ordine ultima erat. Hanc *manu*, arte, *perviam incolæ fecerant*, non ita ut in superficie petræ via facta esset, sed per mediam petram. Quapropter eadem via in sqq. modo *specus*, modo *cuniculus* vocatur. *Sed aditus* tantum *specus* sive cuniculi illius *accipit lucem* diei; *interiora, nisi illato lumine obscuriora sunt.* Hic *cuniculus perpetuus* est, et *iter præbet in campos*, qui aut in vertice petræ sunt, ut credidit *Schmieder:* Strabo enim petram in superiori parte planam et feracem fuisse tradidit, ut viros quingentos alere potuisse, aut forte a tergo petræ, in plana regione.

perpetuus cuniculus iter præbet in campos, ignotum
22 nisi indigenis. At Alexander, quamquam angustias naturali situ munitas ac validas manu barbari tuebantur, tamen arietibus admotis munimenta, quæ manu adjuncta erant, concussit, fundisque et sagittis propugnantium plerasque dejecit; quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum supergressus ad petram
23 admovit exercitum. Ceterum interveniebat fluvius, coeuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem; magnique operis videbatur, tam vastam voraginem
24 explere. Cædi tamen arbores et saxa congeri jussit: ingensque barbaros pavor, rudes ad talia opera, con-
25 cusserat, excitatam molem subito cernentes. Itaque rex, ad deditionem metu posse compelli ratus, Oxarten misit nationis ejusdem, sed ditionis suæ, qui suaderet
26 duci, ut traderet petram. Interim ad augendam formidinem et turres admovebantur, et excussa tormentis
27 tela emicabant. Itaque verticem petræ, omni alio præsidio damnato, petiverunt. At Oxartes trepidum diffidentemque rebus suis Sysimithrem cœpit hortari, ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri; neu moraretur festinationem victoris exercitus, in Indiam tendentis: cui quisquis semet offeret, in suum caput
28 alienam cladem esse versurum. Et ipse quidem Sysimithres deditionem annuebat: ceterum mater eademque

22. *Angustias.* Fauces regionis, quia in arctissimum cogitur. — *Manu barbari.* Hoc est, militibus. Tò *manu* delet Heins. quia eadem vox, quamvis alio sensu et proxime præcessit, et statim sequitur. Forte: *valida manu barbari.*

25. *Oxarten.* Magna est varietas scripturæ. A pluribus scribitur *Oxyartes*, qui, ut dixi, pater Roxanes, post filiam in priori petra captam ipse quoque ad Alexandrum transierat. Ab omnibus Bactrianus fuisse dicitur, non Sogdianus. Apud Strabonem autem (vide ad VII, 11, 1) Sysimithres quoque Bactrianus est. Nostri Codd. habent: *Oxortan.*

26. *Ad augend. formidinem.* Sæpius usurpatum, ut suadentes vim etiam ostentent; vide Livium IV, 25, al. — *Emicabant.* In petram perveniebant.

27. *Alienam cladem.* Indis, alienis hominibus inferendam.

conjux, morituram se ante denuncians, quam in ullius
veniret potestatem, barbari animum ad honestiora
quam tutiora converterat; pudebatque, libertatis ma-
jus esse apud feminas quam apud viros pretium. Itaque, 29
dimisso internuncio pacis, obsidionem ferre decreve-
rat: sed quum hostis vires suasque pensaret; rursus
muliebris consilii, quod præceps magis quam necessa-
rium esse credebat, pœnitere eum cœpit: revocatoque 30
strenue Oxarte, futurum se in regis potestate respon-
dit; unum precatus, ne voluntatem et consilium ma-
tris suæ proderet, quo facilius venia illa quoque im-
petraretur. Præmissum igitur Oxarten cum matre li- 31
berisque et totius cognationis grege sequebatur, ne
exspectato quidem fidei pignore, quod Oxartes pro-
miserat. Rex, equite præmisso, qui reverti eos juberet, 32
opperirique præsentiam ipsius, supervenit, et, victimis
Minervæ ac Victoriæ cæsis, imperium Sysimithri re-
stituit; spe majoris etiam provinciæ facta, si cum fide
amicitiam ipsius coluisset. Duos illi juvenes patre 33
tradente, secum militaturos sequi jussit; relicta deinde
phalange, ad subigendos, qui defecerant, cum equite
processit. Arduum et impeditum saxis iter primo 34
utcumque tolerabant: mox equorum non ungulis
modo attritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi
plerique non poterant, et rarius subinde agmen fie-
bat, pudorem, ut fere fit, immodico labore vincente.
Rex tamen, subinde equos mutans, sine intermis- 35
sione fugientes insequebatur. Nobiles juvenes comi-
tari eum soliti defecerant præter Philippum: Lysima-
chi erat frater, tum primum adultus, et, quod facile

32. *Reverti eos.* Arrianus quoque scripsit, Alexandrum spectandi caussa petram conscendisse.

33. *Duos illi.* Sysimithræ natos *juvenes.* — *Ad subigendos.* Unus Cod. *ad persequendos.*

35. *Nobiles juvenes.* Vide ad lib. IV, cap. 13, § 19.

36 appareret, indolis raræ. Is pedes, incredibile dictu,
per D stadia vectum regem comitatus est, sæpe equum
suum offerente Lysimacho : nec tamen, ut digrederetur a rege, effici potuit, quum lorica indutus arma ges-
37 taret. Idem, quum perventum esset in saltum, in quo
se barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam; re-
38 gemque cominus cum hoste dimicantem protexit. Sed
postquam barbari in fugam effusi deseruere sylvas,
animus, qui in ardore pugnæ corpus sustentaverat,
liquit; subitoque ex omnibus membris profuso sudore,
39 arboris proximæ stipiti se applicuit. Deinde ne illo
quidem adminiculo sustinente, manibus regis excep-
40 tus est, inter quas collapsus exstinguitur. Mœstum
regem alius haud levis dolor excepit. Erigyius inter
claros duces fuerat; quem exstinctum esse paullo ante,
quam reverteretur in castra, cognovit : utriusque funus omni apparatu atque honore celebratum est.

1 III. Dahas deinde statuerat petere : ibi namque Spitamenem esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem, ut pleraque alia, fortuna, indulgendo ei
nunquam fatigata, pro absente transegit. Spitamenes
uxoris immodico amore flagrabat; quam, ægre fugam
et nova subinde exsilia tolerantem, in omne discrimen
2 comitem trahebat. Illa malis fatigata, identidem muliebres adhibere blanditias, ut tandem fugam sisteret,
victorisque Alexandri clementiam expertus, placaret,
3 quem effugere non posset. Tres adulti erant liberi ex

36. *Per D stadia.* Vide de stadiis excursum ad lib. V. Philippi hujus mentionem fecit Just. XV, 3, 11, his verbis : « In India insectanti regi quosdam palantes hostes, quum a satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas arenarum moles cursus comes fuit. Quod idem antea Philippus frater ejus quum facere voluisset, inter manus regis exspiravit. »

1. *Pro absente.* Loco ipsius absentis confecit.— *Nova subinde exsilia.* Spitamenes namque pluribus vicibus et incursiones in Bactrianam Sogdianamque fecit, et fugere coactus modo Massagetas, modo Chorasmios, modo Dahas adiit.

eo geniti, quos quum pectori patrem admovisset, ut
saltem eorum misereri vellet, orabat; et quo efficacio-
res essent preces, haud procul erat Alexander. Ille, se 4
prodi, non moneri ratus, et formæ profecto fiducia
cupere eam quam primum dedi Alexandro, acina-
cem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus
esset fratrum ejus occursu. Ceterum abire con- 5
spectu jubet, addito metu mortis, si se oculis ejus
obtulisset: et ad desiderium levandum noctes inter
pellices agere cœpit. Sed penitus hærens amor fastidio 6
præsentium accensus est: itaque rursus, uni ei dedi-
tus, orare non destitit, ut tali consilio abstineret,
pateretur que sortem, quamcumque eis fortuna fe-
cisset; sibi mortem deditione esse leviorem. At illa 7
purgare se, quod, quæ utilia esse censebat, mulie-
briter forsitan, sed fida tamen mente suasisset; de
cetero futuram in viri potestate. Spitamenes, simulato 8
captus obsequio, de die convivium apparari jubet;
vinoque et epulis gravis, semisomnus in cubiculum
fertur. Quem ut alto et gravi somno sopitum esse sensit 9
uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit, ca-
putque ejus abscissum, cruore respersa, servo suo
conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sicut erat 10
cruenta veste, in Macedonum castra pervenit, nun-
ciarique Alexandro jubet, esse, quæ ex ipsa deberet
cognoscere. Ille protinus barbaram jussit admitti: 11

4. *Formæ profecto fiducia.* Quod ea, qua pollebat, formæ pulchritudine, sperabat fore ut Alexandrum sibi amore devinciret.

6. *Fastidio præsentium.* Sed amor in conjugem qui animo penitus hærebat, hoc augebatur quod ipsum præsentium pellicum tædebat. — *Eis.* Pro *ipsis.* Sed pronomen prorsus abesse malunt Acidalius et Freinshemius.

9. *Stringit.* Hoc cum Judithæ facinore in Sacris Scripturis comparat Raderus. Sed hæc hostem numinis et patriæ, illa amantissimum sui maritum interfecit. Quid? num et ipsum patriæ hostem, æquo Marte pugnantem, proditorie obtruncare fas est?

10. *Esse, quæ ex ipsa deberet cognoscere.* Aliquid esse quod ab ea doceri ipsum oporteret.

quam ut adspersam cruore conspexit, ratus ad deplorandam contumeliam venisse, dicere, quæ vellet, ju-
12 bet. At illa servum, quem stare in vestibulo jusserat, introduci desideravit, qui, quia caput Spitamenis veste tectum habebat, suspectus, scrutantibus, quid occu-
13 leret, ostendit. Confuderat oris exsanguis notas pallor, nec, quis esset, nosci satis poterat: ergo rex certior factus, humanum caput afferre eum, tabernaculo excessit; percontatusque, quid rei sit, illo profitente,
14 cognoscit. Variæ hinc cogitationes invicem animum diversa agitantem commoverant. Meritum ingens in semet esse credebat, quod transfuga et proditor, tantis rebus, si vixisset, injecturus moram, interfectus esset: contra facinus ingens aversabatur, quum optime meritum de ipsa, communium parentem liberorum, per
15 insidias interemisset. Vicit tamen gratiam meriti sceleris atrocitas, denunciarique jussit, ut excederet castris, neu licentiæ barbaræ exemplar in Græcorum

11. *Contumeliam.* Vim illatam pudicitiæ honesto vocabulo videtur involvere. Sic Liv. III, 50: « Morte amitti melius quam contumelia liberos. »

13. *Confuderat... notas.* Nota hic est lineamentorum qualitas, ut appellat Justin. I, 2, qua inter se noscitantur facies. Valer. Flaccus, Argonaut. II, 466: « ... Pariusve notas et nomina sumet Quum lapis..... » *Confundere* autem hoc loco proprium verbum est. Justin. III, 5: « Temporis spatio confusa corporis lineamenta; » Petron. 108: « Liquefactum per totum os atramentum omnia lineamenta confudit. » Vid. quoque c. 105, ubi v. cl. Burm. multis exemplis rem illustrat.

15. *Vicit tamen.* Modius: *vicit tandem.* Nihil de hoc nefando uxoris scelere scripsit Arrianus, IV, 17, 11. Sed Spitamene ultimo prælio fugato, Scythas Bactrianorum et Sogdianorum exsulum impedimenta diripuisse, in deserta fugisse, et intellecto, Alexandrum ipsum in se ducere, Spitamenem interfecisse, ejusque caput misisse. — *Gratiam meriti.* Meritum beneficii. Sic Naso, Met. V, 14: « ...Meritisne hæc gratia tantis Redditur?... » Et Cod. Fl. habet *meritis*, pro *veteris*, in illo Virgiliano: « Et bene apud memores veteris stat gratia facti. » — *Exemplar...transferret.* Dicere potuisset Alexander quod Cicero pro Dejot. c. 12: « Quæ est ita tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Idcirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura et exempla corrumperes, domesticaque tua inhumanitate nostræ civitatis humanitatem inquinares! »

mores et mitia ingenia transferret. Dahæ, Spitamenis cæde comperta, Dataphernen, defectionis ejus participem, vinctum Alexandro seque dedunt. Ille, maxima præsentium curarum parte liberatus, convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus a prætoribus suis avare ac superbe imperabatur. Ergo Phrataphermi Hyrcaniam et Mardos cum Tapuris tradidit, mandavitque, ut Phradaten, cui succedebat, ad se in custodiam mitteret. Arsami, Drangarum præfecto, substitutus est Stasanor. Arsaces in Mediam missus, ut Oxydates inde discederet. Babylonia, mortuo Mazæo, Deditameni subjecta est. 16

17

IV. His compositis, tertio mense ex hibernis movit exercitum, regionem, quæ *Gabaza* appellatur, aditurus. Primus dies quietum iter præbuit: proximus ei nondum quidem procellosus et tristis, obscurior ta- 1

2

16. *Dataphernen.* Qui cum Spitamene Bessum prodiderat, atque deinde fugerat. Arrian. III, 29, 12, et 30, 1.

17. *Phrataphemi.* Parthyæorum satrapæ, qui diversus est ab Chorasmiorum rege, supra VIII, 1, 8, eodem nomine appellato. — *Phradaten.* Qui etiam Autophradates vocatur. Sæpe jam ab Alexandro arcessitus (quod regnum adfectasse suspectus erat, Curt. X, 1, 39) non venerat. Arrian. IV, 18, 8. Phradates fuerat satrapa Mardorum et Tapurorum. Cui quum Phrataphernes, Parthorum satrapa, Alexandro jubente, succederet, recte huic *Mardi et Tapuri* traditi dicuntur. Ne igitur cum Freinshemio in excursu ad X, 10, 1, *Parthos cum Tapuris* legas. — *Arsani Dranearum.* Sic vulgo. *Schmieder* cum plurimis Codd. et Arriano scripsit et *Arsami*, qui fuit Ariorum et Drangarum satrapa, et *Drangarum*, de qua natione vide supra VI, 6, 36. Nostri habeant quidem *Arsami*, sed pro *Drangarum* absurde *Dramearum*. Arsamen Alexander comprehendi jusserat, quia alieno in eum animo esse videbatur. Arrian. 3, 29, III. — *Arsaces.* Pro Arsace substituendus est ex Arrian. IV, 18, 3, *Atropates*, a quo post illa tempora pars Mediæ Atropatene vocata est. Confunduntur sæpe in Codd. nomina Arsames et Arsaces. Unde per errorem propter præcedens nomen Arsames in hunc locum Arsaces invectus esse potest. *Oxydates*, sive *Oxodates* Alexandro ἐθελοκακεῖν videbatur. — *Deditameni.* Plurimi. Codd. *Ditameni.* Lege cum Arriano *Stameni.*

1. *Gabaza* vel *Gazaba*, ut plurimi Codd.: Nec de regione hujus nominis, nec de ingenti atque verbis exaggerata tempestate apud alium scriptorem quidquam inveni. Vehementi potius nive et hieme Macedones afflictos tastantur Arrian. et Diodor. in Arg. libri XVII.

men pristino, non sine crescentis mali damno præter-
3 iit. Tertio ab omni parte cæli emicare fulgura, et,
nunc internitente luce, nunc condita, non oculos
modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere
4 cœperunt. Erat prope continuus cæli fragor, et pas-
sim cadentium fulminum species visebatur, attonitis-
que auribus, stupens agmen nec progredi, nec consi-
5 stere audebat. Tum repente imber grandinem incutiens
torrentis modo effunditur, ac primo quidem armis
suis tecti exceperant; sed jam nec retinere arma lu-
bricæ et rigentes manus poterant, nec ipsi destinare,
in quam regionem obverterent corpora, quum undi-
que tempestatis violentia major, quam vitabatur, oc-
6 curreret. Ergo ordinibus solutis per totum saltum er-
rabundum agmen ferebatur; multique, prius metu,
quam labore defatigati, prostraverant humi corpora,
quamquam imbrem vis frigoris concreto gelu ad-

2. *Pristino.* Priore. — *Crescentis mali damno.* Hanc sententiam ex nostris regg. Codd. ita restitui, in quibus sic ad verbum et clare legitur. Sensus est : præteriit non sine damno quod oriebatur ex crescente malo, nempe ex crescente cæli tristitia et obscuritate. Nunc habeat lector varietatem lectionum ad hunc locum. Prima emendatio Modii est quam in textu recepere Freinshemius, *Schmieder*, etc. *Non sine minis crescentis mali præteriit.* Acidalius in *damno* legebat *denunciatione* vel *indicio*. Non possum quin rideam, quum acriter et putide facetum loquendi genus ab interpretibus harum ætatum usurpatum animadverto. Lugdunensis editor scripserat, inepte sane, receperat : *Non sine minis crescentis mali damno præteriit.* Tum Acidalius : « Cucurbitas, exclamat, homo, in tempore tibi adhibe. Nam hæ certe minæ sunt crescentis insaniæ, quæ non sine damno optimorum auctorum præteribit. » Quam acute dictum! quam urbane? Ingeniose *Tellier* : *Non sine minis crescentis mali, sine damno præteriit;* Heinsius : *Non sine minis crescentis mali omnino præteriit.*

3. *Meantis.* Commeantis, euntis; forsan *metantis* conj. Modius.

5. *Imber grandinem incutiens.* Videtur imbrem et grandinem simul effusum dicere. — *Quam vitabatur.* Hoc vult : in quamcumque partem se vertissent, ut vitarent violentiam tempestatis, in ea occurrisse majorem violentiam, ut prior frustra evitata videretur.

6. *Quamquam imbrem vis frigoris concreto gelu adstrinxerat.* Quod tam subito factum, vix credi potest. Nec verisimile est, milites hac prostratione prius malum non modo non evitasse, sed adeo auxisse novo.

ɛerat. Alii se stipitibus arborum admoverant; id 7
mis et adminiculum et suffugium erat. Nec fal- 8
ipsos morti locum eligere, quum immobiles vi-
calor linqueret: sed grata erat pigritia corporum
ıtis; nec recusabant exstingui quiescendo: quippe
vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali in-
ɔat; lucemque, naturale solatium, præter tempe-
m, haud disparem nocti, sylvarum quoque umbra
resserat. Rex, unus tanti mali patiens, circum- 9
ıilites, contrahere dispersos, allevare prostratos,
ıdere procul evolutum ex tuguriis fumum, hor-
ue ut proxima quæque suffugia occuparent. Nec 10
res magis saluti fuit, quam quod multiplicato la-
sufficientem malis, quibus ipsi cesserant, regem
rere erubescebant. Ceterum efficacior in adversis 11
ssitas, quam ratio, frigoris remedium invenit:
bris enim sylvas sternere aggressi, passim acervos
ɜsque accenderunt. Continenti incendio ardere 12
eres saltum, et vix inter flammas agminibus re-
m locum: hic calor stupentia membra commovit;
atimque spiritus, quem continuerat rigor, meare

Tec fallebat ipsos. Sciebant ipsi, ım humi prostrati jacerent, aut ıus admoti immobiles starent, locum eligere, quum immobiles ›ora non agitantes vitalis calor, r nimium frigus, linqueret. Quod genus minime acerbum credi- .um dormire videntur, pereunt. quidem verissimum est, et mul- is commilitonibus accidisse mihi sunt quidam nostrorum qui in- ıdum Russiæ frigus, anno 1812, si sunt. Ceterum nimis poetica c descriptio, et quædam illius ad historicum dicendi genus mi- ›ertinent. — *Pertinax vis mali.* .us impetus procellæ. — *Sylvarum umbra.* Vel sylvis frons jam renata erat, quia Alexander *exercitum tertio mense ex hibernis moverat* § 1: vel sylva fuit arborum semper virentium.

10. *Nec ulla res..... quam quod.* Quam quod eos pudebat a rege discedere, quem videbant non frangi incommodis, quibus ipsi frangebantur, quamvis augeretur labor.

11. *Dolabris.* Hic dolabræ pro securibus accipiuntur, quibus arbores exscindebantur: quia tamen apud Livium, XXX, legitur dolabris subrutos muros, quod securibus fieri non poterat, sed ligonibus, facile intelligitur eas utrumque genus instrumenti complexas fuisse.

13 libere cœpit. Excepere alios tecta barbarorum, quæ, in ultimo saltu abdita, necessitas investigaverat; alios castra, quæ in humido quidem, sed jam cæli mitescente sævitia, locaverunt. Mille militum atque lixa-
14 rum calonumque pestis illa consumpsit. Memoriæ proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, et non solum viventibus, sed et inter se colloquentibus similes, esse conspectos; durante adhuc habitu, in quo
15 mors quemque deprehenderat. Forte Macedo gregarius miles, seque et arma sustentans, tandem in castra pervenerat: quo viso, rex, quamquam ipse tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex sella sua exsiluit, torpentemque militem, et vix compotem men-
16 tis, demptis armis, in sua sede jussit considere. Ille diu, nec ubi requiesceret, nec a quo esset exceptus, agnovit; tandem, recepto calore vitali, ut regiam sedem regemque vidit, territus surgit: quem intuens
17 Alexander, « Ecquid intelligis, miles, inquit, quanto meliore sorte, quam Persæ, sub rege vivatis? illis enim in sella regis consedisse capitale foret; tibi saluti
18 fuit. » Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronunciari jussit, ipsum omnia, quæ amissa
19 essent, redditurum; et promisso fides exstitit. Nam Sysimithres multa jumenta, et camelorum duo millia

13. *Mille militum.* Omnes fere Codd. *viginti militum;* qui numerus ita minor videtur pro tumida descriptione, ut ille major est quam pro tempestatis per aliquot horas sævitia.

14. *Memoriæ proditum.* Nihil horum, inquit Raderus, vel Arrianus, vel Plutarchus prodidit. Diodorus in XVII libri indice, indicat rem verbo, quam haud dubie suo loco explicavit; sed locus ille vetustate abolitus nobis lacunam exhibet. — *Deprehenderat.* Ad verbum expressit Ovid. Met. IV, 559: « Quo quæque in gestu deprenditur, hæsit in illo. »

15. *Macedo gregarius miles.* Hoc egregium Alexandri factum inter Clementiæ exempla refert Valer. Max. V, 1, ext. 1; et Front. IV, 6, 3.

17. *Capitale. Capital* scripsit cum plurimis Codd. *Schmieder*, jubentibus Modio et J. Fr. Gronovio. Nostri habent *capitale.*

19. *Sysimithres multa jumenta.* Hoc

ıxit, pecoraque et armenta; quæ distributa pari-
ıilitem et damno et fame liberaverunt. Rex, gra- 20
sibi relatam a Sysimethre præfatus, sex dierum
ı cibaria ferre milites jussit, Sacas petens : totam
: regionem depopulatus, xxx millia pecorum ex
la Sysimithri dono dat. Inde pervenit in regio- 21
, cui Cohortanus, satrapes nobilis, præerat, qui se
; potestati fideique permisit : ille, imperio ei red-
, haud amplius, quam ut duo ex tribus filiis secum
:arent, exegit. Satrapes etiam eum, qui penes 22
m relinquebatur, tradit : barbara opulentia convi-
ı, quo regem accipiebat, instruxerat. Id quum 23
a comitate celebraret, introduci xxx nobiles vir-
s jussit : inter quas erat filia ipsius, Roxane no-

. narrat Arrianus statim post
:næ petram captam IV, 21, 17—
ccidisse, ut exercitus propter
n et multam nivem inter obsi-
a effusam male affligeretur, et
ariorum penuria laboraret. Cho-
itaque exercitui frumentum, vi-
t carnes salitas, in duos menses
:ntia, nondum decimam partem
a reconditorum, dono dedisse.
Sacas. Supra lib. VII, 9, 19, le-
, Sacas se Alexandro dedidisse;
;ebantur, vel qui ultra Sogdia-
rtum versus habitabant, vel ipsi
: ultra Iaxarten, cum quorum
ugnatum erat. Eosdem defecisse,
am dictum est, nec vestigium est,
ıdrum unquam in istas regiones
e. Ex omni autem harum rerum
ptione ne intelligitur quidem, in
cæli plagam ex Sogdiana profec-
Alexander, ut eos Sacas puniret,
ne commemorantur. Paucis die-
Sysimithris petra, cujus ipsius
;noratur, abfuisse videntur. For-
ıi Scythæ sunt eorum e numero,
ad quos Spitamenes fugerat. Fortasse ex pluribus Codd. restituendum est *Sagos*, ut iterum incognita aliqua Sogdiana regio intelligatur. — *Cohortanus*. Qui apud Plut. Vit. Alex. c. 47, Chortanus appellatur. In contextu Plutarchi legitur, ἔν τινι χρόνῳ; in Cod. vetusto : ἐν Χορτάνου, h. e. in ædibus Chortani, sive Cohortani. Cf. P. Wess. ad Diod. p. 259. Præter nomen de Cohortano ejusque regione nihil scitur.

23. *Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine. Ipsius* sc. Cohortani. Sed et alii consensu Roxanen Oxyartis filiam fuisse tradiderunt, et Curtius ipse, X, 3, 11, et IX, 8, 10, ubi *Oxatres*, ait, *prætor Bactrianorum non absolutus modo, sed etiam jure amoris* Alexandri erga filiam suam *amplioris imperii donatus est finibus*. Nec cetera, quæ hic narrantur, in Oxyarten conferri possunt, qui diu jam in fide regis erat. Quibus perpensis, Rubenius, Elector. I, 29, hiatum aliquem esse putat; notamque lacunæ inter hæc verba : *tradit* ** *barbara opulentia* ponit. Facile

mine, eximia corporis specie, et decore habitus in bar-
24 baris raro. Quæ, quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se; maxime regis, minus jam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ, contra quam non satis cauta mortalitas
25 est. Itaque ille, qui uxorem Darii, qui duas filias virgines, quibus forma præter Roxanem comparari nulla poterat, haud alio animo quam parentis adspexerat, tunc in amorem virgunculæ, si regiæ stirpi comparetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret, ad stabiliendum regnum pertinere, Persas et Macedones connubio jungi; hoc uno modo et pudorem victis, et superbiam
26 victoribus detrahi posse: Achillem quoque, a quo ge-

consentirem, nisi etiam ex Plutarchi loco dicto palam esset, vere Roxanen in convivio apud Chortanum Alexandro visam esse, ejusque ἐν ταῖς αἰχμαλώτισι χορευούσης (ut legitur in Orat. de Fort. Alex.) amore captum esse regem. Forte putabis, pro *ipsius* legendum esse *Oxyartis*. Sed si Curtius veriora, quum hæc scriberet, scivisset, supra lib. VIII, 2, 25, vix satis habuisset, Oxyarten tantum *ditionis Alexandri* fuisse scribere, quem socerum Alexandri appellare poterat. Arrianus occasionem, qua Roxanen Alexander viderit, prorsus reticuit; captam in priori petra, quum a rege visa sit, pulchritudine sua regem cepisse; qui quum captivo corpori illudere noluisset, matrimonio eam sibi junxerit.

24. *Contra quam.* A cujus blanditiis hominum natura parum sibi cavet.

25. *Superbiam victoribus.* Si sc. connubiis et consanguinitate mixti, quos antea pro victis sprevissent, inciperent amare ut adfines et necessarios. Quod quidem ad stabiliendum regnum pertinere vere dixit, testaturque Plutarch. c. 83, magnopere eo facto devinxisse sibi barbarorum animos. Hoc quoque notavit *Montesquieu, Esprit des lois*, lib. X, cap. 13: « Rien n'affermit plus « une conquête que l'union qui se fait « de deux peuples par le mariage. Alexandre prit des femmes de la nation « qu'il avait vaincue; il voulut que ceux « de sa cour en prissent aussi: le reste « des Macédoniens suivit cet exemple. « Les Francs et les Bourguignons per« mirent les mariages; les Visigoths les « défendirent en Espagne, et ensuite « ils les permirent; les Lombards ne les « permirent pas seulement, mais même « les favorisèrent; quand les Romains « voulurent affaiblir la Macédoine, ils « y établirent qu'il ne pourrait se faire « d'union par mariage entre les peuples « des provinces. » In re impari, par dictum Megadori apud Plaut. Aulul. III, 5: « Nam meo quidem animo, si idem faciant ceteri, Opulentiores pauperiorum filias Ut indotatas ducant uxores domum: Et multo fiat civitas concordior; Et invidia nos minore utamur, quam utimur. »

nus ipse deduceret, cum captiva coisse; ne inferri nefas arbitrarentur, ita matrimonii jure velle jungi. Inspe- 27
rato gaudio lætus pater sermonem ejus excepit: et rex, medio cupiditatis ardore, jussit afferri patrio more panem; hoc erat apud Macedones sanctissimum coeuntium pignus, quem divisum gladio uterque libabat. Credo eos, qui gentis mores condiderunt, parco et pa- 28
rabili victu ostendere voluisse jungentibus opes, quantulo contenti esse deberent. Hoc modo rex Asiæ et 29
Europæ introductam inter convivales ludos matrimonio sibi adjunxit, e captiva geniturus, qui victoribus imperaret. Pudebat amicos super vinum et epulas soce- 30
rum ex deditis esse electum: sed, post Cliti cædem libertate sublata, vultu, qui maxime servit, assentiebantur.

V. Ceterum Indiam et inde Oceanum petiturus, ne 1
quid a tergo, quod destinata impedire posset, moveretur, ex omnibus provinciis xxx millia juniorum legi jussit, et ad se armata perduci; obsides simul habiturus et milites. Craterum autem ad persequendos 2
Haustanen et Catenen, qui ab ipso defecerant, misit: quorum Haustanes captus est, Catenes in prælio oc-

26. *Cum captiva.* Briseide. Hæc de Achille dixit Alexander Macedonibus; quæ sequuntur, *ne.... arbitrarentur*, victis; ne existimarent stuprum a se inferri Roxanæ, se quoque eodem modo velle jungi cum ea, quo Achilles cum Briseide. Ille enim eam legitimam uxorem duxerat, quod ex Homero et Epitome rerum Troicarum intelligi potest.

28. *Quantulo contenti esse debeant.* Nullus dubito, inquit Freinshemius, significare voluisse veteres rerum communionem, quæ deberet inter conjuges observari, mutuamque fidem; ut monerentur, communicanda sibi partiendaque invicem omnia commoda, etiam adusque bucellam panis. Multa hujus moris monumenta retulit Freinsh. et Galatarum quoque morem, quibus solemne erat, ut ex uno poculo sponsus sponsaque biberent.

30. *Vultu, qui maxime servit.* Fronte enim atque vultu simulatio facillime sustinetur. Cic. Ep. Fam. I, 9.

1. *Obsides simul et milites.* Eodem consilio postea usus Hannibal apud Liv. XXI, 21, 10: « Conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectæ juventutis, præsidium eosdem et obsides duci Carthaginem jubet. » Sic enim interpretatur illa Polybii, III, 33: Ὁμηρείας ἔχοντας καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν.

2. *Haustanen et Catenen.* Austanen

cisus. Polypercon quoque regionem, quæ Bubacene
3 appellatur, in ditionem redegit. Itaque omnibus compositis, cogitationes in bellum indicum vertit. Dives regio habebatur non auro modo, sed gemmis quoque margaritisque, ad luxum magis quam ad magnificen-
4 tiam exculta. Clypei militares auro et ebore fulgere dicebantur: itaque, necubi vinceretur, quum ceteris præstaret, scutis argenteas laminas, equis frenos aureos addidit; loricas quoque alias auro, alias argento adornavit: cxx millia armatorum erant, quæ regem ad
5 id bellum sequebantur. Jamque omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum ratus, quonam modo cælestes honores usurparet,

et Catanen. Arrian. IV, 22, 1. — *Bubacene*. Et hoc nomen ignoratur. Non reprehendo. Freinshemio, forte ex Arriano, *Parætacene* legendum videtur, in quam regionem Scythicam, dum rex ipse Bactra rediret, Craterus contra Haustanen et Catanen cum Polypercone aliisque præfectis missus erat. Credi potest Craterus prælium commisisse; Polypercon, jubente Cratero, regionem in ditionem redegisse.

3. *Ad luxum magis, quam ad magnificentiam*. Vid. ad V, 1, 23.

4. *Clypei militares*. Hoc *clypei* est ex conjectura Modii. Codices habent vel *periti*, vel *pereti;* unde Schefferus conjecit: *margaritisque. Ad luxum magis quam ad magnificentiam exculta aperiri. Militares auro et ebore fulgere dicebantur*, etc. Heinsius *peltæ*, quod præferrem. — *Nec ubi vinceretur*. Quum jam aliis in rebus superior esset, ne in ullo superaretur ab Indis. — *Argenteas laminas*. Conf. nota ad IV, 13, 27. Si contuleris lib. IX, 3, 21, dubitari posse videbis, ante introitum in Indiam argyraspidas factos esse. XXV namque millia armorum auro argentoque cælatorum ex Persia in Indiam perferebantur, ibique distribuebantur, postquam Alexander diu in India fuerat. — *CXX millia armatorum*. Ne Alexandrum statim a principio cum tanto exercitu Indiam intrasse putes; in India versanti demum ad tantam multitudinem increvit. Vide Curt. IX, 3, 21; Diod. XVII, 95, et Arrian. Hist. Ind. 19, 5: Ἤδη γὰρ (quum per flumina navigaret) καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο (σὺν οἷς ἀπὸ θαλάσσης τε, h. e. a mari mediterraneo, αὐτὸς ἀνήγαγε, καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ συλλογὴν αὐτῷ στρατιᾶς πεμφθέντες ἧκον ἔχοντες) παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἱ ἄγοντι καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα. Plutarch. Vit. Alexand. c. 66, Alexandrum cum 120,000 peditum, et 15,000 equitum ex India rediisse tradit.

5. *Maturum ratus*. Quod multos in exercitu haberet Persas, qui ex avita consuetudine adorare eum incipientes facilius permoturi essent Macedones, ut exemplum sequerentur, quos alias ad id perduci, nullo, vel paucis præeuntibus, arduum videbatur. Secun-

t agitare. Jovis filium non dici tantum se, sed
ı credi volebat, tanquam perinde animis imperare
:t, ac linguis. Itaque more Persarum Macedones 6
rabundos ipsum salutare, prosternentes humi cor-
. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adula-
perpetuum malum regum, quorum opes sæpius
ıtatio, quam hostis, evertit. Nec Macedonum hæc 7
culpa (nemo enim illorum quidquam ex patrio
: labare sustinuit), sed Græcorum, qui professio-
honestarum artium malis corruperant moribus.
quidam Argivus, pessimorum carminum post Chœ- 8

ocem ex Cod. Theocr. adjecit
der. — *Cælestes honores.* Τὴν
ίνησιν. Conf. Brisson. I, 16.
Alexandri non ideo parva dici
quod persico a Persis, sed quod
donibus eo more adorari vellet,
ıi supra sortem humanam esse,
tantum convenire censebant.
etiam credi. A quibus et cur dei
ellet credi, ipse Alexander apud
m explicuit infra VIII, 8, 15.
'enerabundos. Servilem cultum
divinum vis verbi indicat, quod
i fuissent Macedones, etiamsi
ctores cum eo gentium fuissent,
t Livius, IX, 18, 3: « Desidera-
ni jacentium adulationes, etiam
Macedonibus graves, nedum vic-
s. » Græce est προσκυνεῖν. — *As-*
o. Verissima sententia, et in qua
ıenda certasse videntur aucto-
eferre satis sit Agatharchidem
Photium: « Novi enim ut natu
or, multarumque rerum expe-
m consecutus, per assentationem
i excellerent dignitate, regna-
mul funditus deleta Cassandri,
achi et Alexandri, quanta fue-
edorum, Syrorum et Persarum,
ue generis semina reliquerint; »
et Diphilum apud Athæneum, VI, 16:
Nam assentator imperatores, dynastas, amicos, ac denique civitates evertit, Sermone damnoso brevi tempore oblectans. » De his quoque multa apud omnium gentium poetas. *Racine, Phèdre,* act. IV, scen. 6: « Détestables « flatteurs! présent le plus funeste Que « puisse faire aux rois la colère cé- « leste! »

7. *Labare.* Codd. *libere.* Unde Palmerius voluit *libare*, hoc est demere. — *Honestarum artium.* Philosophiæ, poetices, oratoriæ. *Freinsh.*

8. *Agis Agivus.* Ἐποποιός, Arrian. IV, 9, 14. Insigne ipsius adulationis specimen dedit Plutarch. de Discrim. Adul. et Amic. c. 34: « Quum Alexander cuidam scurræ magna daret dona, præ invidia ac dolore exclamavit: Proh! rem absurdissimam! quumque iratus rex se ad eum convertisset, et, Quid ais? dixisset; « Fateor, inquit, indignari me ac moleste ferre, quod vos Jove genitos omnes video hominibus adulantibus ac ridiculis uti. Nam et Hercules Cercopibus quibusdam, et Bacchus Silenis sese oblectavit, et tales apud te in pretio esse manifestum est. » — *Post Chœrilum.* Chœrilus, de

rilum conditor, et ex Sicilia Cleo (hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator), et cetera urbium suarum purgamenta, quæ propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a rege præferebantur : hi tum cælum illi aperiebant, Herculemque et Patrem Liberum, et cum Polluce Castorem novo
9 numini cessuros esse jactabant. Igitur festo die omni opulentia convivium exornari jubet, cui non Macedones modo et Græci principes amicorum, sed etiam nobiles adhiberentur : cum quibus quum discubuisset
10 rex, paulisper epulatus, convivio egreditur. Cleo, sicut præparaverat, sermonem cum admiratione laudum ejus instituit; merita deinde percensuit, quibus uno modo referri gratiam posse, si, quem intelligerent deum esse, confiterentur, exigua thuris impensa tanta beneficia
11 pensaturi. Persas quidem non pie solum, sed etiam prudenter reges suos inter deos colere : majestatem

quo etiam Horatius mentionem fecit, quum inter Alexandri comites esset, res ejus carmine ineptissimo composuit. Notum est de pacto, quod inter eum et Alexandrum intercesserit, ut pro singulis versibus, si boni forent, aureum; si mali, colaphum acciperet. — *Cleo.* De quo nihil constat. Quidquid a Cleone disputatum ait Curtius, hoc totum Anaxarcho sophistæ assignare Arrianum, jam monuit Raderus. — *Nationis vitio.* Siculos ab aliis scriptoribus non insigniri tanquam adulatores, σικελίζειν vero de vafris et improbis dici notavit Raderus. Intelligo igitur, Cleonem ideo nationis vitio adulatorem dici, quia Siculi pro pessimis hominum habebantur. — *Purgamenta.* Vide ad VI, 11, 2. — *Castorem.* Quatuor deos enumerant, omnes Jovis filios, quibus Alexandrum exæquant, idem fastigium affectantem. — *Cessuros.* Similis in Cæsarem adulatio Virgilii, Georg. I, 34 : « . . . . tibi brachia contrahit ardens Scorpius, et cæli justa plus parte relinquit. » Sed si noscere velis quo descenderit sub romanis Imperatoribus illa assentatio, adi Lucanum in principio Pharsal.

9. *Nobiles.* Legendum est cum Freinshemio vel *Persæ nobiles*, vel *barbari nobiles*.

10. *Sicut præparaverat.* In aliis *sicut præparatus erat*, *sicut præparatum erat*, legitur. — *Gratiam posse.* Sic cum Modio et nostris regg. Codd. scripsi pro *gratia posset*.

11. *Persas.* Brisson. de Persis : « Quin in hanc usque diem Persarum rex pro deo colitur a suis, appellaturque dominus, qui cælum ac terram fulciat sustineatque; et aqua, qua ille pedes abluit, religiose, ceu res sacra, ac salutare morborum omnium

enim imperii salutis esse tutelam. Nec Herculem qui-
dem et Patrem Liberum prius dicatos deos, quam vi-
cissent secum viventium invidiam : tantumdem quoque
posteros credere, quantum præsens ætas spopondisset.
Quod si ceteri dubitent, semetipsum, quum rex iniisset 12
convivium, prostraturum humi corpus; debere idem
facere ceteros, et in primis sapientia præditos: ab illis
enim cultus in regem esse prodendum exemplum.
Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio ; 13
gravitas viri et prompta libertas invisa erat regi, quasi
solus Macedones paratos ad tale obsequium morare-
tur. Is tum, silentio facto, unum illum intuentibus 14
ceteris : « Si rex, inquit, sermoni tuo adfuisset, nullius
profecto vox responsuri tibi desideraretur; ipse enim
peteret, ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres,
neu rebus felicissime gestis invidiam tali adulatione
contraheres. Sed quoniam abest, ego tibi pro illo 15

medicamentum asservatur. » — *Majestatem imperii.* Sic sententiam illam, quæ sane aliquid recti in se habet, adulatio in pravum usum detorsit. Augustus Philoni (de Legat. ad Caium), videtur « accepisse divinos honores, non quod probaret, sed quia id postularet amplitudo imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus. » Si intelliges apud plebeculam, haud sane inficias iverim, sed apud sanæ mentis hominem nunquam mihi persuasum erit. Et sane ita censebat Julianus, philosophus ille imperator, qui eunuchos, coquos, tonsores, omnem hunc inutilem fastum e palatio exegit, quod absurde improbat Socrates, Histor. Eccles. III, 1: *Ὅτι παυομένη ἡ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πλούτου τοῖς πολλοῖς ἐγγινομένη κατάπληξις, εὐκαταφρόνητον ἐποίει βασιλείαν.* — *Quam vicissent.* Scilicet virtute.

13. *Libertas.* Dicendi, *παῤῥησία.* Callisthenes erat Olynthius, Aristotelis discipulus, moribus paullo asperioribus præditus. Arrian. IV, 10, 1. Omnes, quamvis plura et diversa de Callisthene retulerint, consentiunt, eum solum adorationem prohibuisse, ipsaque ea re interitum sibi parasse. Quidquid de Callisthene in utramque partem memorari potest, congessit Nostras *Sainte-Croix, Examen critique*, p. 355 et seqq.

14. *Si rex, inquit.* Hoc exordio per artem usus est, ut ipsi etiam regi pudorem faceret ejus cupiendæ; non quod ignoraret regis animum, quem homo non ignarus aulæ, sed et consilio liber, facile deprehendere poterat. — *Nullius profecto vox.* Nullius nostrum oratione opus esset, qui responderet tibi. — *Peregrinos.* Plurimi Codd. addunt: *externosque.*

respondeo: nullum esse eumdem et diuturnum et præcocem fructum; cælestesque honores non dare te regi, sed auferre: intervallo enim opus est, ut credatur deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt.
16 Ego autem seram immortalitatem precor regi, ut vita
17 diuturna sit, et æterna majestas. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas. Herculem modo et Patrem Liberum consecratæ immortalitatis exempla referebas. Credisne, illos unius convivii decreto deos factos? prius ab oculis mortalium amolita
18 natura est, quam in cælum fama perveheret. Scilicet ego et tu, Cleo, deos facimus! a nobis divinitatis suæ auctoritatem accepturus est rex! potentiam tuam experiri libet: fac aliquem regem, si deum potes facere;

15. *Nullum esse eumdem et diuturnum et præcocem fructum.* Hoc est, multum differre fructum præcocem, cito ad maturitatem pervenientem, a diuturno, qui post longius spatium maturuerit. Illum plerumque cito putrescere, hunc diutius conservari. Ut multi Codd. habent *præcoquem* pro *præcocem*, notandum est ex Gellio, X, 11, debere dici, *præcocem;* sed tamen hanc vocem esse duplicis ordinis, secundi nempe et tertii, ut dicatur *præcoquus* et *præcox*, quod in Commentariis ad Martialem, lib. XIII, Epigr. 46, docuit Freinshemius. — *Sed auferre.* Quia viventi adhuc divinos honores afferre, adulationis speciem habet; oblatos accipere intolerandæ ambitionis est: utraque offensi hominum animi ne mortuo quidem illos decernendos putabant.

16. *Seram immortalitatem.* Ut demum post vitam diuturnam deorum numero adscribatur.

17. *Consecratæ immortalitatis exempla.* Hoc est, virorum, post vitam exactam immortalitati consecratorum, inter deos receptorum.—*Amolita natura est.* Illos ab hominum conspectu mors abstulit.

18. *Scilicet ego et tu.* Ælian. Hist. Var. II, 19, multa curiosa retulit de hac cælestium honorum in Alexandro cupidine. Acutissima est Lacedæmoniorum responsio ad legatos qui Alexandrum pro deo agnoscendum juberent: Deus esse vult Alexander; sit deus. — *Fac aliquem regem.* Age, experire vires tuas: minus est regem creare et facere quam deum. Si regem non potes, quando poteris deum? — *Facilius est.* Antea legebatur: *Facilius est imperium dare quam cælum.* Sed cur lectionem quam nostri regg. cæterique optimi et antiquissimi Codd. exhibent, rejecerint edd. non satis intelligo. Vulgata languidior. Et profecto majorem vim habere videntur hæc εἰρωνικῶς prolata, quasi ad propositum suum ipse respondeat: *Fac regem, si deum potes;* at *facilius* scilicet *est cælum quam imperium dare.*

facilius est cælum dare, quam imperium. Dii propitii 19
sine invidia, quæ Cleo dixit, audierint, eodemque cursu, quo fluxere res, ire patiantur; nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriæ, nec desidero ad quem modum rex mihi colendus sit, discere; quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quîs vivamus, accipimus.» Æquis auribus Callisthenes 20
veluti vindex publicæ libertatis audiebatur: expresserat non assensionem modo, sed etiam vocem, seniorum præcipue, quibus gravis erat inveterati moris externa mutatio. Nec quidquam eorum, quæ invicem 21
jactata erant, rex ignorabat; quum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret. Igitur ad Agin et Cleonem misit, ut sermone finito barbaros tantum, quum intrasset, procumbere suo more paterentur: et paullo post, quasi potiora quædam egisset, convivium repetit. Quem venerantibus Persis, Polypercon, qui cubabat 22

19. *Discere.* Vel cum Acidalio *a Persis discere,* vel cum Freinshemio *a victis discere* legendum est. Nec doceri cupio a Persis quatenus regem venerari debeam. Eadem fere Callisthenem Alexandro loquentem finxit *Montesquieu*, in eo opere quod supra laudavimus, *Lysimaque :* « Seigneur, vous « êtes chef de deux nations: l'une, es« clave avant que vous l'eussiez sou« mise, ne l'est pas moins depuis que « vous l'avez vaincue; l'autre, libre « avant qu'elle vous servît à remporter « tant de victoires, l'est encore depuis « que vous les avez remportées. Je suis « Grec, seigneur; et ce nom, vous l'a« vez porté si haut, que, sans vous « faire tort, il ne nous est plus permis « de l'avilir. » Laudanda quoque est Callisthenis in Arriano oratio, et cum Curtiana conferenda, lib. IV, c. 11.

20. *Expresserat.* Hac oratione excitati non solum assentiebant, sed etiam in hunc sensum loquebantur.

21. *Aulæam. Aulæa et aulæum* velum est quo parietes vestiuntur (*tapisseries*), aut triclinium, ut hoc loco, dividitur. Plerique librorum *aulæam* habent, muliebri forma; usitatius neutrum genus numero plurativo. Sic vocantur, quia in *aulis* præcipue regum prætendi solerent.

22. *Polypercon.* Leonnatum nominat Arianus, IV, 12, 3. Simile quid posterius accidisse Cassandro scripsit Plut. Vit. Al. c. 74. — *Qui cubabat super regem.* Observa hic veterem discumbendi modum : mensæ accumbebant, reclinata supera parte in cubitum sinistrum. Tres autem uno lecto, ut plurimum, cubabant. Qui ad caput lecti, summus; qui ad pedes, imus dicebatur; qui inter illos, medius. Polypercon supra regem mensæ accum-

super regem, unum ex iis mento contingentem humum per ludibrium cœpit hortari, ut vehementius id quateret ad terram; elicuitque iram Alexandri, quam
23 olim animo capere non poterat. Itaque rex, « Tu autem, inquit, non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse ludibrio? » Ille nec regem ludibrio, nec
24 se contemptu dignum esse respondit. Tum detractum eum lecto rex præcipitat in terram; et quum is pronus corruisset, « Videsne, inquit, idem te fecisse, quod in alio paullo ante ridebas? » Et tradi eo in custodiam jusso, convivium solvit. Polyperconti quidem postea, castigato diu, ignovit.

1 VI. In Callisthenem, olim contumaciæ suspectum, pervicacioris iræ fuit, cujus explendæ matura obvenit
2 occasio. Mos erat, ut supra dictum est, principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere ad munia, haud multum servilibus ministeriis abhorren-
3 tia. Excubabant servatis noctium vicibus proximi foribus ædis, in qua rex acquiescebat; per hoc pellices introducebantur alio aditu, quam quem armati obsi-
4 debant. Iidem acceptos ab agasonibus equos, quum rex adscensurus esset, admovebant; comitabanturque

hebat; rex medius, utpote dignissimus. — *Olim.* Jampridem.

24. *Castigato diu.* Postquam diutius eum in custodia teneri jusserat. Ceterum recte Raderus hæc cum sequentibus conjunxit, ita distinguens : « Polyperconti quidem postea, castigato diu, ignovit: in Callisthenem olim contumaciæ suspectum pervicacioris iræ fuit, etc. » De conatu Alexandri adorationem persicam inter Macedones instituendi copiosior est Arrian. IV, 9, 13—12, 10; brevior Plut. Vit. Al. 54, et Just. XII, 7. Vide quoque *Sainte-Croix*, loco laudato.

2. *Ut supra dictum est.* Libro V, c. 1, 42, confer. notam ad IV, c. 13, 19. Morem antiquissimum fuisse colligas ex Curt. VIII, 8, 3, et Valer. Max. III, 3, ext. 1. Alii a Philippo institutum scripserunt. — *Excubabant.* Id moris fuisse apud Romanos quoque imperatores testatur Sueton. Galba, X, 3 : « Delegit et equestris ordinis juvenes, qui, manente annulorum aureorum usu, *Evocati* appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. »

4. *Agasones.* Equos agentes, ut explicat Festus Pompeius.

enantem, et in præliis, omnibus artibus studio-
liberalium exculti. Præcipuus honor habebatur, 5
d licebat sedentibus vesci cum rege: castigandi eos
ɔeribus nullius potestas præter ipsum erat. Hæc 6
ɔrs velut seminarium ducum præfectorumque apud
edonas fuit: hinc habuere posteri reges, quorum
ɔibus post multas ætates Romani opes ademerunt.
ır Hermolaus, puer nobilis ex regia cohorte, quum 7
ım telo occupasset, quem rex ferire destinaverat,
u ejus verberibus affectus est; quam ignominiam
e ferens, deflere apud Sostratum cœpit. Ex eadem 8
orte erat Sostratus, amore ejus ardens: qui quum
ratum corpus, in quo deperibat, intueretur, for-
ı olim ob aliam quoque caussam regi infestus, ju-
em, sua sponte jam motum, data fide acceptaque
ɔulit, ut occidendi regem consilium secum iniret.
puerili impetu rem exsequuti sunt: quippe so- 9
er legerunt, quos in societatem sceleris adscisce-

Sedentibus. Rex accubabat, et ·ege majores principes et amici; es pueri, principum filii sede- «Olim autem, ut inquit Duris, ı. I, 14, sedebant in cœnis he- non accumbebant : qui mos ındro etiam interdum servabatur. ım aliquando quadringentos du- ı sellis aureis et argenteis veste ırea stratis sedentes ac reclinatos vio excepit.» Edit. Bipont. vol. I, . — *Nullius potestas.* Heinsius et iederus legunt, *nulli jus*, deleta *ɔotestas*, quæ ex glossa τοῦ jus.

Velut seminarium ducum. Vide . VIII, 1, 3. Alexander mortuus ıte Ch. 323; post quem regnum lonicum in plures partes divisum quæ ex ducibus Alexandri reges acceperunt. Omnium longissime ʼit regnum ægyptium, ex quo tandem Augustus a. 30 a. Ch. n. provinciam romanam fecit. Reliqua regna prius alio atque alio tempore in potestatem vel Romanorum, vel aliorum pervenerunt.

7. *Verberibus affectus est.* Affectum nosce, qui inest venantibus, ut nempe ægre ferant, gloriam sibi venationis ab alio præripi. Morte multatum ob hanc caussam·a rege assyrio Gobryæ filium narrat Xenophon, Cyropæd. IV, et ab Artaxerxe Megabyzum Ctesias.

8. *In quo deperibat.* Quod vehementer amabat. Sed dubitatur, an *deperire in aliqua re* latinum sit; quare Schefferus et Heinsius maluerunt, *corpus id, quod deperibat,* quum in Frobeniano Cod. legatur *in quod;* licet Modius virgis percutiendos esse judicaret, qui Heinsianam lectionem admitterent.

rent: Nicostratum, Antipatrum, Asclepiodorumque, et Philotam placuit adsumi; per hos adjecti sunt Anticles,
10 Elaptonius et Epimenes. Ceterum agendæ rei haud sane facilis patebat via: opus erat eadem omnes conjuratos nocte excubare, ne ab expertibus consilii impedi-
11 rentur; forte autem alius alia nocte excubabat. Itaque in permutandis stationum vicibus, ceteroque apparatu exsequendæ rei, triginta et duo dies absumpti sunt.
12 Aderat nox, qua conjurati excubare debebant, mutua fide læti, cujus documentum tot dies fuerant: neminem metus spesve mutaverat; tanta omnibus vel in
13 regem ira, vel fides inter ipsos fuit! Stabant igitur ad fores ædis ejus, in qua rex vescebatur, ut convivio
14 egressum in cubiculum deducerent. Sed fortuna ipsius, simulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere tempus: nunc lætis conjuratis, quod sopitum agressuri essent, nunc sollicitis, ne in lucem convivium extraheretur:
15 quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere; ipsorum post VII dies reditura vice: nec sperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem.
16 Ceterum quum jam lux appeteret, et convivium solvitur, et conjurati exceperunt regem, læti occasionem exsequendi sceleris admotam; quum mulier attonitæ,

9. *Antipatrum Asclepiodorumque.* Cum Aldo ex Arriano, IV, 13, 7, legendum est: *Antipatrum, Asclepiodori,* qui tum Syriæ præerat, *filium.* Fuit enim Hermolaus Sopolidis filius; Sostratus Amyntæ, nescio cujus; Epimenes Arseæ; Anticles Theocriti; Philotas Carsidis, Thracis. Nicostratum et Elaptonium Arrianus non nominavit.

10. *Expertibus consilii.* Ab ignaris conjurationis.

13. *Tot dies. Silentio acti* addit Cod. Theocr.

15. *Post VII dies.* Novem omnino in conjurationis societatem coiere: septima quaque nocte ad eos redibat officium excubandi; tres ergo et sexaginta erant excubitores. Hoc Raderus. Sed prior præmissarum certa non est. Ejecto enim Asclepiodoro octo sunt conjurati pro novem. Ad minimum tamen L pueros nobiles Alexandro fuisse, colligitur ex lib V, 1, 42. Ceterum pro *post VII dies* Heinsius cum Voss. 2, mavult: *post septimum diem.*

16. *Mulier.* Syram appellat Arrian.

ut creditum est, mentis, conversari in regia solita, quia instinctu videbatur futura prædicere, non occurrit modo abeunti, sed etiam semet objecit; vultuque et oculis motum præferens animi, ut rediret in convivium monuit : et ille per ludum, bene deos suadere 17
respondit; revocatisque amicis in horam diei ferme secundam convivii tempus extraxit. Jam alii ex cohorte 18
in stationem successerant, ante cubiculi fores excubituri; adhuc tamen conjurati stabant, vice officii sui expleta: adeo pertinax spes est humanæ mentis, quam ingentes concupiscentiæ devorant. Rex benignius quam 19
alias alloquutus, discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perstitissent, jubet. Data sunt singulis quinquaginta sestertia, collaudatique, quod, etiam aliis

IV, 13, qui hæc ipsa ex Aristobulo tradidit. — *Attonitæ*. *Attonitus* proprie dicitur, inquit Servius, Æneid. III, 172, cui casus vicini fulminis, et sonitus tonitruum dant stuporem. Fit ab antiquo verbo *attono*, quod apud Ovid. legitur, Epist. IV, « Numine contactas attonuere suo. » Hic vero apud Curtium, *attonitæ mentis* idem est atque *parum sanæ*, sive furore quodam turbatæ, cujusmodi fere omnes mulieres erant, quæ futura vaticinari credebantur, ut ex exemplis colligere est, quæ Freinshemius ad hunc locum congessit. — *Conversari in regia solita*. Initio risui fuerat; quum autem omnia vera vaticinari videretur, liber ei accessus ad regem et noctu et interdiu factus est. — *Instinctu*, sc. divino, κάτοχος ἐκ τοῦ θείου γιγνομένη. Idem sensus est, quum *attonitæ mentis* fuisse dicitur.

17. *Horam secundam*. Post solis ortum.

18. *Ex cohorte*. Puerorum nobilium. — *Humanæ mentis*. Sic scripsi ex meo regio Cod. 5718, et ex Cod. P. Snakenb. Mira est hoc loco varietas codicum. Modii conjecturam, quam approbant Acidalius, Freinshemius et Schmieder. præbet noster 5717 : *quam humanæ mentes devorarunt ;* tum *ingentes concupiscentiæ* pro glossa habentur. Subscribit tamen *Schmieder* Freinshemio, non hanc lectionem mendo carere censenti; *spe aliquid devorare* non semel se legisse, ait Freinshemius; *ipsam spem*, neutiquam. Fortasse pro *devoraverant* cum Tellierio legendum est : *foverunt*. Hæc quam admisimus, lectio, a Scheffero probatur; clariorem sensum habet, et, licet non sæpissime usurpata, latinitati tamen non repugnat. Gallice quoque dicimus : « un cœur dévoré par de « grandes passions. »

19. *Quinquaginta sestertia*. Sestertium si valet 195 fr. nostrorum nummorum, quinquaginta sestertia æqualia sunt circiter 9,800 fr. Cui nimia videtur Alexandri munificentia, cum duobus editis antiquis legat *tria ses-*

20 tradita vice, tamen excubare perseverassent. Illi tanta spe destituti domos abeunt; et ceteri quidem exspectabant stationis suæ noctem: Epimenes, sive comitate regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus, sive quia cœptis deos obstare credebat, fratri suo Eurylocho, quem antea expertem esse consilii voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotæ sup-
21 plicium in oculis erat. Itaque protinus injicit fratri manum, et in regiam pervenit: excitatisque custodibus corporis, ad salutem regis pertinere, quæ affer-
22 ret, affirmat. Et tempus, quo venerant, et vultus haud sane securi animi index, et mœstitia e duobus alterius, Ptolemæum ac Leonnatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt: itaque, apertis foribus et lumine illato, sopitum mero ac somno excitant regem. Ille pau-
23 latim mente collecta, quid afferent, interrogat. Nec contatus Eurylochus, non ex toto domum suam aversari deos, dixit, quia frater ipsius, quamquam impium facinus ausus foret, tamen et pœnitentiam ejus ageret, et per se potissimum profiteretur indicium: in eam

tertia, quæ circiter 585 fr. respondent, ex numerandi ratione, quam dedit *Achaintre*, ad Juven. sat. IV.

20. *Deos obstare.* Propter Syram vatem. — *Fratri suo Eurylocho.* Epimenes rem narrat Charicli, Menandri filio; Charicles Eurylocho, Epimenis fratri. Arrian. IV, 14, 12. Hæc ipsa, inquit *Schmieder*, Curtium quoque scripsisse suspicor ex sequentibus: *Omnibus Philotæ supplicium in oculis erat.* De duobus enim non dicere poterat omnibus: sed errat v. cl. *omnibus* hoc loco pro *omni exercitui est.* Sensus est: cuilibet viro, in toto exercitu, locutus fuisset Epimenes, idem accidisset, quia *omnibus Philotæ*, etc.

21. *Excitatisque corporis custodibus.* Non intelligo pueros nobiles, qui vigilias agere debebant, sed custodes majoris dignitatis, h. l. Ptolemæum Lagi fil. et Leonnatum, ipsos quoque ad cubiculi regii limen excubantes.

22. *Alterius.* Epimenis, et rei, et reliquorum consciorum proditoris. — *Excitaverunt.* Malo *excitaverant* cum Acidalio.

23. *Non ex toto.* Non omnino familiæ suæ infensos esse deos. — *Et per se*, ipsum qui loquebatur. Nam et hoc, ut notavit Freinshemius, pertinebat ad purgandam domum, ut scilicet alter fratrum pœnitentiam ageret; alter non innoxius tantum, sed etiam indicii delator atque minister esset. — *Decederet.* Alii *detegeret.*

a noctem, quæ decederet, insidias comparatas
e: auctores scelesti consilii esse, quos minime cre-
t rex. Tum Epimenes cuncta ordine, consciorum- 24
nomina exponit. Callisthenem non ut participem
oris nominatum esse constabat; sed solitum pue-
m sermonibus vituperantium criminantiumque
m faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, quum 25
nolaus apud eum quoque verberatum se a rege
'eretur, dixisse Callisthenem, meminisse debere
am viros esse: idque an ad consolandam patien-
verberum, an ad incitandum juvenum dolorem
um esset, in ambiguo fuisse. Rex, animi corporisque 26
re discusso, quum tanti periculi, quod evaserat,
o oculis oberraret, Eurylochum L talentis et
sdam Tyridatis opulenti bonis donat protenus;
'emque, antequam pro salute ejus precaretur,
tuit. Sceleris autem auctores, interque eos Cal- 27
enem, vinctos asservari jubet: quibus in regiam
ıctis, toto die et nocte proxima, mero ac vigiliis

Non ut participem. Ex Arrian. 4, 1, a fide dignissimis Alexan- storicis, Ptolemæo et Aristobulo, am esse discimus, pueros hoc ie dixisse, se a Callisthene ad fa- adeundum incitatos fuisse. — aullo post monuit Arrianus quo- nulta etiam alia eaque diversa ab le hisce rebus scripta esse. Auc- t Plutarchus, c. 97, eos consu- Callisthenem qua ratione claris- possent evadere: Callisthenem, si simnm e medio tollerent, respon- Sed idem de Pausania, Philippi re, narrant Diodor. XVI, 95, et . Max. VIII, 14, 4. Putat igitur shemius esse apud Plutarchum νικὸν ἁμάρτημα.

. *Jam viros esse.* Ambigua sane sententia. Si in malam partem et invi- diam trahas, expones: Indignissimam rem videri, jam viros adhuc puerorum more verberibus castigari: tantam vero injuriam et contumeliam a viris non modo non ferendam, sed omnibus modis ulciscendam. Et hoc est, quod Curtius dixit, videri dictum hoc a Callisthene ad dolorem juvenum inci- tandum. Mitior sensus alter est: non tam ægre ferendam corporis castigatio- nem, nec puerorum modo lamentan- dum; fortium enim esse virorum, for- tia pati.

27. *Toto die et nocte.... acquievit.* Plut. Vit. Alex. 23: Ἦν δὲ και πρὸς οἶνον ἧττον ἢ ἐδόκει καταφερής· ἔδοξε δὲ, διὰ τὸν χρόνον, ὃν οὐ πίνων μαλ- λον ἢ λαλῶν εἷλκεν, ἐφ' ἑκάστης κύλι-

28 gravis, acquievit. Postero autem frequens consilium adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant, ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, omnium
29 devotis capitibus, qui sanguine contigissent eos. Rex introduci conjuratos præter Callisthenem jussit: atque,
30 quæ agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. Increpantibus deinde universis eos, ipse rex, quo suo merito tantum in semet cogitassent facinus, interrogat.

1 VII. Stupentibus ceteris, Hermolaus: «Nos vero, inquit, quoniam, quasi nescias, quæris, occidendi te consilium inivimus, qui non ut ingenuis imperare cœpisti,
2 sed quasi in mancipia dominaris.» Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis, parricidam etiam parentis sui clamitans esse, consurgit, et ad os manu objecta, scelere
3 et malis insanientem ultra negat audiendum. Rex, inhibito patre, dicere Hermolaum jubet, quæ ex magistro didicisset Callisthene; et Hermolaus: «Utor, inquit, beneficio tuo, et dico, quæ nostris malis didici.

χος ἀεὶ μακρόν τινα λόγον διατιθέμενος, καὶ ταῦτα, πολλῆς σχολῆς οὔσης· ἐπεὶ πρός γε τὰς πράξεις οὐκ οἶνος ἐκεῖνον, οὐχ ὕπνος, οὐ παιδιά τις, οὐ γάμος, οὐ θέα, καθάπερ ἄλλους στρατηγοὺς, ἐπέσχε· et paullo post adjicit : τὸν δὲ πότον, ὥσπερ εἴρηται, μακρὸν ὑπ' ἀδολεσχίας, ἐξέτεινε· deinde : μετὰ δὲ τὸν πότον λουσάμενος ἐκάθευδε πολλάκις μέχρι μέσης ἡμέρας· ἔστι δ' ὅτε καὶ διημέρευεν ἐν τῷ καθεύδειν. Hæc de Alexandri potionibus debet Plutarchus Aristobulo, ut ex Arrian. VII, 29, 9, videmus. Athenæus autem l. X, p. 434, longus est de Alexandri vinolentia, eumque per totum triduum temulentiam edormivisse tradit. Certe distinguendum est inter priora tempora et posteriora. De prioribus, quæ Plutarchus; de posterioribus, quæ Athenæus aliique habent, quum nimis jam lubidini indulgeret, vera esse videntur.

28. *Contigissent eos*. Legit *reos* Heinsius. Sensus est: quum universorum ipsis cognatorum vita proscripta esset.

29. *Præter Callisthenem*. Quod non esset Macedo, sed Olynthius. Cf. VIII, 8, 19.

2. *Sopolis*. Dux equitum ex Amphipoli conscriptorum. — *Etiam parentis sui*. Confer. cap. 6, 28 : quia lege Macedonum omnes propinqui rei occidebantur. Miror neminem notavisse excusatam tali lege Parmenionis necem. Nam, Macedonum judicio, Philotas reus mortem meruerat.

3. *Didici*. Heinsius proponit : *vis*

ta pars Macedonum sævitiæ tuæ superest? quotus- 4
que non e vilissimo sanguine? Attalus, et Philotas,
ırmenio, et Lyncestes Alexander, et Clitus, quan-
ad hostes pertinet, vivunt; stant in acie, te cly-
suis protegunt, et pro gloria tua, pro victoria vul-
accipiunt: quibus tu egregiam gratiam retulisti.
s mensam tuam sanguine suo adspersit; alius ne 5
lici quidem morte defunctus est : duces exerci-
ı tuorum in equuleum impositi, Persis, quos vice-
, fuere spectaculo. Parmenio, indicta caussa, tru-
:us est, per quem Attalum occideras. Invicem 6
ı miserorum uteris manibus ad expetenda sup-
a: et, quos paullo ante ministros cædis habuisti,
to ab aliis jubes trucidari.» Obstrepunt subinde 7
:ti Hermolao : pater supremum strinxerat fer-
, percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a
: quippe Hermolaum dicere jussit, petiitque, ut
sas supplicii augentem patienter audirent. Ægre 8
coercitis, rursus Hermolaus, «Quam liberaliter,
ıit, pueris, rudibus ad dicendum, agere permittis!
allisthenis vox carcere inclusa est, quia solus po-
dicere. Cur enim non producitur, quum etiam 9
:essi audiuntur? nempe quia liberam vocem inno-
:is audire metuis, ac ne vultum quidem pateris.

male. Opponitur Alexandri sen-
: Dico non sane, quæ ex Cal-
ıe didici, sed quæ a nostris ca-
ıtibus edoctus sum.

Non e vilissimo. Ex nobilissimo
ine. — *Attalus.* Vide ad VI, 9,
: de aliis, suo loco. — *Quantum*
stes. Quamdiu cum solis hosti-
:s illis fuit.

Ne simplici quidem morte. Ut
:as antea in equuleum impositus,
ına morte mortuus videtur : fit
enim mors quasi multiplex tormentis.

7. *Supremum.* Ad ultimum. Non
sane, ut vult *Tellier,* capulo ensis ma-
num admoverat. Eodem sensu est ac
ultimum in Nostro, V, 12, 8 : « Artaba-
zum, ultimum illum visurus, amplec-
titur. » Et *postremum* in Terent. Andr.
act. II, sc. 1, v. 22. « Si id facis, ho-
die postremum me vides. » — *Augen-*
tem. Oratione et maledictis, quæ cu-
mulum sceleri additura essent.

8. *Agere.* Caussam.

10 Atqui nihil eum fecisse contendo: sunt hic, qui mecum
rem pulcherrimam cogitaverunt; nemo est, qui con-
scium fuisse nobis Callisthenem dicat, quum morti
olim destinatus sit a justissimo et patientissimo rege.
11 Hæc ergo sunt Macedonum præmia, quorum ut super-
vacuo et sordido abuteris sanguine! At tibi xxx millia
mulorum captivum aurum vehunt, quum milites
nihil domum præter gratuitas cicatrices relaturi sint.
Quæ tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos
barbaris dederes, et, novo more, victores sub jugum
12 mitteres. Persarum te vestis et disciplina delectat:
patrios mores exosus es. Persarum ergo, non Macedo-
num regem occidere voluimus; et te transfugam belli
13 jure persequimur. Tu Macedonas voluisti genua tibi po-
nere, venerarique te, ut deum: tu Philippum patrem
aversaris; et, si quis deorum ante Jovem haberetur, fa-
14 stidires etiam Jovem. Miraris, si liberi homines super-
biam tuam ferre non possumus? Quid speramus ex te,
quibus aut insontibus moriendum est, aut, quod tristius

10. *Rem pulcherrimam.* Cædem tyranni. « Græci enim deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. » Cic. pro Milon. 29. — *Quum morti olim destinatus sit a rege.* Licet sciamus eum morti a te destinatum, neque posse liberari ullo nostro silentio, nemo tamen eum nominat. — *Justissimo et patientissimo.* Hæc ironice dicta sunt.

11. *XXX millia mulorum.* Si omnem pecuniam et res pretiosas ab Alexandro diversis locis captas computaveris, de numero mulorum, ingenti quidem, vix dubitari potest. Sed ingentem numerum dixisse Hermolaum, ut majorem invidiam excitaret, potius credendum est. — *Sub jugum mitteres Persarum.* Cogeres Persarum mores sequi, quasi Persæ essent victores, non victi. Sed cave ne credas hoc esse jugum, quo equi bovesve junguntur: jugum illud est, quod sic a Livio describitur, lib. III: « Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas una transversa deligata. » Sub hoc transire victi cogebantur a victoribus, unde *subjugandi* verbum, quod per translationem vincere, domare, subigere significat.

12. *Transfugam.* Quia transisse in Persarum partes videbatur, quorum se ritibus addixerat. Adstipulatur Curtio Valer. Maxim., IX, 5, 1, extr.: « Fastidio Philippi, Jovem Hammonem patrem adscivit: tædio morum et cultus macedonici, vestem et instituta persica assumpsit: spreto mortali habitu,

morte est, in servitute vivendum? Tu quidem, si emendari potes, multum mihi debes: ex me enim scire cœpisti, quod ingenui homines ferre non possunt. De cetero parce [his], quorum orbam senectutem suppliciis ne oneraveris: nos jube duci, ut, quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.» Hæc Hermolaus. 15

VIII. At rex, «Quam falsa sint, inquit, quæ iste tradita a magistro suo dixit, patientia mea ostendet. 1
Confessum enim ultimum facinus, tamen, ut vos quoque, non solum ipse, audiretis, expressi; non imprudens, quum permisissem huic latroni dicere, usurum eum rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco colere deberet, vellet occidere. Nuper, quum procacius se in venatione gessisset, more patrio et ab 2
3

divinum æmulatus est; nec fuit ei pudori filium, civem, hominem dissimulare.»

14. *Morte tristius.* Omnibus veteribus communis fuit hæc sententia. Tullii tantum auctoritatem adhibere satis sit; ille igitur, Philipp. II, c. 44: «Servitus postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum.» Ibid. III, 14: «Cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia serviamus.» Ibid. X, 9: «Mors civibus romanis semper servitute potior.»

15. *Multum mihi debes.* Mihi, qui tua tibi vitia libere exposui. — *Parce, quorum.* Legi potest cum duobus Codd. *parce his*, sc. parentibus nostris præsentibus: petimus, *ne horum senectutem*, per nostram mortem *orbam*, ipsorum quoque *suppliciis oneraveris.* Potest etiam ex Clerici conjectura pro *parce quorum* legi, *parentum.* — *Jube duci;* ad supplicium, quod integre legitur apud Just. XII, 11. Ceterum *duci* absolute positum pro *mitti ad supplicium*, usitatum apud Latinos. Plin. Epist. X, 97. «Perseverantes duci jussi;» Florus, III, 21: «Morte damnati duci jubentur.» — *Quod.... consequamur.* Nempe, finem servitutis.

1. *Ostendet.* Cum Acidalio malo *ostendit*, præterito tempore.

2. *Expressi.* Quamquam enim facinus pessimum jam confessus erat, tamen non solum ipse eum audire volui, sed expressi quoque, hoc est, auctoritate mea vos, licet subinde obstrepentes, coegi, ut eum audiretis; atque hac ipsa re patientiam meam ostendi. Ceterum cum Freinshemio legere mallem: *ut vos quoque ipsi audiretis.* In Codd. locus male affectus est. In nostris nullum sensum habet. — *Non imprudens:* non ignorans. — *Deberet.* Sic dedi cum sex Codd. nostris regg. et Schmiedero, pro *debet.*

3. *In venatione.* Cf. c. 6, 7. — *Hoc et oportet fieri.* Acidalius emendat: *Hoc et oportet fieri*, vel potius *ferri, et ferunt a tutoribus pupilli*, etc. Freinshemius: *Hoc et oportet fieri et*

antiquissimis Macedoniæ regibus usurpato, eum castigari jussi: hoc et oportet fieri; et, ut a tutoribus pupilli, a maritis uxores, servis quoque pueros hujus
4 ætatis verberare concedimus. Hæc est sævitia in ipsum mea, quam impia cæde voluit ulcisci: nam in ceteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quam mitis sim, non ignoratis; et commemorare supervacuum est.
5 Hermolao parricidarum supplicia non probari, quum eadem ipse meruerit, minime Hercule admiror: nam quum Parmenionem et Philotam laudat, suæ servit
6 caussæ. Lyncesten vero Alexandrum, bis insidiatum capiti meo, a duobus indicibus liberavi: rursus convictum per biennium tamen distuli; donec vos postu-
7 laretis, ut tandem debito supplicio scelus lueret. Attalum, antequam rex essem, hostem meo capiti fuisse meministis. Clitus utinam non coegisset me sibi irasci! cujus temerariam linguam, probra dicentem mihi et vobis, diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tu-
8 lisset. Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia: ubi vero reverentia excessit animis, et summa imis confundimus, vi opus

fit : *tutoribus pupillos, maritis uxores, servis quoque hujus ætatis pueros verberare concedimus.* Tutoribus id jus Romæ fuisse colligitur e tutelæ definitione, quæ sit *vis ac potestas in capite libero.* — *Uxores.* Ne tamen sine legitimis caussis, neve flagellis id fiat, Arg. lib. VIII, § 2, C. de Repud. et Nov. 117, c. 14. Loquitur enim Curtius ex jure romano, potius quam ex macedonico, seu græco. — *Servis.* Inprimis pædagogis. *Id.* Non consentanea videtur scripsisse Curtius, dum, quos supra V, 1, 42, *principum liberos adultos* appellaverat, nunc *pueros hujus ætatis* dicit, quos verberare servis concedebatur. Sed hæc Alexander per hyperbolen.

6. *Lyncesten.* Lege not. ad VII, 1, 5.

8. *Clementia.* Videtur expressisse Isocratis verba in Nicocle, 3, 11: *Μὴ μόνον τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε τοὺς χαλεποὺς ἢ πράους εἶναι τοὺς τυράννους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῶν πολιτῶν.* Eodem recidit sententia illa Theopompi, apud Plutarch. Apophth. Lac. c. 65, qui interrogatus, quid ita Sparta floreret? quiane reges recte imperare scirent? « immo, inquit, quia cives parere. »

est, ut vim repellamus. Sed quid ego mirer, istum 9
crudelitatem mihi objecisse, qui avaritiam exprobrare
ausus sit? Nolo singulos vestrum excitare, ne invisam
liberalitatem meam faciam, si pudori vestro gravem
fecero. Totum exercitum adspicite : qui paullo ante
nihil præter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis;
mensas auro onerant; greges servorum ducunt: spolia
de hostibus sustinere non possunt. At enim Persæ, 10
quos vicimus, in magno honore sunt apud me! Equi-
dem moderationis meæ certissimum indicium est,
quod ne victis quidem superbe impero : veni enim in
Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut di-
midiam partem terrarum solitudinem facerem, sed ut

9. *Sed quid ego mirer.* Arguto genere defensionis utitur, insimulatum se crimine avaritiæ, a quo nemo dubitet eum esse alienissimum : facile igitur judicari posse, ne ceteris quidem criminationibus fidem adhibendam. Notus est Alexandri liberalis animus, de quo *Vauvenargues,* tom. 1, pag. 259 : « Le maître le plus libéral qu'il y eut jamais, jusqu'à ne réserver pour lui que l'espérance. » — *Argenteis lectis.* Mirum est, quod de argenteis lectis ait Curtius, et quidem tam vulgatos fuisse, ut toti exercitui tribuantur. Certe de Heliogabalo Imperatore rem inusitatam prodere sibi videtur Lampridius, 20 : » Hic solido argento factos habuit lectos, et triclinares et cubiculares.» Forsitan hi solidi argenti fuerint, illi militum leviter ornati, vel inducti et bracteati. Stupenda sane de macedonici exercitus luxu tradidere Arr. VIII, 4; Ath. XII, p. 538; Ælian. Var. Hist. VIII, 7. Vid. quoque *Ste-Croix, Examen critique*, pag. 380 et seqq. — *Non possunt.* Post hanc sententiam, scriberem libens, cum Freinshemio, eam quæ legitur in § 12 : *Et sane plus habemus, quam cupimus : insatiabilis autem avaritiæ est, adhuc implere velle, quod jam circumfluit.* Nam illa intermedia, *et sane plus,* interveniunt alieno argumento, quum ibi de Persis eorumque moribus imitandis agatur. Si Freinshemianam lectionem admittas, sensus est : Asia subjecta, ego et Macedones majores divitias accepimus, quam nostris ipsi viribus firmiter retinere possumus. Cur ergo graviter et superbe Persis imperare deberem? ut majores adhuc divitiæ e provinciis exhauriendis cogantur, quum, quas habemus, non capiamus? *insatiabilis avaritiæ est, adhuc implere velle id, quod jam circumfluit,* hoc est, nimis repletum est, ut ne capiat quidem prius infusa.

10. *Solitudinem facerem.* Longe diversa Romanorum agendi ratio, qui, ut inquit Britannus ille apud Tacit. Agric. 30, 7 : « Ubi solitudinem fecere, pacem appellant. » Curtii sententiam expressit *Montesquieu, Esprit des loix,* liv. X, c. 14. « Les Romains conqui-

illos quoque, quos bello subegissem, victoriæ meæ non
11 pœniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti rebellassent. Non est diuturna possessio, in quam gladio
12 inducimur; beneficiorum gratia sempiterna est. Si habere Asiam, non transire volumus, cum his communicanda est nostra clementia : horum fides stabile et æternum faciet imperium. Et sane plus habemus, quam capimus : insatiabilis autem avaritiæ est, adhuc
13 implere velle, quod jam circumfluit. Verum tamen eorum mores in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video, quæ non erubescamus imitari : nec aliter tantum imperium apte regi potest, quam ut quædam et tradamus illis, et ab iisdem dis-
14 camus. Illud pæne dignum risu fuit, quod Hermolaus postulabat a me, ut aversarer Jovem, cujus oraculo agnoscor. An etiam, quid dii respondeant, in mea
15 potestate est? Obtulit nomen filii mihi: recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit. Utinam Indi quoque deum esse me credant! fama enim bella con-

« rent tout pour tout détruire; il vou« lut tout conquérir pour tout conser» ver; et, quelque pays qu'il parcou« rût, ses premières idées, ses pre» miers desseins furent toujours de « faire quelque chose qui pût en aug« menter la prospérité et la puissance.» — *Non pœniteret.* Par illud est Theodorici apud Cassiod. Var. Ep. III, 43: « Nobis propositum est, Deo juvante, sic vincere, ut subjecti se doleant nostrum dominium tardius acquisiisse. »

12. *Cum his communicanda.* His gentibus impertienda est nostra mansuetudo.

15. *Haud alienum.* Commodissimum fuit, ut populi, si dei filium me crederent, prius opinione de me, quam armis, vincerentur. Idem Alexandro refert Diogenes, in Dial. Mort. Luciani. Et in eodem sensu nostras *Saint-Evremont*, tom. I, pag. 191: « Peut-être faisait-il couler cette créance « parmi les barbares, pour en attirer la « vénération; et certes je lui pardonne, « si, dans un pays où c'était une créance « que la plupart des dieux avaient leur « famille en terre, où Hercule était cru « fils de Jupiter...... si, appuyé de l'o« pinion de Philippe, qui pensait que « sa femme eût commerce avec un dieu; « si, trompé par les oracles; si, se sen« tant si fort au-dessus des hommes, « il a quelquefois méprisé sa naissance « véritable, et cherché son origine dans « les cieux. »

stant, et sæpe etiam, quod falso creditum est, veri vicem obtinuit. An me luxuriæ indulgentem putatis 16
arma vestra auro argentoque adornasse? Assuetis nihil vilius hac videri materia volui ostendere; Macedonas, invictos ceteris, nec auro quidem vinci. Oculos ergo 17
primum eorum sordida omnia et humilia spectantium capiam; et docebo, nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, et Macedonas, rege adempto, devictis gentibus dedere. At nunc mones 18

16. *Adornasse.* Cf. l. VIII, 5, 4.— *Assuetis nihil vilius — subacturos venisse.* Acidalius et Freinshemius locum interpretantur sic: Indis, qui aurum argentumque solum spectant, qui nihil, quod vilius est auro argentoque, oculo dignari solent (vel cum Cellario : qui assueti sunt, nihil videre communius quam aurum et argentum), ostendere volui, Macedonibus aurum æque vile esse ac ipsis. Primum ergo oculos Indorum opulentiam nostram non exspectantium capiam, sive efficiam, ut primo adspectu Macedones ne divitiis quidem a se superari videant ; tum quoque deprehendent, non auri argentive inopia, vel cupidine, sed per virtutem, et ob gloriam istam expeditionem nos suscepisse. Mihi, inquit *Schmieder,* vim Curtio inferre videntur. Supra quidem Indorum obiter mentionem fecit; nunc vero (verbis : *An me luxuriæ indulgentem putatis arma vestra auro argentoque adornasse?*) aliud aggreditur argumentum, quod refutandum est. Violenter igitur fecerunt, quum ex superioribus ad *assuetis* supplerent *Indis;* tum contra omnes Codices et editt. *videre* scripserunt pro *videri;* deinde *eorum,* ex lege grammatices ad *Macedonas* referendum, de Indis intellexerunt; denique *spectantium* interpretantur per *exspectantium.* Mihi sententia esse videtur: vos putatis, me per arma auro argentoque adornata luxuriam inducere? ego vero reprimo. Volui ostendere, Macedonibus, semel auro assuetis, nihil vilius hac videri materia; Macedonas, invictos ceteris rebus, ex. c. laboribus summis, ne auro quidem vinci, atque a virtute bellica abstrahi. Nunc adhuc auri nimis cupidi sunt; at si quotidie auri argentique vim viderint, ipsi gestarint, facillime ab hac avaritia abstinebunt. Ergo primum oculos eorum capiam : huc usque sordida omnia et humilia spectaverant, hoc est, arma ære aut ferro rubiginoso squalentia; in posterum videbunt auro argentoque fulgentia; eaque ipsa re docebo, nos non auri aut argenti caussa, quod tam parvi æstimamus, ut armis adeo inducamus, in Asiam venisse, sed ut imperio orbis terrarum potiamur. Quam gloriam, inde arcessendam, ut Macedonas a nimia divitiarum æstimatione abstractos terrarum dominos faciam, tu parricida intercipere voluisti. Sic rem omnem explicat *Schmieder*, et germanum sensum invenisse ipsum mihi persuasum est.

me, ut vestris parentibus parcam! Non oportebat quidem vos scire, quid de his statuissem, quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria et cura est: sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentesque solvi; et profiteor, in eodem
19 honore futuros omnes eos, in quo fuerunt. Nam tuum Callisthenem, cui uni vir videris, quia latro es, scio, cur produci velis; ut coram his probra, quæ modo in me jecisti [modo audisti], illius quoque ore referantur : quem, si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum : nunc Olynthio
20 non idem juris est.» Post hæc consilium dimisit, tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant, jussit. Illi, ut fidem suam sævitia regi approbarent,
21 excruciatos necaverunt. Callisthenes quoque tortus

18. *Olim*. Vid. lib. VII, 11, 20.

19. *Vir videris*. Cf. VII, 6, 25. — *Modo audisti*. Paullo ante a Callisthene audivisti. Hoc sensu ista verba tolerari posse, monuerunt interpretes; sed cum duobus Codd. abjicienda sunt. Uncinis includimus. — *Olynthio*. Id est, quum Olynthius sit. Odiose autem, ut notavit Popma, nomen patriæ ejus inducit, ad exasperandos Macedonum animos, memoria vetustissimæ simultatis, quam ea cum urbe exercuit Macedonia, donec Philippus eam exscinderet. Hæc Curtii oratio æque et sententiarum gravitate, et verborum delectu, et loquentis prudentia laudanda.

20. *Hominibus*. Forte *omnibus*, toti cohorti, non parti, vel certis quibusdam, ut nimirum ita vindictam expeterent illatæ in societatem suam infamiæ. — *Ut fidem suam*. Ut suam fidelitatem regi ostenderent crudelitate in reos. — *Excruciatos*. Lapidibus a circumstantibus obrutos esse scripserunt alii. Ceterum, Freinshemius multis exemplis probavit, hanc fuisse veterum crudelitatem, ut sontes prius excruciarent, tum occiderent. De Callisthenis interitu omnes scriptores mirum in modum dissentiunt. Ptolemæus eum tortum ac denique suspensum vitam finisse dicebat, Arrian. IV, 14; Aristobulus contra compedibus vinctum in exercitu ductum fuisse, ac postea morbo interiisse. Justin. XV, 3, 3, singillatim ejus supplicium: « Quum Alexander Callisthenem, truncatis crudeliter omnibus membris, abscissisque auribus, ac naso, labiisque, deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cavea clausum, ad metum ceterorum circumferret; tunc Lysimachus venenum ei in remedia calamitatum dedit. » Seneca pater, Suasor. I, lancea trajectum scribit. Philostratus, VII, 1, a Macedonibus ait interfectum, quod ipsos vituperasset. Diog. Laert. in Vit. Aristot. in cavea circumductum ad

interiit; initi consilii in caput regis innoxius, sed haudquaquam aulæ et assentantium accommodatus ingenio. Itaque nullius cædes majorem apud Græcos 22 Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, quum interfecto Clito mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem caussa: quam crudelitatem sera pœnitentia consequuta est.

IX. Sed ne otium, serendis rumoribus natum, ale- 1
ret, in Indiam movit; semper bello, quam post victoriam, clarior. India tota ferme spectat orientem, minus 2

spectaculum, morboque pediculari correptum, ac demum leoni objectum. Suidas eadem. Plutarch. Alex. c. 98, ait eum, auctore Charete, postquam comprehensus fuit, septem menses in vinculis custoditum, ut in concilio, præsente Aristotele, judicaretur; et postea corpore supra modum turgido, et morbo pediculari excessisse.

22. *Majorem excitavit invidiam.* Dignus est qui legatur classicus Senecæ locus, Quæst. Nat. VI, 23, quo, oblatis omnibus Alexandri ad posteritatis laudem titulis, hoc verbum opponit, quod omnem gloriam delere queat: *At occidit Callisthenem.* — *Revocatus ad vitam.* Respexit Curtius ad rem, quam ipse non narravit, narrare debuisset supra l. VIII, 2. Nempe quum post Cliti cædem mori vellet Alexander, Anaxarcho et Callisthene ad regem consolandum intromissis, ille adulatione, hic placida et modesta oratione animum regis erigebant; Plut. Vit. Alex. c. 52, quem laudat Freinshemius. Multum tum Callisthenis preces profuisse, testatur Justin. lib. XII, 6.

1. *Natum.* Aptum spargendis seditiosis sermonibus. — *In Indiam movit.* Amynta in Bactriana cum exercitu relicto, vere exeunte e Bactris progressus decem diebus transit Parapamisum, atque Alexandriam pervenit. Inde in Indiam movit; Arrian. IV. 22, sqq. De ipsa India nihil fere hoc loco trademus, nisi quod habet *Schmieder;* de ceteris amplius in Indice geographico et tractatu de Alexandri itineribus agere in animo est. — *Bello quam post victoriam clarior.* Quia otii et voluptatis, quæ ex victoria nascebantur, capax non erat.

2. *India tota ferme spectat orientem.* Non indicat Curtius fines Indiæ, sed situm ejus respectu ad eam Asiam, quæ ab occasu Indiæ contermina est. A finibus imperii persici igitur India longiori terrarum spatio in orientem extenditur, quam in aquilonem austrumque. Est itaque *minus spatiosa in latitudinem,* quæ est a septemtrione meridiem versus, *quam recta regione,* sive longitudine, ab occidente ortum versus. Quam a plurimis τὸ μῆκος appellatam esse, exserte testatur Arrian. Ind. c. 3, 7. Ex eodem videbis, eamdem fuisse omnium antiquiorum de majori Indiæ longitudine sententiam. De Curtio enim, non ex nostra Indiæ cognitione judicandum est.

3 in latitudinem quam recta regione spatiosa. Quæ au-
strum accipiunt, in altius terræ fastigium excedunt;
plana sunt cetera, multisque inclytis amnibus, Cau-
caso monte ortis, placidum per campos iter præbent.
4 Indus gelidior est quam ceteri; aquas vehit, a colore
5 maris haud multum abhorrentes. Ganges amnis, ab
ortu eximius, ad meridianam regionem decurrit, et

3. *Quæ austrum accipiunt.* Hoc est, Indiæ pars ea, quæ meridiem spectat, *in altius terræ fastigium excedunt*, hoc est, montes habent, quod quidem verum; sed vix abstineo, quin lectionem solius Cod. Theocreni, *in arctius terræ fastigium excedunt*, recipiam. Scripserat Eratosthenes: austrum versus ἄκρην ἀνέχειν ἐπὶ μέγα εἴσω ἐς τὸ πέλαγος, ubi promontorium *Comorin* intelligendum est, quamquam veteres nulla ætate certiora de omnis Indiæ situ sciverunt. Scriptores de Alexandro Indiam occasum versus, Indo fluvio, vel potius montium jugis, a dextra Indi, a Parapamiso meridiem versus procurrentibus, septemtrionem versus, Tauro, seu Caucaso monte terminari, cetera oceano australi et orientali ambiri scripserunt; noverunt quidem promontorium longe in Austrum excurrens, ingentem autem peninsulæ cis Gangem magnitudinem ignorarunt.— *Plana sunt cetera.* Hoc est, media inter montes austrum excipientes et Taurum. Quam maximam Indiæ partem Nearchus τὸ πεδίον τῆς Ἰνδῶν γῆς appellavit apud Arr. Hist. Ind. lib. III, cap. 6, eamque credidit e terra per fluvios accumulata ortam. Arrian. Exped. lib. V, cap. 6, § 5; Strab. XV, p. 691. — *Caucaso monte.* Sive Tauro. Intelligendus est Parapamisus, et dorsum e proprio Parapamiso orientem versus excurrens, ad Oceanum usque, quem ultra Indiam et Gangem orbem terrarum claudere opinabantur.

4. *Indus gelidior.* De gelidiori ejus aqua apud alios nihil memini legere; nec verum esse potest, inquit *Schmieder*. — *Aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes.* Ex Periplo maris Erythræi discimus, aquam Indi candidam esse, et longo spatio in alto mari aquam ex illo fluvio candidam occurrere; proprium igitur maris colorem ab Indi colore multum abhorrere. Curtius vero nihil dicere vult, nisi Indi aquam candidam esse; eumdem enim colorem placido quoque mari tribuit supra l. III, 1, 3: Marsyas est *liquidus, suas duntaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis locum poetarum mendacio fecit*, etc.

5. *Ab ortu eximius.* Hoc est, a fonte. Sed intelligendus est locus, ubi primus Indiam intrat. Fontes ejus longe superius sunt in veterum Scythia incognita. Cursus fluvii in universum recte describitur. Magna juga, quæ recto in meridiem alveo stringit, montes sunt ii, qui Indiam septemtrionalem cingunt. Dixit autem fluvium *stringere juga*, quia vel super montium jugis, vel non procul, super ipsos tamen montes decurrit. Sic enim interpretatur *Tellier*, et Strabonis Pliniique auctoritate interpretationem confirmat. Ceterum notandum est, hæc de Gange, sicut alia quædam, non ex primis de Alexandro scriptoribus re-

magnorum montium juga recto alveo stringit. Inde 6
eum objectæ rupes inclinant ad orientem : utque
rubro mari accipitur, findens ripas, multas arbo-
res cum magna soli parte exsorbet; saxis quoque 7
impeditus crebro reverberatur: ubi mollius solum re-
perit, stagnat, insulasque molitur. Acesines eum au- 8
get. Ganges decursurum in mare intercipit; magno-
que motu amnis uterque colliditur: quippe Ganges
asperum os influenti objicit; nec repercussæ aquæ
cedunt. Dyardanes minus celeber auditu est, quia 9
per ultima Indiæ currit : ceterum, non crocodilos
modo, uti Nilus, sed etiam delphines, ignotasque aliis
gentibus belluas alit. Erymanthus, crebris flexibus 10

petita esse posse; Alexander enim ad Gangem non pervenit: debentur forte Megastheni, vel alii posteriorum temporum.

6. *Inde.* Postquam per illos montes in Indiam pervenit. — *Rubro.* Erythræo mari, quod ultra Indiam orbem ambire credebatur. — *Findens ripas.* In plura ostia divisus, quorum Ptolemæus et Mela quinque enumerant. Sequentia de palustribus circa ostia Gangis regionibus intelligo.

7. *Saxis quoque impeditus.* Exposito summatim Gangis decursu, nunc aliud repetit, quod ei accidat, nimirum crebro *reverberari*, sive retorqueri in saxa incurrentem, inde tortuosum ire (sc. in montanis), et objectu frequenti saxorum etiam impetuosiorem. Nam et hoc videtur velle ex antithesi *mollioris soli.* — *Insulasque molitur.* Quod confirmat Plinius, VI, 19, 5: « Insula in Gange est amplæ magnitudinis, gentem continens unam, Modogalicam nomine. »

8. *Acesines.* Acesinem non in Gangem, sed in Indum influere, et quæ de motu collisorum fluminum hic dicuntur, confluenti Hydaspis et Acesinis congruere, notavit Freinshemius. Ex verbis : *Ganges decursurum in mare intercipit* concluderes, Acesinem jam prope a mari abesse, quum intercipiatur; quod ipsum quoque falsum. — *Asperum os objicit.* Eum Ganges excipit, quum ingressurus esset in pelagus; difficile ostium ei confluenti objicit, nec impulsæ ejus undæ locum dant Acesini. Ceterum non occurrit Acesines Hydaspi, sed dum alter citato cursu præterlabitur, alter vehementer infertur, uterque æstate tantum, quando molem aquarum vix capit, rapidus. Inde magni aquarum motus.

9. *Dyardanes.* Strabonis *Œdanes* a Mannerto, pag. 95, pro eo fluvio habetur, quem hodie *Burremputer* vocamus. — *Crocodilos.* Quod Arrianus et generatim de Indiæ fluviis, et præcipue de Indo narrat.

10. *Erymanthus,* vel *Etymanthus* prorsus ignoratur. Nomen etiam corruptum videtur.—*Carpitur.* Dividitur in plures alveos ab incolis, ut campos irrigent. Heinsius legebat, *rura irri[illegible]tibus*, aut *rigantibus arva.* Pli

subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur: ea caussa est, cur tenues reliquias jam sine nomine in
11 mare emittat. Multis præter hos amnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt.
12 Ceterum, quæ propiora sunt mari, aquilones maxime deurunt: ii cohibiti jugis montium ad interiora non
13 penetrant, ita alendis frugibus mitia. Sed adeo in illa plaga mundus statas temporum vices mutat, ut, quum

26, 16, et Arrian. VII, 7, 9, eadem habent de Euphrate. Arriani verba Curtium illustrant: Ἀπ᾽ Εὐφράτου διώρυχες πολλαὶ πεποίηνται, αἱ μὲν ἀέναοι, ἀφ᾽ ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ᾽ ἑκάτερα ᾠκισμένοι. Τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπότε σφίσιν ὕδατος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρδειν τὴν χώραν, καὶ οὕτως ἐς οὐ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτῶν, καὶ τεναγώδης ἐς τοῦτο, ὕοτως ἀποπαύεται.

11. *Quia non adeo interfluunt.* Corrupta sunt hæc: conjicio: *quia non ad oram*, hoc est, litus maris *perfluunt*, sed ab Indo et Gange intercipiuntur. Heinsius proposuit: *Non adeo late fluunt.* Nisi mavis omnia ex glossa esse, quibus quis pro suo captu illud *ignobiles* interpretaretur. Curtio enim ignobiles gentes, ut supra vidimus, et ignobiles amnes sunt, de quibus ipse nihil scit.

12. *Aquilones deurunt.* In ed. Gryphiana legitur *Austri;* Codices autem conspirant in *aquilones,* qua voce Curtius græcum vocabulum οἱ ἐτήσιοι ἄνεμοι, sive τὰ ἐτήσια πνεύματα reddidit, quo nomine Græci proprie eum ventum designant, qui per æstatem ab Hellesponto, per mare Ægæum et mediterraneum, meridiem versus, spirat, et navibus ex Ægypto abituris adversus est. Postquam autem Macedones circa Indi ostia quoque accidere animadverterant, ventum a mari exsurgentem per æstatem navigationem ex Indo in mare Erythræum impedire, eodem nomine ventum illum appellabant, et appellare poterant, quia proprie ventos anniversarios, quovis anno stato tempore flantes, significat. Etesiæ igitur maris mediterranei sunt aquilones; Curtius autem imprudenter etiam indicos etesias aquilones appellavit, quo vocabulo nemo unquam nisi de vento boreali usus est. Sensus loci est: Indiam meridionalem calore suo adurunt venti ex mari Erythræo spirantes. Plura de Etesiis scripsi ad Arrian. Exp. VI, 21, 1, et Hist. Ind. VI, 7 et 21. Hæc *Schmieder.*—*Cohibiti jugis montium.* Nam, quæ Indiæ partes austrum excipiunt, in altius terræ fastigium excedunt, ut supra § 3 scripserat. —*Ita alendis frugibus mitia. Ita,* hanc ob causam: nimius enim ventorum calor plantas deurere non potest. Non negligenda est veterum opinio, zonam torridam propter nimium calorem inhabitabilem, ventosque inde ortos plantis et animantibus perniciosos esse.

13. *Statas temporum vices.* Consuetas anni tempestates invertit.—*Indiam nives obruant.* Quæ de rigore et nivibus Indiæ per æstatem dicuntur, falsa esse, hodie neminem fugit. Nives tantum experiuntur Indiæ, sicut reliqua-

ervore solis exæstuant, Indiam nives obruant, sque ubi cetera rigent, illic intolerandus æstus t; nec cur, ulli se naturæ caussa ingessit. Mare 14
quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ce- ab Erythra rege inditum est nomen, propter ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax; 15
plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, secus quam chartæ, literarum notas capiunt. ad imitandum humanæ vocis sonum dociles sunt; 16
ılia inusitata ceteris gentibus, nisi invecta: ea- :erra et rhinocerotas alit, non generat. Elephan- 17
ı major est vis, quam quos in Africa domitant, ibus magnitudo respondet. Aurum flumina ve- 18

ionum calidarum, montes ex- :rum autem est, eamdem anni qua nostris regionibus æsta- ·emus, Indis pro hieme esse, pter nives, sed propter diutur- gentes pluvias, de quibus plu- :ripsit *Schmieder* ad Arrian. d. c. 6, 4.

'ec cur. Nec cuiquam se obtu- e natura petita, quare id ita

Ab Erythra rege. De etymolo- inis vide notam ad III, 2, 9. ı vero de Erythra, antiquo il- :gionum rege, alii quoque tra- t, ex. c. Strabo et Arrian. Hist. , 4. Sepulcrum ejus ostende- ı insula aliqua sinus persici. Curt. X, 1, 14.

ini ferax, unde plerisque sunt Ut tradit Nearchus, linum in- it ex arboribus et reliquis om- nis candidius vel est, vel cre- .rrian. Hist. Ind. 16, 1. Vide Hist. Ind. 7, 3. — *Libri.* Liber mus est cortex, quem veteres ı scribendi certis arboribus de- nt, et in minutissimas divide- ilyras. Hujusmodi libris com- pacta volumina *libri* quoque appellati sunt: et, quamvis inventa postmodum charta, idem nomen retinuere.

16. *Aves.* Non omnes, sed psittaci. — *Animalia.* Sc. habet India. Intelliguntur, quod ex comparatione reliquorum de India scriptorum patet, tigris, simiæ, serpentesque ingentes, formicæ aurum effodientes, aliaque; cf. notam ad Arr. Exp. V, 4, 7; et priorem partem Historiæ indicæ. — *Non generat.* Videtur Curtius credidisse, in sola Æthiopia belluas gigni, quæ cornu in naso gestant, sicut rhinocerotas Pausanias Eliac. et in Beot. vocat ταύρους Αἰθιοπικούς In India eos viderunt Macedones ipsi, Curt. IX, 1, 5. — Immo vero nulla terra majores ac ferociores rhinocerotas generat, quam India, ut nunc omnibus notum est.

17. *Elephantorum major est vis,* etc. Quod verum.

18. *Aurum flumina vehunt.* Quod de Gange et aliis legitur. Vid. Plinium, lib. XXXIII, c. 4; Arrian. Indic. etc. Id aurum vis aquarum ex venis secum effert, ut notat Agric. de Re Metall. lib. II.

hunt, quæ leni modicoque lapsu segnes aquas du-
19 cunt. Gemmas margaritasque mare littoribus infun-
dit : neque alia illis major opulentiæ caussa est,
utique postquam vitiorum commercium vulgavere
in exteras gentes; quippe æstimantur purgamenta
20 æstuantis freti pretio, quod libido constituit. Ingenia
hominum, sicut ubique, apud illos locorum quoque
21 situs format. Corpora usque pedes carbaso velant;
soleis pedes, capita linteis vinciunt : lapilli ex auribus
pendent; brachia quoque et lacertos auro colunt,
quibus inter populares aut nobilitas, aut opes emi-
22 nent. Capillum pectunt sæpius, quam tondent: men-
tum semper intonsum est; reliquam oris cutem ad
23 speciem levitatis exæquant. Regum tamen luxuria,
quam ipsi magnificentiam appellant, supra omnium
gentium vitia: quum rex sane in publico conspici pa-
titur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque

19. *Gemmas margaritasque.* Gemmæ forte in littoribus quoque inveniuntur; margaritis autem Indi non aliter potiuntur, quam conchis margaritæ maritimæ quovis modo captis. Cf. Arrian. Hist. Ind. c. 8. — *Vitiorum commercium.* Postquam per commercium effecerunt, ut vitia sua, luxus suus inter alias gentes solemnis esset. — *Libido.* Luxuria immodica. Plinius, IX, 35 : «Mater luxuria margaritis pretia fecit.»

20. *Ingenia hominum.* Ingenia respondent naturæ locorum, quemadmodum mite Asiæ cælum molliores gignit homines et delicatiores, septemtrio robustos et patientes laborum.

21. *Carbaso velant.* De subucula linea medio crure tenus, de linteis circum capita, sine mitra linea, testatur etiam Arrianus; deinde calceos Indorum ex corio albo eleganter confectos esse cum soleis variis coloribus distinctis et altioribus, quo proceriores esse videantur, etc. Vid. Arr. Hist. Ind. 16, et Strab. XV. — *Lapilli ex auribus.* Id commune omnibus fere gentibus fuit, in Asia. Juv. Sat. I, 104 : « Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ Arguerint, licet ipse negem.... » — *Colunt.* Ornant. Sic Petron. Sat. 32 : *Lacertum armilla aurea cultum.*

22. *Capillum pectunt sæpius quam tondent.* Hoc est, comam nutriunt quidem, sed ita tamen, ut nimis promissam esse non patiantur. *Exæquant.* Depilant, quasi leve semper os fuisset. Martial. VIII, 52 : « Æquandas semel in genas rogatus. »

23. *Vitia.* Luxuriam. Noli vocem omitti, quod mavult Modius. De eorum luxuria vide Ælian. Anim. XIII, 18. — *Quum rex sane.* Pro *sane* maluerunt quidam editores *se*, vel *sese*.

iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent.
Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat : 24
distincta sunt auro et purpura carbasa, quæ indutus
est : lecticam sequuntur armati corporisque custodes; 25
inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus
obstrepere docuerunt. Regia auratas columnas habet: 26
totas eas vitis auro cælata percurrit; aviumque, qua-
rum visu maxime gaudent, argenteæ effigies opera
distinguunt. Regia adeuntibus patet, quum capillum 27
pectit atque ornat : tunc responsa legationibus, tunc
jura popularibus reddit. Demptis soleis, odoribus
illinuntur pedes. Venatus maximus labor est, inclusa 28
vivario animalia inter vota cantusque pellicum figere:
binûm cubitorum sagittæ sunt, quas emittunt majore
nixu, quam effectu; quippe telum, cujus in levi-
tate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. Bre- 29
viora itinera equo conficit: longior ubi expeditio est,

25. *Ramis*. Sive arboribus, multa fronde præditis, in plaustris quaternarum rotarum vectis. *Clitarchus* apud Strabon. lib. XV. Præcipuas inter eas aves upupam et orionem fuisse memorant Ælian. An. XVI, 5, et Strab. XV, ex Clitarcho. — *Quas cantu*. Quas sic instituerunt, ut etiam inter seria negotia suo concentu interpellent.

26. *Vitis auro cælata*. Fabulam narrat ingenio fictam.

27. *Quum capillum pectit*. Strabo, lib. XV, pag. 710 : « Præter exitum regis ad bellum alius est, quum ad jus dicendum exit, per diem totum audiens, etiamsi hora sit, ut corpus curet. Id autem fit strigilum perfrictione : nam simul et audit, et quatuor frictoribus perfricatur. » Jam vides et Strabonem non de capillo pectendo, sed de strigilibus, quibus Romani quoque ad corpus purgandum et perfricandum utebantur, loqui; et laudi esse Indorum regi, quod Curtius vitio vertit.— *Pedes*. Et ita Diogenes apud Laertium, quod a capite odor in aerem dissipetur, a pedibus vero in caput recta feratur. Ceterum non Indi solum, sed omnes etiam veteres in unguentorum usu tam curiosi et diligentes fuere, ut privatim unicuique parti corporis idonea haberent. Athen. XV, 12 : « Unguento ægyptio pedes linit et crura; phœnicio buccas et ubera; sisymbrino vero utrumque brachium; amaracino supercilium et comam; serpyllino cervicem atque genua. »

28. *Venatus*. Hanc vocem recte Schefferus ex glossa esse censet, qua ejecta reliqua melius cohærent.— *Majore nixu quam effectu*. Contrarium narrat Arrian. Ind. 16, nihil esse, quod indici sagittarii telum non penetret; quod magis credibile est.

elephanti vehunt currum; et tantarum belluarum corpora tota contegunt auro. Ac ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur: separatum a reginæ ordine agmen est, æquatque luxu-
30 ria. Feminæ epulas parant; ab iisdem vinum ministratur, cujus omnibus Indis largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pellices referunt,
31 patrio carmine noctium invocantes deos. Quis credat, inter hæc vitia curam esse sapientiæ? Unum agreste et horridum genus est, quos sapientes vocant. Apud
32 hos occupare fati diem pulchrum; et vivos se cremari jubent, quibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est: exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent; nec ullus corporibus, quæ senectus solvit, honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantes
33 recipit. Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt,

29. *Elephanti vehunt currum.* Plurimi tradiderunt, elephantum apud Indos fuisse ὄχημα βασιλικὸν, hoc est, reges vectos esse elephantis, sive in tergo elephantorum. De curribus, quos elephanti veherent, testis est Strabo, lib. XV, pag. 710, loco paulisper corrupto: Μεγιστόν τε νομίζεσθαι κτῆμα ἐλεφάντων ἅρμα· ἄγεσθαι δ' ὑπὸ ζυγῶν καὶ καμήλους. Translatus est locus ac si legeretur: ὥσπερ καμήλους. Pompeii, quum de Asia triumpharet, currum junctos elephantos subiisse referunt Plutarch. Vit. Pomp. 14, et Plin. Hist. nat. VIII, 2. — *Separatum a reginæ ordine est* hoc agmen pellicum.

30. *Vinum.* Vites esse in India testatur Arrian. Exp. V, 3, 8; sed vinum Indos non bibere, præter ex oryza factum, Strabo, XV, p. 709. Hinc scriptores, qui vini apud Indos usum modo largum, modo parcum esse dixerunt, sic forte intelligendi sunt, ut hi proprium vinum, illi ex oryza et palmis confectum dicant; quo Indos maxime usos esse, Plinius sæpius tradidit. Ex moribus Indorum hodie adhuc ebrietas inter omnia vitia turpissimum, et vini usus legibus vetitus est. — *Noctium deos.* Sc. Indicos.

31. *Sapientes.* Brachmanas. Distinxit Curtius inter Brachmanas agrestes et eos, qui in urbibus vivunt; Strabo, XV, pag. 719, inter montanos gymnetas (gymnosophistas) et πολιτικοὺς καὶ προσχωρίους, ubi de iisdem plura vide. — *Occupare fati diem.* Antevertere mortis tempus.

32. *Quibus aut segnis.* Sensus sententiæ est: Ii quorum ætas provectior est, aut sanitas infirma, inhonestam vitam fore putant, si mortem naturalem opperiantur. Nullæ exsequiæ celebrantur eorum cadaveribus qui senio mortui sunt.

um motus scite spectare dicuntur, et futura præ-
e; nec quemquam admovere leti diem credunt,
xspectare interrito liceat. Deos putant, quidquid 34
'e cœperunt; arbores maxime, quas violare ca-
est. Menses in quinos denos descripserunt dies; 35
plena spatia servant. Lunæ cursu notant tem- 36
, non, ut plerique, quum orbem sidus implevit,
juum se curvare cœpit in cornua. Et idcirco bre-
:s habent menses, qui spatium eorum ad hunc
modum dirigunt. Multa et alia traduntur, quibus
ıri ordinem rerum, haud sane operæ videbatur.

Igitur Alexandro, fines Indiæ ingresso, gentium 1
ım reguli occurrerunt, imperata facturi; illum
um Jove genitum ad ipsos pervenisse memoran-
Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos

Admovere leti diem credunt. m sibi consciscere neminem, nisi ıecillitate animi.

Colere. Servare, et tanquam . aliquod reverenter habere.

Orbem. A plenilunio ad pleni- ı. — *Quum se curvare cœpit in* . Hoc est, a novilunio ad pleni- ı est primus mensis; a plenilu- novilunium secundus, et sic Ordiuntur menses, quum luna se curvare in cornua. Habebat :x Curtii mente annus indicus menses quindecim dierum. Re- tem non amplius quam XII men- ɔrum singulos Indi in binas par- idebant. Sic Sinenses quoque n in duas partes dividere dicun- præstantia astronomiæ veterum ım videatur *Robertson,* India et *Bailly, Histoire de l'Astrono- ıcienne.* — *Ad hunc lunæ mo-* Ad hanc lunæ phasin, quum in a se curvare cœpit.

Fines Indiæ. Qui hac via, qua Alexander ibat, ad fluvium Cophe- nem erant. Arrian. Expedit. IV, 22, 6, 7. Cophen est ultimus fluviorum In- dicorum occidentem versus, inter quem et Indum Indi cis Indum habitant. Ex Parapamiso ortus, non paucis flumini- nibus receptis, in Indum volvitur.— *Reguli.* Inter quos erat Taxiles, de quo infra. De quo multa retulit noster *Ra- cine,* in ea tragœdia, quæ inscribitur, *Alexandre;* sed vide ad calcem hujus libri excursum I, quo omnia collegimus quæ de Curtio in suo poemate imita- tus est, ut prius effecimus ad Tacitum nostræ editionis, tom. V, pag. 344 et sqq., ubi agitur de tragœdiis inscriptis *Othon, Britannicus, Rhadamiste et Zé- nobie,* et *Tibère.*—*Patrem Liberum at- que Herculem.* Multo consensu veteres de horum expeditionibus in Indiam scripserunt. Fuerunt tamen jam inter illos naris emunctæ homines, qui illos Græcorum heroas unquam ad Indiam penetrasse negarent. Macedones forte inter Indos de peregrinis, qui antiquis

2 esse : ipsum coram adesse cernique. Rex benigne exceptos sequi jussit, iisdem itinerum ducibus usurus. Ceterum, quum amplius nemo occurreret, Hephæstionem et Perdiccam cum copiarum parte præmisit ad subigendos, qui aversarentur imperium : jussitque ad flumen Indum procedere, et navigia facere, quîs in
3 ulteriora transportari posset exercitus. Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves, ut solutæ
4 plaustris vehi possent, rursusque conjungi. Post se Cratero cum phalange jusso sequi, equitatum ac levem armaturam eduxit; eosque, qui occurrerant, levi
5 prælio in urbem proximam compulit. Jam supervenerat Craterus: itaque, ut principio terrorem incuteret genti, nondum arma Macedonum expertæ, præcipit, ne cui

temporibus Indiam intrassent, vel de deo atque heroe, qui in Indos merita contulissent, ut Bacchus et Hercules in Græcos, audiverant; jam negligebant nomina indica, atque Indorum heroas iis nominibus, quæ ex Græcis maxime respondere videbantur, appellabant. Sic veteres Tyriis, Ægyptiis, Gallis aliisque Herculem, Germanis Martem Veneremque, etc., aliisque Barbarorum alia suorum deorum nomina obtruserunt. Inde et Macedonum gloria augebatur, si ulterius, quam illi dei viderentur progressi; jam cupide arripiebant, quidquid forte pro vestigio illorum haberi posset; jam ipsi sibi augustiores videbantur, cum diis æmulantes. Igitur, si Indorum reguli Bacchum et Herculem Jove genitos memorasse dicuntur, vel omnia ficta sunt, vel illi de aliis loquebantur, de aliis loquuti credebantur. Conferri potest nota ad Arrian. Hist. Ind. I, 7. Hæc, quæ verissima, *Schmieder*.

2. *Præmisit*. Breviore via ad Indum, *ad subigendos* eos, *qui* in regione ipsis permeanda *aversarentur imperium* Macedonum. Subegerunt regionem Peucelaotin cum urbe per [illegible]XX dies circumsessa. Arr. IV, 22, 9—12.

3. *Ut solutæ plaustris vehi possent.* Quod sæpius factum narrat Arrianus, ex. c. de his in Indo structis navibus, V, 8, 7, 8, quarum breviores in duas, longiores, quæ XXX remis instructæ erant, in tres partes dissectæ plaustris ab Indo ad Hydaspen transferebantur. Libro VII, 19, 6, adeo quinqueremes, quadriremes et triremes dissectæ, atque plaustris ex Phœnicia ad Euphratem advectæ narrantur.

4. *Post se.* Alia via ingressum, quam qua Hephæstion, *Cratero cum phalange jusso*, sensim *sequi* propter iter montanum et magna ex parte asperum, *equitatum ac levem armaturam eduxit* in barbaros proximæ ultra Cophenem regionis, qui in montes et munitas urbes confugisse narrabantur, *eosque, qui* proxime primam urbem *occurrerant,* levi prælio in urbem compulit. Arrian. IV, 23, 1—4.

parceretur, munimentis urbis, quam obsidebat, in-
censis. Ceterum, dum obequitabat mœnibus, sagitta 6
ictus est : cepit tamen oppidum, et, omnibus incolis
ejus trucidatis, etiam in tecta sævitum est. Inde, 7
domita ignobili gente, ad Nysam urbem pervenit.
Forte castris ante mœnia ipsa in sylvestri loco positis,
nocturnum frigus vehementius, quam alias, horrore
corpora affecit, opportunumque remedium ignis obla-
tum est. Cæsis quippe sylvis, flammam excitaverunt, 8
quæ igni alita oppidanorum sepulcra comprehendit;
vetusta cedro facta erant, conceptumque ignem late
fudere, donec omnia solo æquata sunt. Et ex urbe 9
primum canum latratus, deinde etiam hominum fre-
mitus auditus est. Tum et oppidani hostem, et Mace-
dones ipsos ad urbem venisse cognoscunt. Jamque rex 10

5. *Munimentis urbis incensis.* Quæ igitur lignea esse debuissent. Sed mox de mœnibus urbis loquitur, quæ incendi non poterant. Suspicio mihi est, Curtium in græco legisse οἰκήματα, quæ vox, quidquid ædificandum est, significat, modo habitacula, modo turres et munimenta; latine vero scripsisse *munimentis incensis*, quum debuisset *domibus incensis*. Ipse enim mox tradit, incolis omnibus trucidatis, etiam *in tecta* sævitum esse. Apud Arrianum legimus, Macedonas, propter Alexandri vulnus iratos, quotquot vivos caperent, interfecisse, urbemque solo adæquasse.

6. *Sagitta ictus est.* Per thoracem in humerum; sed vulnus fuit leve. De expugnatione urbis copiosior est Arr. IV, 20, 6—8. — *Cepit tamen oppidum.* Codd. Th. *captum oppidum*, etc.

7. *Domita ignobili gente.* Ipsa hac urbe, cujus nomen ne Arrianus quidem prodidit. Videtur urbs aliqua Aspasiorum fuisse, paullo orientem versus ultra Coen fl. sita, qui in Gophenem cadit. Utrumque enim fluvium Alexander ante trajecerat. Inde, castris promotis, pervenit ad urbem Nysam, ad profundum flumen sitam (Plut. Vit. Alex. c. 58), per Macedonum fabulas nobiliorem; quam Curtius per obsidionem, Arrianus, lib. V, c. 1, statim post Alexandri adventum traditam scripserunt: hic Aspios, Thyræos et Arsacos tum expugnatos narrat.

8. *Quæ igni alita.* Mirabilem sane lectionem *flamma igni alita* T. Faber sic emendari voluit : *flamma lignis alita,* quod non satis placet. » *Igni* est tertius casus, inquit *Schmieder*, et *flamma alita igni* ignis minor, qui alimentis datis ad majorem ignem productus est, flamma ad magnum ignem adaucta. » Sed hæc quoque interpretatio non multum mihi placet. Præferrem omnibus quod proponit Snakenburgius, ex Voss. 2, nempe legens *alta* pro *alita;* quæ comprehendit ignibus alta oppidanorum sepulcra.

eduxerat copias, et mœnia obsidebat, quum hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem, aliis pugnam experiri placebat: quorum dubitatione comperta, circumsideri tantum eos, et abstineri cædibus jussit; tandemque obsidionis ma-
11 lis fatigati dedidere se. A Libero Patre conditos se esse
12 dicebant; et vera hæc origo erat. Sita est sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant; inde Græci mentiendi traxere licentiam, Jovis femine Liberum
13 Patrem esse celatum. Rex, situ montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, præmissis commeatibus, verticem ejus ascendit. Multa hedera vitisque toto gigni-

10. *Hostium.* Quum illi ex Nysæis, qui pugnàm experiri tentaverunt, obruti sunt jaculis Macedonum.

11. *A Libero Patre conditos se esse.* Verum forte est, Macedonas ad urbem venisse, quæ vel Nysa, vel similiter appellabatur, et in monte proxime urbem hederam et vites reperisse. Crediderunt igitur, in extremis illis oris locum repertum esse, quem Bacchus, quum ex India rediret, condiderit, atque vel a Nysa nutrice, vel a Nysa monte, in quo educatus fertur, Bacchum ipsum Dionysium, urbem Nysam, propinquum montem autem a *μηρὸς*, *femur*, ad memoriam ejus fati Liberi Patris, quo bis natus esset, Merum appellatum esse. Quod nomen vel revera mons habuit, vel habere Macedones crediderunt. Est enim in libris Indorum sacris multa mentio de monte fabuloso *Meru*, quem Macedones videre quidem non poterant, quia non erat; nomen vero, forte auditum, gratum erat atque acceptum, quum reliquis Macedonum figmentis optime conveniret. Præter nomina dicta hedera quoque et vites documento erant. — Nemo hanc Nysæorum originem veram esse, ipsosque se a Baccho conditos dixisse putabit; cf. Mannert, p. 36, et *Ste-Croix*, p. 341. Vide quoque excursum II, ad hujus libri calcem, in quo de Herculis et Patris Liberi in Indiam expeditionibus agitur.

12. *Inde Græci mentiendi traxere licentiam.* Videtur Curtius opinari, mythum de Baccho bis nato ex illis fabulosis Macedonum narrationibus ortum esse; debuisse Græcos dicere: in monte Μηρῷ nutritum esse Bacchum, non ἐν τῷ μηρῷ, sc. τοῦ Διός. Sed errat. Mythus ille antiquior est Alexandro, ex formula loquendi orientalium ortus, quibus liberi dicuntur ex femore patrum nati. Vid. Heins. Aristarch. sac. c. 1. — In eumdem tamen errorem ac Curtius inciderunt Plinius, VI, 21, et Martianus Capella, VI. Fabulam physice interpretatur Diodorus Siculus, III, 62, quam poetice describit Ovidius, Metam. III: « Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo Eripitur, patrioque tener (si credere dignum est) Insuitur femori, maternaque tempora complet. » *Celatum.* Sic Snakenb. Vulgo *cælatum.*

13. *Hedera.* Hederam nullibi præ-

tur monte: multæ perennes aquæ manant. Pomorum 14
quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortui-
torum seminum fruges humo nutriente. Lauri baccæ-
que, et multa in illis rupibus agrestis est sylva. Credo 15
equidem, non divino instinctu, sed lascivia esse pro-
vectos, ut passim hederæ ac vitium folia decerpe-
rent, redimitique fronte toto nemore similes Bac-
chantibus vagarentur. Vocibus ergo tot millium, præ- 16
sidem nemoris ejus deum adorantium, juga montis
collesque resonabant; quum orta licentia a paucis, ut
fere fit, in omnes se repente vulgasset. Quippe, velut 17
in media pace, per herbas congestamque frondem
prostraverant corpora. Et rex, fortuitam lætitiam
non aversatus, large ad epulas omnibus præbitis, per
decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum.
Quis neget, eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ, 18

terea tota in Asia nasci testatur Arrianus, V, 1, 5. Plinius tamen, XVI, 34, 1: « Hedera jam dicitur in Asia nasci: negaverat Theophrastus; nec in India, nisi in monte Mero. Quin et Harpalum omni cura laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi Patris. » — *Vitisque.* Quæ tamen fructum ad maturitatem non perducat, racemo, priusquam maturescat, propter imbrium abundantiam defluente. Strabo, pag. 687.

14. *Seminum fortuitorum.* Forte et casu temere aliquando in humum immissorum. In Codd. nostris, aliisque, vel clare, vel corrupte pro *seminum* legitur *seu germinum* ex glossa illius, et ita legendum censet Heinsius. Interpunctionem paulisper mutaverat *Schmieder*, post *nutriente* comma, post *baccæque* punctum finale scribens, hoc sensu: baccæ quoque lauri salubrem succum esse. Sed hanc constructionem a linguæ latinæ ingenio prorsus abhorrere arbitror. Ergo, aut cum Heinsio lege, *baccharis*, aut eas *baccas* intellige, de quibus Plinius, lib. XXI, 6: « Bacca radicis odoratæ est, a quibusdam nardum rusticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos. » *Sylva agrestis.* Hoc est, arborum non frugiferarum.

16. *Se repente.* In quibusdam Codd. est *serpente.* Unde Freinshemius conjecit: *orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes serpente;* omissis *quum* et *vulgasset.* Snakenburgius mallet, *in omnes serpens se vulgasset.*

17. *Lætitiam.* Sic dedi cum nostris et sex aliis Codd. pro vulgato *licentiam*, annuente Schmiedero. — *Operatum.* *Operandi* verbum ad sacra pertinet, ut multis exemplis probavit Lipsius ad Tacit. Ann. II, 14.

quam virtutis esse beneficium? quippe ne epulantes
quidem et sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud
secus Bacchantium ululantiumque fremitu perterritus,
quam si præliantium clamor esset auditus. Eadem feli-
citas ab Oceano revertentes temulentos comessantes-
19 que inter ora hostium texit. Hinc ad regionem, quæ
Dædala vocatur, perventum est. Deseruerant incolæ
sedes, et in avios sylvestresque montes confugerant.
Ergo Acadera transit, æque usta et destituta incolen-
20 tium fuga. Itaque rationem belli necessitas mutavit:
divisis enim copiis, pluribus simul locis arma osten-
dit; oppressique, et, qui exspectaverant hostem,
21 omni clade perdomiti sunt. Ptolemæus plurimas ur-
bes, Alexander maximas cepit: rursusque, quas dis-
22 tribuerat, copias junxit. Superato deinde Choaspe
amne, Cœnon in obsidione urbis opulentæ (Beziram

18. *Ab Oceano revertentes.* Conf. lib. IX, 10, 24. — *Inter ora hostium texit.* Editt. pleræque *protexit,* reliquis omissis. Sed Codicum lectionem defendit Snakenburg. *Inter ora hostium* significat: per medios hostes, in conspectu hostium, et coram ipsis. Sic plane Virg. lib. II, Æneid. vers. 681: « Namque manus inter mœstorumque ora parentum. » Cum Snakenburgianis Codicibus nostri consentiunt.

19. *Dædala.* Stephano urbs Indiæ, Ptolemæo Indiæ trans Indum est. Justinus, XII, 7, *montes Dædalos* dixit. Arrianus nomen prorsus reticuit. Eadem vero regio, quæ Curtio Dædala, Arriano appellatur gentis Aspasiorum, de qua quæ narravit, vide lib. IV, 23, 9, et 24, 1—9. — *Acadera.* Arigæum apud Arr. IV, 24, 10, quam urbem Alexander *ustam, ἐμπεπρησμένην,* ab incolis et desertam invenit.

20. *Et qui exspectaverant.* Pro *et qui* legitur in plurimis *urbi non,* in aliis *urbe qui;* in uno *urbe non,* etc. Alii alia conjectarunt. Legendum videtur cum Schmied. vel cum Bongars. *urbi non,* vel *oppressique, qui urbe non exspectaverant hostem,* etc. hac sententia: ne, qui urbes desererent, effugere possent, dividebat Alexander copias sic, ut alia exercitus pars alia via ingrederetur. Sic factum est, ut, qui alium hostem in sua urbe non exspectaverant, ab alio dum fugerent, opprimerentur, hoste et ipsos cædente, et urbes capiente. Mihi vero omnibus anteponenda videtur Schefferi conjectura: *Oppressi ubique: et* (ipsi etiam) *qui exspectaverant hostem, omni clade perdomiti sunt.* Varietatem narrationis vide apud Arr. IV, 24, 11 —25, 6, copiosius has res tractantem.

22. *Choaspe.* Sic eumdem Strabo, pag. 697, appellat. De his omnibus vide Indicem geograp. — *Cleophes.* Cleophis, idis, apud Just. XII, 7.

incolæ vocant) reliquit: ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cujus regnum fuerat, demortuo; regioni urbique præerat mater ejus Cleophes. Triginta millia 23
peditum tuebantur urbem, non situ solum, sed etiam opere munitam. Nam qua spectat Orientem, cingitur amne torrenti, qui præruptis utrimque ripis aditum ad urbem impedit. Ad occidentem et a meridie velut 24
de industria rupes præaltas admolita natura est, infra quas cavernæ et voragines longa vetustate in altum cavatæ jacent; quaque desinunt, fossa ingentis operis objecta est: xxxv stadia murus urbis complectitur, cujus inferiora saxo, superiora crudo latere sunt structa. Lateri vinculum lapides sunt, quos interpo- 25
suere, ut duriori materiæ fragilis incumberet, simulque terra humore diluta. Ne tamen universa conside- 26
ret, impositæ erant trabes validæ, quibus injecta tabulata muros et tegebant, et pervios fecerant. Hæc mu- 27
nimenta contemplantem Alexandrum, consiliique incertum, quia nec cavernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admovere, quidam e muro sagitta percussit. [Tum] forte in suram incidit telum: 28

24. *Cavernæ et voragines.* Fossæ præaltæ, natura, non arte factæ. — *Urbis complectitur.* Antea legebatur: *urbem complectitur.* Cum Codice Fl. Heinsii scripserunt *urbis* Freinshemius et *Schmieder.*

25. *Quos interposuere.* Videntur ex fundamento lapideo subinde pilæ quoque lapideæ erectæ fuisse, quarum intervalla latere crudo (cui coctus oppositus est) repleta erant. Sic duriori materiæ fragilis incumbebat, ea nitebatur. Simulque illi lateres terra humore diluta, quæ cæmenti loco erat, invicem juncti erant. Ne tamen universa laterum moles subsideret, per pluvias imbresque dissoluta, fastigio impositæ erant trabes validæ, quibus injecta tabulata muros et contra imbres tegebant, et pervios oppidanis ac defensoribus faciebant. Alioquin enim et lateres sub vestigiis ingredientium infracti, et ipsi propugnatores in periculo decidendi fuissent. Sic rem omnem interpretatur *Schmieder.* Sed fateor equidem ultima non plane intelligere, nec longe absum quin cum Scheffero rescribam, *impervios fecerant.* Nempe hostibus per muros enitentibus obstabant ista tabulata, projecta ultra murum, ut comprehendi non possent, neque superari.

28. *Tum forte.* Alii *quum forte.*

cujus spiculo evulso admoveri equum jussit; quo vectus, ne obligato quidem vulnere, haud segnius destinata exsequebatur.
29 Ceterum, quum crus saucium penderet, et cruore siccato frigescens vulnus aggravaret dolorem, dixisse fertur, se quidem Jovis filium dici,
30 sed corporis ægri vitia sentire. Non tamen ante se recepit in castra, quam cuncta prospexit, et, quæ fieri vellet, edixit. Ergo, sicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur, ingentemque vim materiæ faciendo aggeri detrahebant; alii magnarum arborum stipites cumulis ac moles saxorum in cavernas dejicie-
31 bant. Jamque agger æquaverat summæ fastigium terræ: itaque turres erigebantur; quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem absoluta sunt. Ad ea visenda rex nondum obducta vulneri cicatrice processit; laudatisque militibus admovere machinas jussit: e quibus
32 ingens vis telorum in propugnatores effusa est. Præcipue rudes talium operum terrebant mobiles turres; tantasque moles, nulla ope, quæ cerneretur, adductas, deorum numine agi credebant: pila quoque muralia

Utrumque ineptum. — *Ne obligato quidem vulnere*. Nam leve erat vulnus, ut dixit Arr. IV, 26, 8: *τοξεύεται ἐς τὸ σφυρὸν* (malleolum) *οὐ χαλεπῶς*.

29. *Dixisse fertur*. Dixerat Alexander longe festivius cum Homero suo, II, 5, 340: *Τοῦτο μὲν, ὦ φίλοι, τὸ ῥέον αἷμα καὶ οὐκ* « *Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.* » Plut. Vit. Al. c. 8, et aliis locis. Eadem verba refert Seneca, Epist. 59, 19: «Omnes jurant me Jovis esse filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat.»

30. *Cumulis*. Hoc quidem exponi posse pro *cumulatim*, se vero malle *cum ramis*, scripsit Freinshemius. *Schmieder* et Heumannus vocem omitterent, tanquam natam ex seqq. *ac moles*. Heinsius legebat: *ac cum his moles*.

31. *Agger*. Hoc est, moles, in fossam immissa.

32. *Nulla ope, quæ cerneretur*. Turres agebantur rotis, sed latentibus et internis, aut certe interius movendis: hoc ideo, ne telis hostium, qui agerent, exponerentur. Quamquam etiam a tergo adesse licuit, qui propellerent. E Lips. Poliorc. lib. II, D. 4. Galli apud Cæsar. de Bell. Gall. II, 31: «Non se existimare Romanos sine deorum ope bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere, et ex propinquitate pugnare possent.» — *Pila muralia*. Horum meminit etiam Cæsar, lib. V, 39,

et excussas tormentis prægraves hastas negabant con-
venire mortalibus. Itaque desperata urbis tutela, con- 33
cessere in arcem. Inde, quia nihil obsessis præter de-
ditionem placebat, legati ad regem descenderunt
veniam petituri. Qua impetrata, regina cum magno 34
nobilium feminarum grege, aureis pateris vina liban-
tium, processit. Ipsa, genibus regis parvo filio ad- 35
moto, non veniam modo, sed etiam pristinæ fortunæ
impetravit decus : quippe appellata regina est; et cre-
didere quidam, plus formæ, quam miserationi datum.
Puero quoque, certe postea ex ea utcumque genito, 36
Alexandro fuit nomen.

XI. Hinc Polypercon, ad urbem Oram cum exer- 1
citu missus, inconditos oppidanos prælio vicit : intra
munimenta compulsos sequutus, urbem in ditionem
redegit. Multa ignobilia oppida, deserta a suis, venere 2

et lib. VII, 82, iisque usos ait Romanos ex vallo et turribus in obsidione. Majora fuerunt quam legionaria, et vel manu emissa, vel catapultis, quæ inde ὀξυβελεῖς videntur appellari Joseph. lib. VI, 11, de Bell. Jud. καταπέλται ὀξυβελοὶ Appiano in Hisp. et Libyc. adde Lips. Pol. lib. III, D. 5, èt notas ad Cæsar. nostræ collectionis, loc. laud.

34. *Qua impetrata*. Ingens est discrepantia narrationis Arrianeæ de hujus urbis expugnatione, lib. IV, 26 et 27, 1—5; cum quo Diod. XVII, 84, ex alta hic lacuna emersus, conferendus est, et Plutarch. c. 103. Licet enim colorem factis inducat Arrianus, et scelus Alexandri dissimulet, certum tamen est rem perfide gestam fuisse ab Alexandro, et inustam gloriæ ipsius notam, militibusque istius arcis, quibus data fide promiserat, se incolumes dimissurum, necem attulisse. — *Vina libantium*. Ritus sacrorum, quo sperabant veniam se facilius impetraturos.

35. *Appellata regina est*. Freinshemius mavult: *appellata est regina*. *Credidere quidam*, etc. Mox, pro *plus* in pluribus est *amplius*. — *Utcumque genito*. « Quæ (regina) quum se dedisset ei (Alexandro), concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit, illecebris consequuta, quod virtute non potuerat; filiumque ab eo genitum Alexandrum nominavit, qui postea regnum Indorum potitus est. » Just. XII, 7.

1. *Oram*. Τὰ Ὧρα apud Arrian. IV, 27, 7 sqq. ubi urbs non a Polyperconte, sed ab Alexandro ipso expugnata narratur. — *Inconditos*. Sine ordine pugnantes. » Sparsi et inconditi, sine ordine, sine signis, » lib. XXIX, 34. « Nam subito inconditos atque palantes aggressus est; » Flor. I, 17, 15.

2. *Multa ignobilia oppida*. Præter

in regis potestatem. Quorum incolæ armati petram Aornon nomine occupaverunt. Hanc ab Hercule frustra obsessam esse, terræque motu coactum absistere,
3 fama vulgaverat. Inopem consilii Alexandrum, quia undique præceps et abrupta rupes erat, senior quidam peritus locorum cum duobus filiis adiit, si pretium operi esset, aditum se monstraturum esse promittens.
4 LXXX talenta constituit daturum Alexander; et altero ex juvenibus obside retento, ipsum ad exsequenda,
5 quæ obtulerat, dimisit. Leviter armatis dux datus est Mullinus, scriba regis. Hos enim circumitu, qui fallerent hostem, in summum jugum placebat eva-

alia minora ad Indum sita nominavit Arrian. IV, 28, Peucela et Embolima; quorum posterius non procul ab Aorno situm erat. — *Aornon.* Græce *ἄορνον*, quod nomen Macedones ob altitudinem dederunt. — *Ab Hercule.* « Herculem eo penetrasse non credo. Omnium rerum difficilium difficultatem in tantum augent homines, ut etiam ab ipso Hercule effici non potuisse fabulentur. Equidem de hac petra ita sentio, augendæ rei caussa Herculis nomen adhibitum esse. » Arrian. IV, 28, 3, 4. *Terræ motu* deterritus dicitur, qui pro tristi omine habebatur.

3. *Operi. Tellier* scripsit *operæ.*

4. *LXXX talenta.* Μεγάλας tantum δωρεὰς dixit Diod. XVII, 85. Et sane Glareano nimium hoc videtur; quamobrem reponebat *octo.*

5. *Mullinus.* Novum nomen, quod Curtius solus prodidit. Arrian. IV, 29, ejus loco habet Ptolemæum, Lagi filium. Curtius in describenda petræ obsidione non parum dissentit a Diodoro, c. 85; ab utroque multum discedit copiosior Arrian. IV, 28—30. Ex quo posteriore Alexandrum, antequam ipsam petram aggrederetur, loca omnia circumjacentia ditioni suæ adjecisse videmus; tum castra ad petram movisse; petram ipsam autem duo cacumina ingenti voragine dissecta habuisse, quorum alterum Indi tenebant; alterum, Indo locorum perito duce, clam hostibus ceperat Ptolemæus. In quod quum Alexander quoque ascendere vellet, per duos dies multum pugnatum esse, antequam penetraret. Capto tandem, quum Alexander voraginem, qua alterum cacumen secernebatur, sylva cæsa explere cœpisset, Indos, jam proficiente mole ingenti, attonitos deditionem quidem promisisse, per noctem autem, quum fugere vellent, maximam partem periisse. Sic tandem Alexandrum petra potitum. His in summa quidem similia Curtium, vel auctorem ejus scribere voluisse, vix dubium est, sed obscuriora omnia sunt, quod et inter duo petræ cacumina non clare distinxit, et non ante, sed post alterius cacuminis occupationem acerrime inter Indos et Macedonas pugnatum esse scripsit.— *Qui fallerent.* Ut ii fallerent. Maluerunt tamen plurimi editorum : *quo fallerent.* — *In summum jugum.* Per-

dere. Petra non, ut pleræque, modicis ac mollibus 6
clivis in sublime fastigium crescit, sed in metæ maxime
modum erecta est : cujus ima spatiosiora sunt, altiora
in arctius coeunt, summa in acutum cacumen exsur-
gunt. Radices ejus Indus amnis subit, præaltus utrim- 7
que asperis ripis : ab altera parte voragines eluviesque
præruptæ sunt. Nec alia expugnandi patebat via,
quam ut replerentur. Ad manum sylva erat, quam 8
rex ita cædi jussit, ut nudi stipites jacerentur : quippe
rami frondi vestiti impedissent ferentes. Ipse primus
truncam arborem jecit; clamorque exercitus, index
alacritatis, sequutus est, nullo detrectante munus,
quod rex occupasset. Intra septimum diem cavernas 9

venerunt in cacumen alterum, non id quod Indi tenebant. Supplendum est: Alexandrum quoque, post acre prælium cum Indis, tandem eodem cum majore exercitu evasisse. Castra ita locabantur, ut inde Alexander aditum in alterum cacumen, qui unus tantum erat, isque manu factus, obtineret, et sic Indi vere includerentur.

6. ***Petra non ut pleræque,*** etc. Intellige petræ partem eam, quam Indi tenebant. — ***Sed in metæ.*** Meta erat moles rotunda, in acutum desinens, quæ circensis curriculi medium metiebatur. Gallice, *borne*. Sic Columella, II, 19 : « Fœnum siccatum in metas exstrui, easque in angustissimos vertices exacui jubet, ut a pluviis defendantur. — ***Summa.*** Sc. metæ *in acutum cacumen exsurgunt.* In summa tamen petra præter fontem et sylvam tantum agri arabilis et fertilis erat, quantum mille homines colere possent.

7. ***Radices Indus subit.*** Meridiem versus, ut ait Diodorus. Ne vero a Strabone in errorem perducaris, qui Aornum non procul ab Indi fontibus sitam fuisse scripsit, quum scribere debuisset, aliquot dierum itineribus propiorem fontibus, quam eum locum, quo rex Indum petra capta transibat. Apud Aornum Indus jam magnus erat, sive hoc loco nostro *præaltus* legas, sive cum Modio *præaltis.* — ***Ab altera parte.*** Hoc est, inter petram ipsam et id cacumen, quod Macedones tenebant. — ***Voragines eluviesque :*** vid. V, 4, 26. — ***Quam ut replerentur.*** Ut sic via fieret ex cacumine altero in alterum.

8. ***Nudi stipites.*** Hoc est, truncæ arbores sine ramis et fronde, ut Curtius se ipse interpretatur; χάρακας dixit Arrianus, hoc est, vallos, palos, quorum Alexander singulos milites centum cædere jusserat. De *alacritate* Macedonum ex eo judicare potes, quod primo die in stadii longitudinem aggerem producerent, et, nulla mora interjecta, ita struerent, ut post quartum diem (inter septimum dixit noster, qui eos quoque dies, quibus pali cædebantur, numerare videtur) jam non longe petra abessent. Aliquid simile legitur in Livio XXXIII, et Polybio, XVII, 14.

expleverant, quum rex sagittarios et Agrianos jubet
per ardua niti; juvenesque promptissimos ex sua co-
10 horte xxx delegit. Duces his dati sunt Charus et
Alexander; quem rex nominis, quod sibi cum eo
commune esset, admonuit. Ac primo, quia tam ma-
nifestum periculum erat, ipsum regem discrimen sub-
11 ire non placuit: sed ut signum tuba datum est, vir
audaciæ promptæ conversus ad corporis custodes se-
qui se jubet, primusque invadit in rupem. Nec deinde
quisquam Macedonum substitit: relictisque stationi-
12 bus sua sponte regem sequebantur. Multorum mise-
rabilis fuit casus, quos ex prærupta rupe lapsos amnis
præterfluens hausit, triste spectaculum etiam non pe-
riclitantibus: quum vero alieno exitio, quid ipsis ti-
mendum foret, admonerentur, in metum misericor-
dia versa, non exstinctos, sed semet ipsos deflebant.
13 Et jam eo perventum erat, unde sine pernicie nisi
victores redire non possent, ingentia saxa in sub-
euntes provolventibus barbaris, qui perculsi instabili
14 et lubrico gradu præcipites recidebant. Evaserant ta-
men Alexander et Charus, quos cum xxx delectis præ-

9. *Per ardua niti.* Hoc est, ex aggere facto in petram ipsam ascendere. — *Ex sua cohorte.* Infra § 11, *corporis custodes* appellantur. Erant igitur ex cohorte puerorum nobilium.

11. *Vir audaciæ promptæ.* Alexander ipse.

12. *Alieno exitio.* Marcel. XVII, 1: « Aliorum exitio quid fortunis suis immineret, anxie cogitantes. » Eadem supra vidimus, VII, 11, 16.

13. *Qui perculsi.* Freinshemius conjecit *quis* pro *quibus*, nimirum *saxis*. Et sane sic illustrior foret sententia, sed omnes Codd. conspirant in *qui*.

14. *Charus et Alexander.* De quorum pugna reliqui non scripserunt, præter Plut. Vit. Alex. c. 58. Sunt aliqua in ipsa narratione, quæ suspectam reddant. *Chari* nomen vix græcum est, nec a Plutarcho commemoratur; § 12, *amnis præterfluens*, hoc est, Indus *hausit lapsos ex prærupta rupe.* Sed supra vidimus, Indum fuisse in altera parte, in altera voragines, quas Alexander mole repleverat. Qui igitur ex mole ascenderant, si laberentur, labi non poterant in Indum, sed in voraginis partem non repletam. Deinde Curtius adhuc de arduis multa loquitur, et de prærupta rupe, ex quibus barbari saxa in subeuntes provolverint, quum tamen Alexander mole facta credendus sit ex altero jugo in

dere. Petra non, ut pleræque, modicis ac mollibus 6
clivis in sublime fastigium crescit, sed in metæ maxime modum erecta est: cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coeunt, summa in acutum cacumen exsurgunt. Radices ejus Indus amnis subit, præaltus utrim- 7
que asperis ripis: ab altera parte voragines eluviesque præruptæ sunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. Ad manum sylva erat, quam 8
rex ita cædi jussit, ut nudi stipites jacerentur: quippe rami frondi vestiti impedissent ferentes. Ipse primus truncam arborem jecit; clamorque exercitus, index alacritatis, sequutus est, nullo detrectante munus, quod rex occupasset. Intra septimum diem cavernas 9

venerunt in cacumen alterum, non id quod Indi tenebant. Supplendum est: Alexandrum quoque, post acre prælium cum Indis, tandem eodem cum majore exercitu evasisse. Castra ita locabantur, ut inde Alexander aditum in alterum cacumen, qui unus tantum erat, isque manu factus, obtineret, et sic Indi vere includerentur.

6. *Petra non ut pleræque,* etc. Intellige petræ partem eam, quam Indi tenebant. — *Sed in metæ.* Meta erat moles rotunda, in acutum desinens, quæ circensis curriculi medium metiebatur. Gallice, *borne.* Sic Columella, II, 19: «Fœnum siccatum in metas exstrui, easque in angustissimos vertices exacui jubet, ut a pluviis defendantur. — *Summa.* Sc. metæ *in acutum cacumen exsurgunt.* In summa tamen petra præter fontem et sylvam tantum agri arabilis et fertilis erat, quantum mille homines colere possent.

7. *Radices Indus subit.* Meridiem versus, ut ait Diodorus. Ne vero a Strabone in errorem perducaris, qui Aornum non procul ab Indi fontibus sitam fuisse scripsit, quum scribere debuisset, aliquot dierum itineribus propiorem fontibus, quam eum locum, quo rex Indum petra capta transibat. Apud Aornum Indus jam magnus erat, sive hoc loco nostro *præaltus* legas, sive cum Modio *præaltis.* — *Ab altera parte.* Hoc est, inter petram ipsam et id cacumen, quod Macedones tenebant. — *Voragines eluviesque:* vid. V, 4, 26. — *Quam ut replerentur.* Ut sic via fieret ex cacumine altero in alterum.

8. *Nudi stipites.* Hoc est, truncæ arbores sine ramis et fronde, ut Curtius se ipse interpretatur; χάρακας dixit Arrianus, hoc est, vallos, palos, quorum Alexander singulos milites centum cædere jusserat. De *alacritate* Macedonum ex eo judicare potes, quod primo die in stadii longitudinem aggerem producerent, et, nulla mora interjecta, ita struerent, ut post quartum diem (inter septimum dixit noster, qui eos quoque dies, quibus pali cædebantur, numerare videtur) jam non longe petra abessent. Aliquid simile legitur in Livio XXXIII, et Polybio, XVII, 14.

20 succedere. Cujus pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ac duas noctes, cum ostentatione non fiduciæ modo, sed etiam victoriæ, epulati sunt, tympana suo
21 more pulsantes. Tertia vero nocte tympanorum quidem strepitus desierat audiri: ceterum ex tota petra faces refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior
22 esset ipsis fuga, obscura nocte per invia saxa cursuris. Rex, Balacro, qui specularetur, præmisso, cognoscit, petram fuga Indorum esse desertam; tum, dato signo, ut universi conclamarent, incomposite fugientibus
23 metum incussit: multique, tanquam adesset hostis, per lubrica saxa, perque invias cotes præcipitati occiderunt; plures, aliqua membrorum parte mulctati,
24 ab integris deserti sunt. Rex, locorum magis quam hostium victor, tamen magnæ victoriæ sacrificiis et cultu diis satisfecit. Aræ in petra locatæ sunt Minervæ

bus machinis tela in Indos excutiebantur. Alio sane loco admoveri non poterant. *Fatigatis* deinde *alii succedere* poterant, ubicumque pugnabatur. Disertis autem verbis hoc factum dixit Arrianus secundo et die et prælio, quo Alexander aditu potiebatur.

20. *Per biduum ac duas noctes.* Quod factum esse debet, quum Macedones in mole struenda occupati essent. — *Tympana.* Quibus antiquitus Indi usi sunt. Macedonibus tympana quoque documentum expeditionis Bacchicæ in Indiam esse videbantur, quasi Indi a Baccho tympana pulsare didicerint. Tympana indica descripsit Suidas : Faciebant illa ex palmæ arboris cavato stipite, cui tintinnabula ex orichalco introrsus adaptabant, et os deinde vasis taurino corio occludebant, atque id in altum ferebant, concutiebantque in acie.

22. *Incomposite fugientibus.* Arrianus Indos tradidit, quum agger ferme perfectus esset, caduceatorem quidem misisse, qui deditionem polliceretur; per noctem vero fugere voluisse. Quo comperto regem itinerum præsidia reduxisse, ut locum daret discessuris. Dum vero illi abirent, regem in ipsam petram transisse, multos vero fugientium ferro cæsos, et per præcipitia lapsos periisse. Omnia hæc multo verisimiliora sunt quam quæ narrat Curtius; barbaros nempe, quum jam victores essent, quum rex desperans per biduum aggredi non tentavisset, sine ulla caussa, et summo sibi imminente periculo fugisse.

23. *Ab integris.* Ab iis qui illæsi erant, relicti sunt.

24. *Magnæ victoriæ sacrificiis.* Habuit diis honorem, sacraque fecit, quæ solebat in magnis victoriis. *Cultum* victoriæ vocavit tum ceteram magnificentiam in ostentanda ea, tum aras, de

ıriæque. Ducibus itineris, quos subire jusserat 25
:r armatos, etsi promissis minora præstiterant, um cum fide redditum est. Petræ regionisque ei ıctæ Sisicosto tutela permissa.

I. Inde processit Ecbolima: et quum angustias 1
ris obsideri xx millibus armatorum ab Eryce quocomperisset, gravius agmen exercitus Cœno duum modicis itineribus tradidit. Ipse prægressus 2
funditore ac sagittario, deturbatis, qui obsederant m, sequentibus se copiis viam fecit. Indi, sive odio ı, sive gratiam victoris [regis] inituri, Erycem fu:em adorti interemerunt, caputque ejus atque : ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunita- 3
dedit; honorem denegavit exemplo. Hinc ad flu- 4
Indum sextis decimis castris pervenit, omniaque,

sequitur. — *Quos subire.* Hoc ıui jusserat.

Promissis minora. Aditum monant quidem, sed non talem, cta in id jugum perveniri poteıod Indi tenebant. — *Sisicosto.* to apud Arrianum; qui ex India ante ad Bessum perfugerat, tum xandrum transierat, eique maxielis videbatur.

Ecbolima. Embolima, apud Ptom et Arrianum, IV, 28, 12, rocul ab Aorno, ubi Soastus se niscet, sita; in qua urbe, ante obsidionem recepta, Alexander atum aliaque Macedonibus ad nam forte petræ obsidionem aria comparari jusserat. Petra , Alexander forte iterum in eam

Ipse prægressus. Nostri habent: ıræegressus funditores et sagittaıturbat. His...* Modii emendatio - *Eryce.* Aphricen appellat Diod. .ssacani fratrem Arr. IV, 10, 9, qui, quamvis de morte Erycis nihil scripserit, in reliquis tamen copiosior est.

3. *Ille facto.* Codd. Theocr. *hic facto.* — *Honorem denegavit exemplo.* Nullo eos affecit honore, ne scelesti exempli facinus probare videretur.

4. *Hinc ad flumen Indum sextis decimis castris pervenit.* Debuisset Curtius scribere: ad eum Indi locum, ubi Hephæstion ad transitum necessaria præparaverat. Non recessit Alexander ab Indo, ad cujus ripam et Aornus et Ecbolima sita erant, sed secundum oram fluminis meridiem versus iter faciebat. Clarissimum hoc est ex Arriano, IV, 30, 16, ubi Alexander in hoc itinere sylvam in fluminis ripa cædi, navesque inde structas secundo flumine ad Hephæstionem devehi jussisse narratur. Transibat Indum in regione Peucelaotide, loco quodam circa *Attok.* Quód si verum, credi non potest, Alexandrum hinc, ab Ecbolimis, sextis decimis castris ad eum

ut præceperat, ad trajiciendum præparata ab Hephæstione reperit. Regnabat in ea regione Omphis, qui patri quoque fuerat auctor dedendi regnum Alexan-
5 dro. Et post mortem parentis legatos miserat, qui consulerent eum, regnare se interim vellet; an priva-
6 tum opperiri ejus adventum. Permissoque ut regnaret, non tamen jus datum usurpare sustinuit. Is benigne quidem exceperat Hephæstionem, gratuitum frumentum copiis ejus admensus: non tamen ei occurrerat,
7 ne fidem ullius nisi regis experiretur. Itaque venienti obviam cum armato exercitu egressus est; elephanti quoque, per modica intervalla militum agmini immixti,
8 procul castellorum fecerant speciem. Ac primo Alexander non socium, sed hostem adventare credebat; jamque et ipse arma milites capere, et equites discedere in cornua jusserat, paratos ad pugnam: at Indus, cognito Macedonum errore, jussis subsistere ceteris, ipse concitat equum, quo vehebatur: idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurreret,
9 vel sua virtute, vel illius fide tutus. Coivere, quod ex utriusque vultu posset intelligi, amicis animis; ceterum, sine interprete non poterat conseri sermo: itaque adhibito eo, barbarus occurrisse se dixit cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum; nec
10 exspectasse, dum per nuncios daretur fides. Corpus suum et regnum permittere illi, quem sciret gloriæ

locum pervenisse, ubi exercitum trajiciebat. Ingens est numerus pro parvo. Legerat forte Curtius in Græcis *sexto decimo die*, quorum plurimos in sylva cædenda et navibus struendis consumptos esse, credi potest. — *Omphis.* Mophis, Diod, c. 86, cujus regnum inter Indum et Hydaspen erat. — *Patri.* Fuit ille Taxiles quem Diodor. XVII, 86, scribit hærenti adhuc in Sogdianis Alexandro societatem armorum obtulisse; Arrian. IV, Indiæ fines ingresso cum donis occurrisse. Idem apud eum nomen habet filius a principio.

7. *Castellorum speciem.* Propter molem corporum. Sed forte etiam turriti erant.

8. *Discedere in cornua.* Utrinque abire ad phalangis cornua.

militantem, nihil magis quam famam timere perfidiæ.
Lætus simplicitate barbari rex, et dextram fidei suæ
pignus dedit, et regnum restituit. LVI elephanti erant, 11
quos tradidit Alexandro, multaque pecora eximiæ ma-
gnitudinis: tauros ad III millia, pretiosum in ea regione
acceptumque animis regnantium armentum. Quærenti 12
Alexandro plures agricultores haberet, an milites; cum
duobus regibus bellanti sibi majore militum, quam
agrestium manu opus esse respondit. Abisares et Porus 13
erant; sed in Poro eminebat auctoritas: uterque ultra
Hydaspen amnem regnabat; et belli fortunam, quis-
quis arma inferret, experiri decreverat. Omphis, per- 14
mittente Alexandro, et regium insigne sumpsit, et
more gentis suæ nomen, quod patris fuerat, *Taxilen*
appellavere populares, sequente nomine imperium in
quemcumque transiret. Ergo quum per triduum ho- 15
spitaliter Alexandrum accepisset, quarto die, et quan-
tum frumenti copiis, quas Hephæstion duxerat,
præbitum a se esset, ostendit, et aureas coronas ipsi
amicisque omnibus, præter hæc signati argenti LXXX ta-
lenta, dono dedit. Qua benignitate ejus Alexander mire 16
lætus, et, quæ is dederat, remisit, et mille talenta ex

10. *Simplicitate.* Ingenua sinceritate, animique candore; hic enim *simplicitas* in bonam partem sumitur.

11. *LVI elephanti.* Arrian. V, 3, 7, a Taxile dono data refert circiter CC talenta argenti, III M. taurorum, supra X M. ovium, elephantos circiter XXX; septingentos denique equites auxilio missos.

13. *Abisares.* In cujus nomine scribendo multis modis variatur. Indiæ montanæ rex appellatur ab Arrian. V, 8, 4. Fortasse Porus ultra Hydaspen plana, quæ meridiem, Abisares montana, non solum ultra, sed ad utramque Hydaspis ripam, quæ septemtrionem spectant, ditione sua tenebat.

14. *Quod patris fuerat.* Non patris solum, sed priorum quoque regum, ut recte monuit Freinshemius, qui aliis quoque exemplis morem fuisse veterum Indorum, ut regem ab urbe primaria appellarent, docuit. Taxiles nomen accepit a Taxilis, maxima urbe inter Indum et Hydaspen sita.

15. *Ipsi amicisque.* Id moris erat in Oriente. Apud Tacit. Ann. II, 57, 6: « In convivio Nabathæi regis, coronæ aureæ magno pondere Cæsari et Agrippinæ, leves Pisoni et ceteris offeruntur.

16. *Mille talenta....adjecit.* « Operam enim dabat, ut omnes homines bene-

præda, quam vehebat, adjecit, multaque convivalia ex auro et argento vasa, plurimum Persicæ vestis, xxx equos ex suis, cum iisdem insignibus, quîs assue-
17 verant, quum ipsum veherent. Quæ liberalitas, sicut barbarum obstrinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit. E quibus Meleager, super cœnam largiore vino usus, gratulari se Alexandro dixit, quod saltem
18 in India reperisset dignum talentis mille. Rex, haud oblitus quam ægre tulisset, quod Clitum ob linguæ temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta.

1 XIII. Postero die, legati Abisaræ adiere regem: omnia ditioni ejus, ita ut mandatum erat, permittebant; firmataque invicem fide, remittuntur ad regem.
2 Porum quoque nominis sui fama ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharen, qui denunciaret ei, ut stipendium penderet, et in primo finium suorum aditu occurreret regi. Porus alterum ex his facturum sese respondit; ut intranti regnum suum
3 præsto esset, sed armatus. Jam Hydaspen Alexander superare decreverat; quum Barzaentes, defectionis Arachosiis auctor, vinctus, trigintaque elephanti si-

volentia superaret;» Polyæn. IV, 3, 1: «Gloriari quin etiam solebat a nullo se beneficiis victum,» teste Seneca, de Benef. V, 6, 1. Eadem et de Alexandri liberalitate, et de amicorum suorum invidia narrant Plutarchus, 103, et Strabo, lib. XV: «Adeo, inquit posterior, ut Macedones invidia correpti dicerent: quasi vero Alexander non habuisset quibus benefaceret, priusquam Indum trajiceret.»

1. *Legati Abisaræ.* Abisareu specie deditionis Alexandrum fefellisse, et cum Poro belli societatem iniisse, ex Curt. VIII, 14, 1; Diod. VI, 87, et Arrian. V, 8, 4, atque 20, 7, palam est.

3. *Barzaentes.* Sic supra lib. VI, 6, 36, legitur. De varietate scripturæ vide ad Arrian. III, 21, 2. Fuerat Barzaentes satrapa Drangarum, Arachotorum et Indorum montanorum prope Arachosiam; qui cum Besso et Nabarzane Darium in vincula conjecerat. Quum Alexander Drangianam intraret, profugit ad Indos cis Indum (Arrian. III, 25, 14), a quibus vinctus, et regi jam ad Hydaspen progresso traditus, Alexandro jubente, interfectus est.

capti perducuntur, opportunum adversus Indos ium: quippe plus in belluis, quam in exercitu, ac virium illis erat. Gamaxusque rex exiguæ par- 4
ıdorum, qui Barzaenti se conjunxerat, vinctus adus est. Igitur transfuga et regulo in custodiam, 5
hantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspen enit; in cujus ulteriore ripa Porus consederat, situ prohibiturus hostem. LXXXV elephantos obje- 6
t eximio corporum robore; ultraque eos currus et peditum xxx fere millia, in quîs erant sagittarii, ti ante dictum est, gravioribus telis, quam ut apte ıti possent. Ipsum vehebat elephantus super cete- 7
elluas eminens; armaque auro et argento distincta ıus raræ magnitudinis honestabant: par animus ɔri corporis; et quanta inter rudes poterat esse entia. Macedonas non conspectus hostium solum, 8
etiam fluminis, quod transeundum erat, magnı terrebat: quatuor in latitudinem stadia diffusum,

Gamaxus, sive *Samaxus*, ut sex . legunt, de quo apud alios nihil ., regulus Indorum cis Indum videtur. — *Gamaxus quoque* ant Freinsh. et Acidal. ut melius oratio.

LXXXV elephantos. Supra du- s dixit Arrian. lib. V, c. 15, § 8, ræter currus et pedites IV millia ım addit. Diod. c. 87, numerat lephantos, supra mille currus, ım circa tria, peditum supra uaginta millia. Plut. Vit. Alex. , XX millia peditum et II millia ım. — Currus hi, de quibus c. 14, 3, ad belli quidem usum erant, sed non falcati. — *Sicuti dictum est*. Lib. VIII, 9, 28.

Fluminis magnitudo. Hydaspes quidem non est maximus; hieme vado transiri potest. Æstate autem tantum ac talem fuisse, qualem Curtius descripsit, facile concedi potest. Alexander autem, quod diserte tradiderunt Diod. XVII, 94, et Strabo, a Taxilis ad Hyphasin et retro ad Hydaspen per continuas ivit pluvias, quibus pluviis non solum, sed nivibus quoque montium solutis, Indiæ flumina per æstatem ad ingentem magnitudinem excrescunt, et magno cum impetu decurrunt. Viderunt igitur et descripserunt Macedones flumina indica talia, qualia per æstatem, late diffusa, videbantur. Hydaspes itaque ea tempestate *IV stadia* latus erat (non XX stadia, ut Arrian. lib. IV, cap. 4, § 3, scripsit, ubi Acesinen cum Hydaspe confudit), quæ latitudo autem *speciem vasti maris facere* non potuit. Quod dicens, Curtius modum verborum non servavit.

profundo alveo et nusquam vada aperiente, speciem
9 vasti maris fecerat. Nec pro spatio aquarum late sta-
gnantium impetum coercebat; sed quasi in arctum
coeuntibus ripis, torrens et elisus ferebatur: occulta-
que saxa inesse ostendebant pluribus locis undæ reper-
10 cussæ. Terribilior erat facies ripæ, quam equi virique
compleverant. Stabant ingentes vastorum corporum
moles, et de industria irritatæ horrendo stridore aures
11 fatigabant. Hinc hostis, hinc amnis capacia quidem
bonæ spei pectora, et sæpe se experta, improviso ta-
men pavore percusserant. Quippe instabiles rates nec
dirigi ad ripam, nec tuto applicari posse credebant.
12 Erant in medio amne insulæ crebræ, in quas et Indi
et Macedones nantes, levatis super capita armis, trans-
ibant. Ibi levia prælia conserebant; et uterque rex
parvæ rei discrimine summæ experiebatur eventum.
13 Ceterum, in Macedonum exercitu temeritate atque
audacia insignes fuere Symmachus et Nicanor, nobiles
juvenes, et perpetua partium felicitate ad spernendum
14 omne periculum accensi: quis ducibus promptissimi
juvenum lanceis modo armati transnavere in insulam,
quam frequens hostis tenebat, multosque Indorum,
nulla re magis, quam audacia armati, interemerunt.
15 Abire cum gloria poterant, si unquam temeritas felix

9. *Elisus*. Nec celeritatem suam minuebat proportione undarum late diffusarum; sed quasi ejus ripæ angusto intervallo distarent, rapidus fluebat, et aquis collisis vehementiusque procurrentibus. Conf. lib. IX, 2, 17, 20.

10. *Ingentes.... moles*. Elephanti.— *Aures fatigabant*. Sic lego cum nostris regg. et plurimis aliis Codd. *Schmieder* scribit: *Auras fatigabant*. Quod poetice dictum foret pro: aerem replebant. Non audio, inquit, Codices, quorum plurimi *aures* habent. Sed admittere *aures* necesse est: nam quid *de industria irritatæ* sit non video, nisi ut ad aures hostium perveniret *horrendus stridor*, qui *barritus* proprie dicitur.

11. *Pectora*. Sc. Macedonum, quamvis fiduciæ concipiendæ apta.

12. *Parvæ rei discrimine*. Levium præliorum successu tentabant quæ futura esset ultimi fortuna. Sic apud Livium, III, 61, 10: « Parva certamina in summum totius profecerant spei. »

13. *Partium*. Suarum, nempe Macedonici exercitus.

inveniret modum; sed dum supervenientes contemptim et superbe quoque exspectant, circumventi ab iis, qui occulti enataverant, eminus obruti telis sunt. Qui 16
effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti; eaque pugna multum fiduciam Pori erexit, cuncta cernentis e ripa. Alexander inops 17
consilii tandem ad fallendum hostem talem dolum intendit. Erat insula in flumine amplior ceteris, syl-

15. *Inveniret modum.* Εὐπρηξίης οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι οὐδεμίη πληθώρη. Herod. VII. Sic Livius: «Statuere felicitati modum,» XXX, 30, 19.

17. *Erat insula.* Insula illa, de qua vide ab lib. IX, 1, 6, et rupes (sive promontorium quoddam) in ea Hydaspis ripa, quam Alexander tenebat, 150 stadia a castris Alexandri remotæ erant. Arrian. V, 11, 2. E regione castrorum Alexandri, sua habebat Porus. Itaque necesse non erat, ut Porus in remotiora loca ab ea insula abduceretur; quod infra innuit Curtius § 20; sed sunt alia quoque in hac descriptione, in quibus Curtius a reliquis discedit. Arriano teste, cui adsentitur Polyæn. IV, 3, 9, Alexander, multis diebus ante transitum, noctu equitibus modo ad superiorem, modo ad inferiorem fluminis ripam adductis, transitum cum multo tumultu parare simulabat. Contra Porus ad eam partem, qua clamor edebatur, elephantos adducebat. Quo modo Porus, sæpius elusus, quum Macedones non transirent, tandem in suis castris manere constituit, speculatoribus per ripas dispositis. Poro sic nocturnis clamoribus, tanquam vanis, assuefacto, tum demum Alexander, Cratero in castris relicto, ut palam transitum simularet, ipse cum alia exercitus parte clam hoste ad illud promontorium accessit, atque præparatis per pluviosam noctem, quæ adhuc præparanda restabant, sub lucem cum Ptolemæo aliisque ducibus transiit, nec prius a speculatoribus Pori conspectus est, quam quum jam prope ab ulteriore ripa abesset. Sed propter imperitiam locorum in insulam, quam exigua quidem, sed profunda aqua separabat, pervenerat. Tandem vero reperto vado, hanc quoque aquam transibat, aciemque instruebat. Craterum transire jusserat, quum Porum omnes elephantos ab ulteriore ripa abduxisse vidisset; in medio vero inter illud promontorium et Crateri castra Attalum et alios duces cum exercitus parte locaverat, transituros, si se pugnantem viderent. Hæc si comparaveris cum Curtianis, jam videbis, quam sint in summa et in singulis diversa. Hoc tamen discitur ex Curtio, Alexandrum superiori quodam loco a magnis castris transisse, partim quod § 23, *Ptolemæum inferiorem ripam obsedisse* dicit; partim quod Porus Abisaren, cujus regnum septemtrionem versus erat, adventasse credebat, c. 14, 1. Curtium sequi videtur Frontinus I, 4, 9, ubi eamdem rem bis narrat. Diodorus et Justinus de transitu silent, quod reprehendo; nam summus labor Alexandro non erat, ut vinceret, sed ut transiret. Fide dignissimus est Plut. Alex. c. 60, qui, quæ

vestris eadem, et tegendis insidiis apta; fossa quoque
prælta haud procul ripa, quam tenebat ipse, non
pedites modo, sed etiam cum equis viros poterat abs-
18 condere. Igitur ut a custodia hujus opportunitatis
oculos hostium averteret, Ptolemæum cum omnibus
turmis obequitare jussit procul ab insula, et subinde
Indos clamore terrere, quasi flumen transnaturus fo-
19 ret. Per complures dies Ptolemæus id fecit; eoque con-
silio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se
20 petere simulabat, coegit advertere. Jam extra con-
spectum hostis insula erat : Alexander in diversa
parte ripæ statui suum tabernaculum jussit, assuetam-
que comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum
stare, et omnem apparatum regiæ magnificentiæ,
21 hostium oculis de industria ostendi. Attalum, et
æqualem sibi, et haud disparem habitu oris et cor-
poris, utique quum procul viseretur, veste regia exor-
nat, præbiturum speciem ipsum regem illi ripæ præ-
22 sidere, nec agitare de transitu. Hujus consilii effectum
primo morata tempestas est, mox adjuvit; incom-
moda quoque ad bonos eventus vertente fortuna.
23 Trajicere amnem cum ceteris copiis in regionem in-
sulæ, de qua ante dictum est, parabat, averso hoste
in eos, qui cum Ptolemæo inferiorem obsederant ri-

de difficultate transitus habet, ex Alexandri epistolis descripsit, nec ab Arriano dissentit.

18. *Averteret.* Eodem sensu Liv. XXXVIII, 33, 10: «Ut ipso certamine averteret a conspectu transeuntium per colles equitum.»

20. *In diversa parte.* In alia, eaque longius remota.

21. *Quum procul viseretur.* Recte miratur *Tellier,* si qua similitudo inter utrumque oris et corporis notari ab iis poterat, qui quatuor stadiis aberant. Quæritur etiam, utrum in Pori exercitu fuissent, qui Alexandrum nossent. — *Præbiturum speciem.* Ut Attalus, sic ornatus stipatusque, pro rege ab Indis procul aspicientibus haberetur, qui ripæ præsidens nihil de transitu cogitaret.

23. *In regionem insulæ.* Ad illam insulam, qua absconditus aliquam fluvii partem transiret, antequam ex ulteriori ripa cerneretur.

pam, quum procella imbrem, vix sub tectis tolera-
bilem, effudit; obrutique milites nimbo in terram
refugerunt, navigiis ratibusque desertis: sed tumul- 24
tuantium fremitus, obstrepentibus ventis, ab hoste
non poterat audiri. Deinde momento temporis repres-
sus est imber, ceterum adeo spissæ intendere se nu-
bes, ut conderent lucem, vixque colloquentium
inter ipsos facies noscitaretur. Terruisset alium ob- 25
ducta nox cælo, quum ignoto amne navigandum es-
set, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam cæci, at-
que improvidi, et ex periculo gloriam accersentes
petebant, occupante. Obscuritatem, quæ ceteros ter- 26
rebat, suam occasionem ratus, dato signo, ut omnes
silentio ascenderent in rates, eam, qua ipse veheba-
tur, primam jussit expelli. Vacua erat ab hostibus 27
ripa, quæ petebatur; quippe adhuc Porus Ptolemæum
tantum intuebatur: una ergo navi, quam petræ flu-
ctus illiserat, hærente, ceteræ evadunt; armaque ca-
pere milites, et ire in ordines jussit.

24. *Obstrepentibus ventis.* Sic scripsi cum quinque Codd. Vulgo *obstrepentibus ripis.*—*Nubes.* In terram demissæ, nebulæ. Proprie, inquit *Leclerc*, Jud. de Curtio, 8, 10, dicendum fuit *nebulas:* nam nubes altiores sunt. Et nititur Isidori auctoritate, lib. XIII, qui: « *nebula* inde dicta unde et *nubila*, ab obnubendo, h. e. operiendo terram, sive quod nubem volans faciat. Exhalant enim valles humidæ nebulas, et fiunt nubes. » Sed huic optime respondet Perizonius, Curt. Vindic. p. 81. « Scilicet vult vir doct. historicum debere non loqui cum populo, nec satis habere si usitatis loquendi modis rem quamque perspicue declaret, sed loqui semper cum doctis cujusque artis. Ego vero inter *nubem* et *nebulam* ita distinxerim, ut *nubes* significet in universum omne illud, sive humile, sive altum quod cælum tegit, et ejus lucem nobis adimit: *nebula* vero sit potissimum et humida et humilis. Dicitur *nubes pulveris*, Curt. IV, 15; *nubes locustarum*, Liv. XLII, 2; *nubes volucrum*, Tacit. Hist. III, 56. Concludam cum loco Livii, XXXIII, 7, simillimum Curtiano: « Tertio die primum nimbus effusus, dein caligo noctis simillima Romanos metu insidiarum tenuit. Philippus maturandi itineris caussa, post imbrem nubibus in terram demissis, nihil deterritus, signa ferri jussit. Sed tam densa caligo obcæcaverat diem, ut neque signiferi viam, nec signa milites cernerent. »

27. *Jussit.* Malo *jussi* cum Scheffero.

1 XIV. Jamque agmen in cornua divisum ipse ducebat: quum Poro nunciatur, armis virisque ripam obtineri, et rerum adesse discrimen. Ac primo, humani ingenii vitio spei suæ indulgens, Abisaren belli
2 socium (et ita convenerat) adventare credebat. Mox liquidiore luce aperiente hostem, C quadrigas, et III millia equitum venienti agmini Porus objecit. Dux erat copiarum, quas præmisit, Hages, frater ipsius:
3 summa virium in curribus: senos viros singuli vehebant, duos clypeatos, duos sagittarios ab utroque latere dispositos; ceteri aurigæ erant, haud sane inermes: quippe jacula complura, ubi cominus præliandum erat, omissis habenis, in hostem ingerebant.
4 Ceterum vix ullus usus hujus auxilii eo die fuit: namque, ut supra dictum est, imber, violentius quam alias fusus, campos lubricos et inequitabiles fecerat; gravesque et propemodum immobiles currus illuvie
5 ac voraginibus hærebant. Contra Alexander expedito ac levi agmine strenue invectus est. Scythæ et Dahæ primi omnium invasere Indos: Perdiccam deinde cum

1. *In cornua divisum.* Acie instructa pedites, sex circiter millia, in aciem dispositos, sensim sequi jubebat; ipse cum quinque circiter millibus equitum et sagittariis celeriter præibat. Arrianus, V, 13, 4. — *Ita convenerat.* Et reipsa, ut inquit Diodorus, parabat auxilium Abisares, quæ caussa fuit Alexandro, ut bellum cum solo Poro transigere properaret, priusquam ille copias junxisset.

2. *Centum quadrigas.* Mirum in modum veteres in primo prælio describendo dissentiunt. Aliud Aristobulus, aliud Ptolemæus (apud Arrianum), qui prælio ipse interfuit; aliud Plut. Vit. Alex. 60, ex epistola Alexandri, enarrarunt, His. adde Diodor. XVII, 89; Polyæn. IV, 3. Ptolemæo auctore Porus, filio duce, CXX currus et II millia equitum hosti, ultimum ex insula vadum jam transgresso, objecit. Plutarchus mille tantum equites, et LX currus numerat. — *Senos viros.* Binos tantum epibatas, sive ascensores, singulis curribus tribuit Ælian. Hist. Anim. XIII, 9, et Strabo, lib. XV.

5. *Strenue invectus est.* Vivide et celeriter pugnam iniit. — *Scythæ.* Qui erant equites; *Dahæ,* equites sagittarii, Arr. V, 12, 3. — *In dextrum cornu hostium.* Hoc est, illorum trium millium equitum Indorum. Sunt qui *cornum* legant, non corrig. Modio.

equitibus in dextrum cornu hostium emisit. Jam un- 6
dique pugna se moverat, quum ii, qui currus agebant,
illud ultimum auxilium suorum rati, effusis habenis,
in medium discrimen ruere cœperunt. Anceps id ma- 7
lum utrisque erat: nam et Macedonum pedites primo
impetu obterebantur, et per lubrica atque invia im-
missi currus excutiebant eos, a quibus regebantur.
Aliorum turbati equi non in voragines modo lacunas- 8
que, sed etiam in amnem præcipitavere curricula.
Pauci tamen hostium tenus exacti penetravere ad 9
Porum acerrime pugnam cientem. Is, ut dissipatos
tota acie currus vagari sine rectoribus vidit; proximis
amicorum distribuit elephantos. Post eos posuerat pe- 10
dites, ac sagittarios, et tympana pulsare solitos; id pro
cantu tubarum Indis erat: nec strepitu eorum move-

6. *Jam undique.* Hoc est, non solum in cornu, sed in fronte etiam, et forte a tergo quoque equitum indicorum.— *Ultimum auxilium suorum.* Ultimum, quo equites sui servari et victoria parari posset.

7. *Anceps malum.* Curtio anceps malum in præliis dici solet, si hostes et a fronte et a tergo instant. Hoc loco est pro periculo permagno. Curruum impetus et Macedonum peditibus periculosus erat, qui primo impetu obterebantur; intellige namque, adventasse eos, dum inter equites pugnaretur. Idem et Indis periculosus erat; plurimi enim curruum vel, excussis rectoribus, vagabantur, vel, turbatis equis, in voragines, lacunas et amnem præcipitabantur. Potestne autem credi, paucos tantum currus hostium tenus exactos Macedones obtrivisse, et in magnum periculum conjecisse? eosque per hostes adversos ad Porum penetrasse? Saltem narratum non est, Macedonum pedites locum medium inter hos currus et Pori castra occupasse, ut Indis per hos via ad castra sua facienda fuisset. Deinde quomodo dici potuit, eosdem ad Porum, *pugnam acerrime cientem*, penetrasse, qui nondum pugnabat, sed aciem tantum instruebat? Potest locus mendosus esse; obscuritas tamen Curtio ipsi imputanda est. Ptolemæus et Plutarchus scripserunt: Alexandrum, cognito hostium numero, cum equitatu in eos invectum esse; illorum vero statim in fugam versorum cæsos esse CCCC equites, currusque una cum equis captos.

8. *Curricula. A curru* fit *curriculum*, quod est brevissimum vehiculi genus, cursui aptissimo. Ex quo factum quoque videtur, ut *curriculum* pro *cursu* accipiatur.

9. *Hostium tenus.* Per medios hostes. — *Tota acie.* Totis campis, ubi acies fuerat

10. *Et tympana.* Copulam recepi ex

11 bantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis. Herculis simulacrum agmini peditum præferebatur; id maximum erat bellantibus incitamentum, et dese-
12 ruisse gestantes militare flagitium habebatur. Capitis etiam sanxerant pœnam iis, qui ex acie non retulissent; metu, quem ex illo hoste quondam conceperant, etiam in religionem venerationemque converso. Macedonas non belluarum modo, sed etiam ipsius regis
13 aspectus parumper inhibuit. Belluæ dispositæ inter armatos speciem turrium procul fecerant. Ipse Porus humanæ magnitudinis propemodum excesserat formam. Magnitudini Pori adjicere videbatur bellua, qua vehebatur, tantum inter ceteras eminens, quanto
14 aliis ipse præstabat. Itaque Alexander, contemplatus et regem et agmen Indorum, «Tandem, inquit, par animo meo periculum video : cum bestiis simul et
15 cum egregiis viris res est.» Intuensque Cœnum, «Quum ego, inquit, Ptolemæo, Perdiccaque, et Hephæstione

C. Voss. 2, et Th. — *Movebantur.* Sc. elephanti.—*Mitigatis.* Assuefactis.

11. *Herculis simulacrum.* Fortasse simulacrum dei indici, qui bellis præesse credebatur. Nam Hercules in India, ut supra monui, est fictio Macedonum. Diligentiorem aciei indicæ descriptionem addo ex Arrian. lib. V, 15: in prima fronte locati erant CC elephanti, spatio C (sive L, ut Polyæn.) pedum inter se disjuncti; post hos, secundo ordine, peditum agmina, ut fere ipsis interstitiis interjecta viderentur. Utrimque in cornibus ultra elephantos pedites adhuc collocati erant; ad latus utrumque peditum equites, et ultra equites currus. Sic etiam Diodor. VIII, 87, et Polyæn. IV, 3, 22.

13. *Humanæ magnitudinis.* Erat enim supra quinque cubitos altus, Arrian. V, 19, 1. — Diod. XVII, 88, adjicit: crassitudine autem tanta, ut thorax ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent. Freinshemius locum sic interpungi mavult: *Ipse Porus humanæ magnitudinis prope modum excesserat. Formam*, hoc est, decorem, speciem, *magnitudini Pori adjicere videbatur bellua*, etc., bene quidem; sed vulgatam quoque fero. Plutarchus τὸν Πῶρον μηδὲν ἀποδεῖν πρὸς τὸν ἐλέφαντον συμμετρίᾳ scripsit. Quinque cubitos æstimat *Tellier*, septem pedes et dimidium.

15. *Ptolemæo.* Ptolemæum cum Alexandro Hydaspen transisse, supra ex Arriano notavi. Curtius autem, 13, 23, Ptolemæus cis Hydaspen relictis præfectum dixerat. Jure igitur tanquam non consentanea tradens reprehenditur. Ceterum, quo melius intel-

itatus, in lævum hostium cornu impetum fecero, :risque me in medio ardore certaminis; ipse dexn move, et turbatis signa infer. Tu, Antigenes, et Leonnate, et Tauron, invehemini in mediam m, et urgebitis frontem. Hastæ nostræ prælongæ 16
alidæ non alias magis quam adversus belluas re'esque earum usui esse poterunt; deturbate eos, vehuntur, et ipsas confundite. Anceps genus auxi-

r, aciei macedonicæ et prælii iptio ex Arriano et Polyæno, 3, 22, præmittenda est. Quum ınder impetum a fronte in eletos periculosum esse vidisset, ita ı instituit, ut phalanx peditum n cornu obtineret, equites dex; quorum alios in fronte constialios ἐν ἐπικαμπίῳ, ad inflexio-Illis ipse, his Cœnus præerat. › deinde subsistere jusso, rex cum plurimis equitibus a cornu o suo dextram versus ita disces: lævum Pori videretur a latere agarus et circumiturus. Quod contus Porus, omnes equites suos os in lævam verti, atque Alexanccurrere jubet. Quo viso Cœnus ındato regis cum suis equitibus a o Macedonum cornu provectus ;o eorum videbatur, qui Alexan›ccurrerant. Vertuntur hi in Cœquoque, sed eodem tempore a › in fronte, ab Alexandro in lalacessiti resistere nequeunt, atinter elephantos et pedites repelır. Hoc erat prælii principium, statim victoria ad Macedones tratur. Ex his præmissis interpretare um. *Quum ego, inquit* Alexan-*Ptolemæo,* qui erat somatophynajoris dignitatis, *Perdiccaque et ıæstione,* qui tum erant hipparoptimæ equitatus partis, *comitain lævum hostium cornu*, hoc est, in equites Indorum, ea qua dixi ratione, *impetum fecero*, etc.; *ipse dextrum* cornu Macedonum, sive potius equites in dextro cornu hoc ipso consilio relictos, ad inflexionem locatos, *move, et turbatis signa infer.* Phalangi præceperat Alexander, non prius inire prælium, quam quum pedites et equites Indorum a suo equitatu perturbatos vidissent. *Tu,* inquit, *Antigenes* (qui chiliarcha erat; conf. lib. V, 2, 5), *tu, Leonnate* (quod nomen corruptum est; lege cum Arriano, *Lysimache:* Lysimachus, qui postea regnavit, tum temporis hypaspistis regiis præfuit), et *Tauron* (qui sagittariorum præfectus erat: Arrian. V, 14, 11), *invehemini in mediam aciem, et urgebitis frontem* Indorum et elephantos, simul ac meum et Cœni impetum in equites bene cessisse videritis. Hæc *Schmieder,* qui omnem hanc pugnam summa arte et diligentia illustravit.

16. *Anceps genus auxilii est* ex elephantis, qui hostibus quidem perniciosi esse possunt; sæpe vero, si territi revertuntur, suis maxime detrimento sunt. Iisdem verbis utitur Livius, de falcatis curribus locutus, XXXVII, 41, 9: « Eumenes haud ignarus pugnæ, et quam anceps esset auxilii genus. » — *In suos acrius furit.* Ingeniosa est Heinsii conjectura: *In suos acrius furit quam in hostem. In eum imperio....*

lii est, et in suos acrius furit. In hostem enim impe-
17 rio, in suos pavore agitur. » Hæc eloquutus concitat equum primus. Jamque, ut destinatum erat, invaserat ordines hostium; quum Cœnus ingenti vi in lævum
18 cornu invehitur. Phalanx quoque in mediam Indorum aciem uno impetu prorupit. At Porus, qua equitem invehi senserat, belluas agi jussit; sed tardum et pæne immobile animal equorum velocitatem æquare non poterat: ne sagittarum quidem ullus erat barbaris
19 usus; quippe longæ et prægraves, nisi prius in terra statuerent arcum, haud satis apte et commode imponuntur. Tum humo lubrica, et ob id impediente conatum, molientes ictus celeritate hostium occupabantur.
20 Ergo spreto regis imperio (quod fere fit, ubi turbatis

17. *Ut destinatum erat.* Jam vides ita fieri pugnam, ut Alexander præceperat. Hæc enim ex iis, quæ notata sunt ad § 15, explicanda. Si editores, pro *in lævum cornu*, ex Arriano, lib. V, c. 16, § 5, legere volunt, *in dextrum cornu*, Arriani locum *non* intellexerunt. Capias sic: *Κοῖνον δὲ πέμπει ἐπὶ τὸ δέξιον*, scilic. *τῶν Μακεδόνων*. Miserat Cœnum ad dextrum cornu aciei macedonicæ, quod lævo Indorum contrarium erat, dum ipse cum aliis idem cornu Indorum circumire statuerat. Lævum Macedonum cornu Alexander non firmaverat equitibus, sed peditibus ad inflexionem locatis, quod diserte tradit Polyænus. Contraria scripsit quidem Plut. Vit. Alex. c. 60; quem vero hac in parte brevitatis studiosior est. Videtur enim in eodem errore hærere, quo interpretes ad hunc loc. Curtii laborant.

18. *Sed tardum et pæne immobile animal.* Injuria fit elephanto. Hodie non ignoratur, consueto gressu eum homines currentes assequi. Sed in prælio illo alia caussa fuit, cur equites non defenderent. Eodem nempe tempore, quo elephanti in Macedonum equites concitabantur, ex mandato Alexandri phalanx in ipsos ferebatur. Arrian. V, 17, 4. In hanc conversi non parum damni intulerunt. Equites igitur Indorum, animo recepto, iterum in equites Macedonum impetum fecerunt, sed rursus victi ad elephantos rejiciebantur. Tum equitatus Macedonum, quacumque poterat, Indorum agmina cædebat. Belluæ diu quidem phalangi obstiterunt; tandem vero, sauciæ et rectoribus orbatæ, pedem retro ferentes plurimum suis damnum inferebant. Tum Indi, phalange a fronte, equitatu a tergo cincti, atque in angustum compulsi, qua equitatus spatium dabat, in effusam fugam vertuntur. Sed Craterus, qui interea Hydaspen trajecerat, in fugientes incidens, ingentem adhuc cladem adjecit. Hæc quoque *Schmieder.*

19. *Imponuntur.* Sic scripsi cum tribus Codd. pro *imponunt.*

us metus quam dux imperare cœpit), totidem erant eratores, quot agmina errabant: alius jungere 21
m, alius dividere; stare quidam, et nonnulli cir- ıvehi terga hostium jubebant: nihil in medium sulebatur. Porus tamen cum paucis, quibus metu 22
or fuerat pudor, colligere dispersos, obvius hosti pergit, elephantosque ante agmen suorum agi ju- Magnum belluæ injecere terrorem; insolitusque 23
lor non equos modo, tam pavidum ad omnia ani- , sed viros quoque ordinesque turbaverat. Jam 24
circumspiciebant locum paullo ante victores; m Alexander Agrianos et Thracas leviter arma- meliorem concursatione quam cominus militem,

Quot agmina errabant. Erra- dixit Curtius, ne repeteret, Neque enim errabant agmina, ı angustum redacta erant; nec poterat acies, qui divisa non nec terga hostium circumvehi ınt ab iis, qui ipsi cincti erant. ı hæc de diversorum mandatis Curtius finxit, ut vigeret oratio. tam fuisse aciem, nemo non det.

Nihil consulebatur in medium. st, in commune; alii consule- lia et diversa..

Insolitusque stridor. Hic in Cur- invehitur *Schmieder.* Nec sane m est ab equis elephantorum rem ferri non posse. Noscitur ›ro, Cæsare, Hirtio, ceterisque ad hunc locum collegit Frein- us. Sed nunc, inquit *Schmieder,* re ab elephantis edito, non sane urbari poterant, quia elephanti ı equites, sed in phalangem con- ntur; equites vero Macedonum o et latere peditum Indorum Lege Arrianum, V, 17, 5. «Bel- ocurrentes, quacumque sese ver- tebant, Macedonum phalangem, quantumvis densam, perfringebant, ἐκθρῆιζε. Impetus igitur elephantorum peditum ordines turbavit. — *Tam pavidum ad omnia.* Sc. insolita. Sed hoc terroris crimine, injuriam fieri equis credidit Schefferus, ut modo elephantis gravitatis crimine fuit. Itaque ille corrigebat *impavidum.* Hoc sensu, nempe illud animal quod impavidum esse solet, tum insolitus stridor subitusque tumultus turbaverant.

24. *Fugæ circumspiciebant locum.* Majore vi Tacitus: «Fugam undique circumspiciebant.» — *Agrianos et Thracas.* Utrique erant jaculatores et pedites. Exstabat quidem in exercitu agmen Thracum equitum, qui præcursoribus adnumerantur, et sarissis armati erant. Quos cave ne intelligas. In utroque enim phalangis cornu peditum ultimi erant sagittarii, Agriani et jaculatores, hoc est, Thraces. Arr. V, 13, 9. Meliores concursatione milites dicuntur, quam cominus, quia sagittis et jaculis tantum pugnabant, non hastis. Hastati vero meliores erant cominus quam eminus.

25 emisit in belluas. Ingentem hi vim telorum injecere et elephantis, et regentibus eos : phalanx quoque in-
26 stare constanter territis cœpit. Sed quidam avidius persequuti, belluas in semet irritavere vulneribus : obtriti ergo pedibus earum, ceteris, ut parcius instarent, fuere
27 documentum. Præcipue terribilis illa facies erat, quum manu arma virosque corriperent, et super se regenti-
28 bus traderent. Anceps ergo pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantos, in multum diei varium certamen extraxit, donec securibus (id namque genus auxilii præparatum erat) pedes amputare cœperunt.
29 *Copidas* vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes, quîs appetebant belluarum manus; nec quidquam inexpertum non mortis modo, sed etiam in
30 ipsa morte novi supplicii timor omittebat. Ergo elephanti, vulneribus tandem fatigati, suos impetu sternunt, et qui rexerant eos, præcipitati in terram, ab
31 ipsis obterebantur. Itaque pecorum modo magis pavidi, quam infesti, ultra aciem exigebantur; quum Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante præparata in circumfusos ex elephanto suo cœpit ingerere, multisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus
32 undique petebatur. Novem jam vulnera hinc tergo,

27. *Manu.* Proboscide, qua, vice manus, utuntur, adeoque flexili, ut eas *anguimanos* vocet Lucretius, II, 537.

28. *Nunc sequentium, nunc fugientium.* Cedebant Macedones elephantis incurrentibus; recedentibus instabant, et jacula immittebant. — *In multum diei.* Μόλις ὀγδόης ὥρας ἀπειπεῖν τοὺς πολεμίους scripsit Plutarchus.

29. *Copidas.* Græca vox ex verbo κόπτω. Suidas : Κοπὶς ἡ μάχαιρα. Strabo, lib. III, de Armis Lusitanis, παραξιφὶς ἡ κοπὶς. — *Falcibus similes.* Videntur igitur versus aciem leviter curvati fuisse. — *Novi supplicii.* Quum ab elephantis vel traderentur regentibus, vel in altum sublati violenter in terram dejicerentur.

32. *Novem jam vulnera.* Plures auctores esse, Themist. nempe, Orat. IX; Just. XII, 8, 5; Diod. XVII, 88, qui multis vulneribus, unum Arrianum, qui uno vulnere in dextro humero, quem solum in prælio nudum habuerit, Porum affectum fuisse tradiderint, editores adnotaverunt. — *Magis elapsa.* Quæ defessis ejus manibus excidebant, potius quam vi conjiciebantur.

illinc pectore exceperat, multoque sanguine profuso languidis manibus magis elapsa, quam excussa tela mittebat. Nec segnius bellua instincta rabie, nondum 33
saucia invehebatur ordinibus; donec rector belluæ regem conspexit, fluentibus membris omissisque armis, vix compotem mentis. Tum belluam in fugam 34
concitat sequente Alexandro : sed equus ejus multis vulneribus confossus deficiensque procubuit, posito magis rege, quam effuso; itaque dum equum mutat, tardius insequutus est. Interim frater Taxilis regis In- 35
dorum, præmissus ab Alexandro, monere cœpit Porum, ne ultima experiri perseveraret, dederetque se victori. At ille, quamquam exhaustæ erant vires, defi- 36
ciebatque sanguis, tamen ad notam vocem excitatus: «Agnosco, inquit, Taxilis fratrem, imperii regnique sui proditoris;» et telum, quod unum forte non effluxerat, contorsit in eum, quod per medium pectus penetravit ad tergum. Hoc ultimo virtutis opere edito, 37
fugere acrius cœpit; sed elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat: itaque sistit fugam, peditemque sequenti hosti objecit. Jam Alexander 38

34. *Sed equus ejus.* Bucephalus. Ex Arriano III, 19, adscribo hæc: Bucephalus eo loci interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, sed æstu pariter atque ætate fractus. Trigesimum enim annum agebat, atque defessus erat, multos antea labores multaque pericula cum rege ubique perpessus. Solum Alexandrum sessorem admittebat, reliquos rejiciebat, magnitudine simul corporis eximia atque animo generoso præditus. Vide quæ de eo notavimus VI, 1. — *Posito magis.* Leniter potius deponens regem, quam projiciens.

36. *Imperii regnique proditoris.* *Proditoris*, qui se regnumque externo regi dedidisset. Inter *imperii* et *regni* *Tellier* ita distinguit, ut *imperii* sit totius Indiæ; *regni*, partis quam Taxiles tenebat. — *Quod per medium pectus penetravit ad tergum.* Curtius non videtur consentanea scripsisse, dum Porum *multo sanguine profuso languidum, exhaustis jam viribus*, tantum adhuc facinus edidisse tradit. Ceterum in his et sequentibus multum abit ab Arriano V, 18, qui Taxilen ipsum ad Porum adequitasse, et, nisi celeriter effugisset, forte ab eo interfectum esse scripsit. Tandem Porum, vehementer siti pressum, a Meroe, Indo quodam, persuasum, Alexandro se tradidisse.

consequutus erat, et, pertinacia Pori cognita, vetabat
resistentibus parci. Ergo undique et in pedites, et in
ipsum Porum tela congesta sunt: quis tandem grava-
39 tus labi ex bellua cœpit. Indus, qui elephantum rege-
bat, descendere eum ratus, more solito elephantum
procumbere jussit in genua; qui ut se submisit, ceteri
quoque, ita enim instituti erant, demisere corpora in
terram : ea res et Porum, et ceteros victoribus tradi-
40 dit. Rex spoliari corpus Pori, interemtum esse cre-
dens, jussit, et, qui detraherent loricam vestemque,
concurrere; quum bellua dominum tueri et spoliantes
cœpit appetere, levatumque corpus ejus rursus dorso
suo imponere. Ergo telis undique obruitur, confosso-
41 que eo in vehiculum Porus imponitur. Quem rex ut
vidit adlevantem oculos, non odio, sed miseratione
commotus: «Quæ, malum! inquit, amentia te coegit,
rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri,
quum Taxilcs esset in deditos clementiæ meæ tam
42 propinquum tibi exemplum?» At ille: «Quoniam, in-
quit, percontaris, respondebo ea libertate, quam in-
terrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse cen-
sebam; meas enim noveram vires, nondum expertus
tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne
43 sic quidem parum felix sum, secundus tibi.» Rursus
interrogatus, quid ipse victorem statuere debere
censeret: «Quod hic, inquit, dies tibi suadet; quo

42. *Sed ne sic quidem*. Et tamen satis magna mihi felicitas est, qui primus a te sim fortitudine.

43. *Rursus interrogatus*. Plutarchus (Arrianus et alii) accuratius: Alexandrum quæsivisse, quid sibi fieri vellet, quomodo tractari postularet? Porum *βασιλικῶς* respondisse, *regie* se scil. velle tractari. Porro Alexandrum interrogasse: Ecquid amplius vellet? Ille, omnia, inquit, dixi, quum *βασιλικῶς* dixi. Egregie de hoc vere regio responso disserit Themistius, Orat. 9. Jure Freinshemius Curtio irascitur, quod responsum Pori, a Græcis relatum, interpolaverit. Pro *quid ipse*, Cod. Theocr. *quid in se*. Mallem *quid de ipso*, si per codices liceret.

expertus es, quam caduca felicitas esset.» Plus mo- 44
nendo profecit, quam si precatus esset : quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est. Ægrum curavit haud 45
secus, quam si pro ipso pugnasset : confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit : mox donavit ampliore regno, quam tenuit. Nec sane 46

45. *Dignatus est.* Sc. Alexander. — *Ampliore regno.* Quod Arrianus quoque testatur. Vide notam ad Exped. 5, 19, 3. — Hoc prælium descripserunt præter Arrianum et Polyænum, loc. laud. Plutarchus, c. 60; Diod. XVII, 87, 89, non multum inter se discrepantes. Just. XII, 8, de singulari certamine inter Porum et Alexandrum fabulatus, prælium tetigit magis, quam descripsit. Cum illis Curtius in aliis consentit, in aliis dissentit; sed perspicuitate descriptionis Arriano longe postponendus est. In Arriano præcipue equitum et elephantorum res gestæ narrantur; robur enim Alexandri erant equites, Pori robur elephanti; reliqua brevibus commemorantur. Curtius breviora habet de equitibus, plurima de elephantis; reliqua fere neglexit; nihil scripsit de curribus Pori, a principio statim concisis, nihil de cæsorum et captivorum numero. Arr. V, 18, 3, affirmat ex Indis 20,000 pedites, 3,000 equites, duo Pori liberos, Spitacen, ceterosque exercitus duces, omnes curruum elephantorumque regentes cecidisse. Ex Alexandri vero partibus, 310 tantum milites desideratos, quod vix credibile est. Major est adhibenda Diodoro fides, qui lib. XVII, 89, refert hanc victoriam Alexandro 280 equites, et 700 pedites constitisse; ex Indis 12,000 cæsos, 9,000 captos fuisse. Omnibus doctis viris nimia visa est Pori militum multitudo, habita regionis ratione : Anglus *J. Z. Holwel*, qui triginta annos inter Indos consumpserat, narrat (*Evénemens historiq. du Bengale*, t. II, c. 4), Pori nomen in his regionibus prorsus ignotum, et Macedonas commenta de eo tradidisse; quod ægre quidem admiserim, licet multa Pori Alexandrive verba et utriusque præclare gesta in dubium revocari possint. Cur vero Alexander, qui, omnium scriptorum consensu unanimi Porum cæterosque Indorum reges tam bene habuit, non eodem modo regnum persicum Darii fratribus aut filio reddiderit, sic explicat nostras *Bougainville*, *Mémoire de l'Académ. des Inscriptions*, tom. XXV, pag. 38 : « Alexandre était « magnanime; il en a donné des preuves « éclatantes : il prodiguait les couron- « nes. Content d'avoir vaincu Porus, « il lui laissa ses états; il les agrandit. « Le dénouement de cette contradic- « tion se trouve dans la différence des « motifs qui le déterminèrent à la con- « quête de la monarchie persane et à « celle des Indes; différence que je me « flatte d'avoir établie ailleurs. Il atta- « qua les Perses par ambition, et les « Indiens par vanité. Il voulut triom- « pher des uns pour se faire un empire, « pour les soumettre à ses lois, et n'alla

quidquam ingenium ejus solidius aut constantius habuit, quam admirationem veræ laudis et gloriæ: simplicius tamen famam æstimabat in hoste, quam in cive: quippe a suis credebat magnitudinem suam destrui posse; eamdem clariorem fore, quo majores fuissent, quos ipse vicisset.

« chercher les autres que pour montrer en des contrées lointaines le vainqueur de l'Asie. En conséquence de « ces vues opposées, il pouvait être « généreux dans les Indes, dont il ne « voulait pas conserver la possession; « mais il crut ne devoir être que politique à l'égard des Perses. » Ed.

LIBER VIII.

EXCURSUS I.

EXEMPLA IMITATIONIS E TRAGOEDIA QUAM ALEXANDRUM INSCRIPSIT J. RACINIUS.

Quemadmodum in quinto volumine Taciti quem edidimus (tom. V, pag. 345), plurima imitationis exempla e tragœdiis apud Gallos laudatissimis excerpsimus, quæ non ingrata lector approbavit; ita in hac nostra Curtii commentatione nonnulla notavimus quæ magnus ille Racinius in carmen suum Alexandri nomine inscriptum felici imitatione transtulit. Eamdem methodum nunc secuti, tantum quæcumque ad Curtii historiam propiora, brevitatis gratia, inprimis e libri VIII capitibus 13 et 14, nempe ad Porum devictum spectantibus, et ex aliis locis passim deprompsimus. Primo gallici versus adscribentur, quibus loci subjicientur latini.

Sic in secunda præfatione loquebatur Racinius : « Le sujet en est « tiré de plusieurs auteurs, mais surtout du huitième livre de Quinte-« Curce. C'est là qu'on peut voir tout ce qu'Alexandre fit lorsqu'il « entra dans les Indes, les ambassades qu'il envoya aux rois de ce « pays-là, les différentes réceptions qu'ils firent à ses envoyés, l'al-« liance que Taxile fit avec lui, la fierté avec laquelle Porus refusa « les conditions qu'on lui présentait, l'inimitié qui était entre Porus « et Taxile, et enfin la victoire qu'Alexandre remporta sur Porus, la « réponse généreuse que ce brave Indien fit au vainqueur, qui lui « demandait comment il voulait qu'on le traitât, et la générosité « avec laquelle Alexandre lui rendit tous ses états, et en ajouta beau-« coup d'autres. »

ALEXANDRE.

ACTE PREMIER, SCÈNE II.

Porus Taxilen a pace ab Alexandro accipienda deterrere conatur:

La paix! ah! de sa main pourriez-vous l'accepter!

. . . .

TAXILE.

Un roi qui fait trembler tant d'états sous ses lois,
N'est pas un ennemi que méprisent les rois.

PORUS.

Loin de le mépriser, j'admire son courage;
Je rends à sa valeur un légitime hommage.
. . . .
Oui, je consens qu'au ciel on élève Alexandre; [1]
Mais, si je puis, Seigneur, je l'en ferai descendre,
Et j'irai l'attaquer jusque sur les autels
Que lui dresse en tremblant le reste des mortels. [2]
. . . .
Nos couronnes d'abord devenant ses conquêtes,
Tant que nous régnerions flotteraient sur nos têtes;
Et nos sceptres, en proie à ses moindres dédains,
Dès qu'il aurait parlé, tomberaient de nos mains.
Ne dites point qu'il court de province en province:
Jamais de ses liens il ne dégage un prince;
Et, pour mieux asservir les peuples sous ses lois,
Souvent dans la poussière il leur cherche des rois. [3]
. . . .

TAXILE.

J'écoute comme vous ce que l'honneur m'inspire,
Seigneur; mais il m'engage à sauver mon empire. [4]

PORUS.

Si vous voulez sauver l'un ou l'autre aujourd'hui,
Prévenons Alexandre, et marchons contre lui. [5]

ACTE II, SCÈNE I.

Cleophis regina timet ne Alexander amans ipsam oblitus sit:

Puis-je croire qu'un prince, au comble de la gloire,

[1] Hi tum cælum illi aperiebant, Herculemque et Patrem Liberum, et cum Polluce Castorem novo numini cessuros esse jactabant. LIB. VIII, CAP. 5, § 8.

[2] Merita deinde percensuit (Cleo), quibus uno modo referri gratiam posse, si quem intelligerent deum esse, confiterentur, exigua thuris impensa tanta beneficia pensaturi. LIB. VIII, CAP. 5, § 10.

[3] Neminem esse potiorem, quam Abdolonymum quemdam, longa quidem cognatione, stirpi regiæ adnexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe. LIB. IV, CAP. 1, § 19.

[4] Taxiles ait, corpus suum et regnum permittere illi (Alexandro). LIB. VIII, CAP. 12, § 10.

[5] Porus alterum ex his facturum sese respondit; ut intranti regnum suum præsto esset, sed armatus. LIB. VIII, CAP. 13, § 2.

De mes faibles attraits garde encor la mémoire ? [1]
Que, traînant après lui la victoire et l'effroi,
Il se puisse abaisser à soupirer pour moi ?
Des captifs comme lui brisent bientôt leur chaîne :
A de plus hauts destins la gloire les entraîne ;
Et l'amour, dans leurs cœurs interrompu, troublé,
Sous le faix des lauriers est bientôt accablé.
Tandis que ce héros me tint sa prisonnière,
J'ai pu toucher son cœur d'une atteinte légère,
Mais je pense, Seigneur, qu'en rompant mes liens,
Alexandre, à son tour, brisa bientôt les siens.

SCÈNE II.

Hephæstion, legatus Alexandri, Taxili et Poro pacem offert :

Avant que le combat qui menace vos têtes
Mette tous vos états au rang de nos conquêtes,
Alexandre veut bien différer ses exploits,
Et vous offre la paix pour la dernière fois.
Vos peuples, prévenus de l'espoir qui vous flatte,
Prétendaient arrêter le vainqueur de l'Euphrate ;
Mais l'Hydaspe, malgré tant d'escadrons épars,
Voit enfin sur ses bords flotter nos étendards : [2]
Vous les verriez plantés jusques sur vos tranchées,
Et de sang et de morts vos campagnes jonchées,
Si ce héros, couvert de tant d'autres lauriers,
N'eût lui-même arrêté l'ardeur de nos guerriers.
Il ne vient point ici, souillé du sang des princes,
D'un triomphe barbare effrayer vos provinces,
Et, cherchant à briller d'une triste splendeur,
Sur le tombeau des rois élever sa grandeur. [3]

[1] Hæc de regina Cleophi Curtius :
Regina cum magno nobilium feminarum grege, aureis pateris vina libantium, processit. Ipsa, genibus regis parvo filio admoto, non veniam modo, sed etiam pristinæ fortunæ impetravit decus. Quippe appellata regina est ; et credidere quidam, plus formæ, quam miserationi datum. Puero quoque, certe postea ex ea utcumque genito, Alexandro fuit nomen. Lib. VIII, cap. 10, §§ 34, 35, 36.

[2] Jam Hydaspen Alexander superare decreverat. Lib. VIII, cap. 13, § 3.
Ad amnem Hydaspen pervenit : in cujus ulteriore ripa Porus consederat, transitu prohibiturus hostem. Lib. VIII, cap. 13, § 5.

[3] Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem ; sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriæ meæ non pœniteret. Lib. VIII, cap. 8, § 10.

Mais vous-mêmes, trompés d'un vain espoir de gloire,
N'allez point dans ses bras irriter la victoire;[1]
Et, lorsque son courroux demeure suspendu,
Princes, contentez-vous de l'avoir attendu.
. . . .

TAXILE.

Après tous ces états qu'Alexandre a soumis,
N'est-il pas temps, Seigneur, qu'il cherche des amis?
Tout ce peuple captif, qui tremble au nom d'un maître,
Soutient mal un pouvoir qui ne fait que de naître.
Ils ont pour s'affranchir les yeux toujours ouverts;
Votre empire n'est plein que d'ennemis couverts.[2]
Ils pleurent en secret leurs rois sans diadèmes.
Vos fers trop étendus se relâchent d'eux-mêmes;[3]
Et déjà dans leur cœur les Scythes mutinés
Vont sortir de la chaîne où vous nous destinez.
Essayez, en prenant notre amitié pour gage,[4]
Ce que peut une foi qu'aucun serment n'engage;[5]
Laissez un peuple au moins qui puisse quelquefois
Applaudir sans contrainte au bruit de vos exploits.[6]
. . . .

[1] Porum quoque nominis sui fama ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharen, qui denuntiaret ei, ut stipendium penderet. LIB. VIII, CAP. 13, § 2.

J. Racinius pro Cleochare legatum Hephæstiona induxit.

[2] Quos viceris, amicos tibi esse cave credas. Inter dominum et servum nulla amicitia est; etiam in pace, belli tamen jura servantur. LIB. VII, CAP. 8, § 28.

Bellum tibi ex victoria nascitur : nam, ut major fortiorque sis, quam quisquam; tamen alienigenam dominum pati nemo vult. LIB. VII, CAP. 8, § 21.

[3] Periculosum est prægrave imperium : difficile est continere, quod capere non possis. Videsne, ut navigia, quæ modum excedunt, regi nequeant? Nescio an Darius tam multa amiserit, quia nimiæ opes magnæ jacturæ locum faciunt. Facilius est quædam vincere, quam tueri : quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent! LIB. IV, CAP. 11, § 9.

[4] Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti : nam et firmissima est inter pares amicitia; et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. LIB. VII, CAP. 8, § 27.

[5] Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris. LIB. VII, C. 8, § 29.

[6] Nec tibi amico opus est, de cujus benevolentia dubites. LIB. VII, CAP. 8, § 29.

PORUS.

Que vient chercher ici le roi qui vous envoie? [1]
Quel est ce grand secours que son bras nous octroie?
De quel front ose-t-il prendre sous son appui
Des peuples qui n'ont point d'autre ennemi que lui? [2]
. . . .
Pourquoi nous attaquer? par quelle barbarie
A-t-on de votre maître excité la furie?
Vit-on jamais chez lui nos peuples en courroux,
Désoler un pays inconnu parmi nous? [3]
Faut-il que tant d'états, de déserts, de rivières,
Soient entre nous et lui d'impuissantes barrières?
Et ne saurait-on vivre au bout de l'univers
Sans connaître son nom et le poids de ses fers? [4]
. . . .

EPHESTION.

Je ne vous retiens point; marchez contre mon maître:
Je voudrais seulement qu'on vous l'eût fait connoître;
Et que la renommée eût voulu, par pitié,
De ses exploits au moins vous conter la moitié.
Vous verriez.....

PORUS.

Que verrais-je, et que pourrais-je apprendre
Qui m'abaisse si fort au-dessous d'Alexandre? [5]
Serait-ce sans effort les Persans subjugués,
Et vos bras tant de fois de meurtres fatigués?
Quelle gloire en effet d'accabler la foiblesse
D'un roi déjà vaincu par sa propre mollesse?
. . . .
Le fils de Jupiter passe ici pour un homme. [6]

uid nobis tecum est? Lib. VII, cap. 8, § 16.
mnium gentium, quas adisti, latro es. Lib. VII, cap. 8, § 19.
unquam terram tuam attigimus. Lib. VII, cap. 8, § 16.
uis sis, unde venias, licetne ignorare in vastis sylvis viventibus? ervire ulli possumus. Lib. VII, cap. 8, § 16.
eminem me fortiorem esse censebam; meas enim noveram vires. VIII, cap. 14, § 14.
amque omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc aturum quonam modo cælestes honores usurparet; Jovis filium non ntum, sed etiam credi volebat; tanquam perinde animis imperare ac linguis: itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum re prosternentes humi corpora. Lib. VIII, cap. 5, § 6.
ninem consequitur, nunquam comitatur divinitas. Lib. VIII, , § 16.

Nous n'allons point de fleurs parfumer son chemin;
Il nous trouve partout les armes à la main:
Il voit à chaque pas arrêter ses conquêtes;
Un seul rocher ici lui coûte plus de têtes, [1]
Plus de soins, plus d'assauts et presque plus de temps,
Que n'en coûte à son bras l'empire des Persans.
. . . .

ACTE III, SCÈNE II.

Taxiles narrat victum ab Alexandro Porum:

. . . . C'en est fait, et sa valeur trompée
Des maux que j'ai prévus se voit enveloppée.
Ce n'est pas (car mon cœur, respectant sa vertu,
N'accable point encore un rival abattu)
Ce n'est pas que son bras, disputant la victoire,
N'en ait aux ennemis ensanglanté la gloire; [2]
Qu'elle-même, attachée à ses faits éclatans,
Entre Alexandre et lui n'ait douté quelque temps.
. . . .
J'ai vu ses bataillons rompus et renversés, [3]
Vos soldats en désordre, et les siens dispersés;
Et lui-même à la fin entraîné dans leur fuite,
Malgré lui, du vainqueur éviter la poursuite. [4]

ACTE IV, SCÈNE II.

Alexander Porum a se victum laudibus extollit:

Oui, j'ai cherché Porus. Mais, quoi qu'on puisse dire,
Je ne le cherchais pas afin de le détruire.
J'avoûrai que, brûlant de signaler mon bras,
Je me laissai conduire au bruit de ses combats;
Et qu'au seul nom d'un roi jusqu'alors invincible, [5]

[1] Agitur de Petra Aorno de cujus oppugnatione Curtius: Haud secus, quam par erat, promptissimorum juvenum cæterorumque militum interitu commotus rex signum receptui dedit. L. VIII, c. 11, § 17.

[2] Quum Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante præparata in circumfusos ex elephanto suo cœpit ingerere, multisque eminus vulneratis, etc. Lib. VIII, cap. 14, § 31.

[3] Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, colligere dispersos. Lib. VIII, cap. 14, § 22.

[4] Donec rector belluæ regem conspexit, fluentibus membris omissisque armis, vix compotem mentis. Tum belluam in fugam concitat. Lib. VIII, cap. 14, §§ 33 et 34.

[5] Itaque Alexander, contemplatus et regem et agmen Indorum: « Tandem, inquit, par animo meo periculum video. Cum bestiis simul et cum egregiis viris res est. » Lib. VIII, cap. 14, § 24.

A de nouveaux exploits mon cœur devint sensible.
Tandis que je croyais par mes combats divers
Attacher sur moi seul les yeux de l'univers,
J'ai vu de ce guerrier la valeur répandue
Tenir la renommée entre nous suspendue;
Et voyant de son bras voler partout l'effroi,
L'Inde sembla m'ouvrir un champ digne de moi.
Lassé de voir des rois vaincus sans résistance,
J'appris avec plaisir le bruit de sa vaillance.
Un ennemi si noble a su m'encourager; [1]
Je suis venu chercher la gloire et le danger.
Son courage, Madame, a passé mon attente.
La victoire, à me suivre autrefois si constante,
M'a presque abandonné pour suivre vos guerriers. [2]
Porus m'a disputé jusqu'aux moindres lauriers;
Et j'ose dire encor qu'en perdant la victoire,
Mon ennemi lui-même a vu croître sa gloire;
Qu'une chute si belle élève sa vertu,
Et qu'il ne voudrait pas n'avoir point combattu. [3]

Axiane.

. . . .

Fallait-il par la ruse attaquer sa vertu?
Et, loin de remporter une gloire parfaite,
D'un autre que de vous attendre sa défaite?
Triomphez. Mais sachez que Taxile en son cœur
Vous dispute déjà ce beau nom de vainqueur.

. . . .

Alexandre.

En vain votre douleur s'arme contre ma gloire,
Jamais on ne m'a vu dérober la victoire,
Et par ces lâches soins, qu'on ne peut m'imputer,

'ec sane quidquam ingenium ejus solidius aut constantius habuit, admirationem veræ laudis et gloriæ : simplicius tamen famam æsti- : in hoste, quam in cive : quippe a suis credebat magnitudinem suam ii posse; eamdem clariorem fore, quo majores fuissent, quos ipse et. Lib. VIII, cap. 14, § 46.

lagnum belluæ injecere terrorem; insolitusque stridor non equos , tam pavidum ad omnia animal, sed viros quoque ordinesque tur- at. Jam fugæ circumspiciebant locum paullo ante victores. Lib. VIII, 4, §§ 23 et 24.

ied ne sic quidem parum felix sum, secundus tibi (ait Porus). VIII, cap. 14, § 42.

Tromper mes ennemis au lieu de les dompter.[1]

. . . .

AXIANE.

. . . . Ah! Seigneur, puis-je ne les point voir
Ces vertus dont l'éclat aigrit mon désespoir?
N'ai-je pas vu partout la victoire modeste
Perdre avec vous l'orgueil qui la rend si funeste?[2]
Ne vois-je pas le Scythe et le Perse abattus,
Se plaire sous le joug, et vanter vos vertus;
Et disputer enfin, par une aveugle envie,
A vos propres sujets le soin de votre vie?[3]

. . . .

Tant de rois, par vos soins vengés ou secourus,
Tant de peuples contens me rendent-ils Porus?[4]
Non, Seigneur, je vous hais d'autant plus qu'on vous aime,
D'autant plus qu'il me faut vous admirer moi-même,
Que l'univers entier m'en impose la loi,
Et que personne enfin ne vous hait avec moi.

ACTE V, SCÈNE I.

Alexander non bello cessaturum se profitetur :

Le Mallien m'attend, prêt à me rendre hommage:[5]
Si près de l'Océan, que faut-il davantage
Que d'aller me montrer à ce fier élément
Comme vainqueur du monde? . . . .[6]

CLÉOFILE.

. . . . Mais quoi, Seigneur, toujours guerre sur guerre?

[1] Quem (Alexandrum) sciret gloriæ militantem, nihil magis quam famam timere perfidiæ (ait Taxiles). LIB. VIII, CAP. 12, § 10.

[2] Equidem moderationis meæ certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero . . . . Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur : beneficiorum gratia sempiterna est. Si habere Asiam, non transire volumus, cum his communicanda est nostra clementia : horum fides stabile et æternum faciet imperium. LIB. VIII, CAP. 8, §§ 10, 11 et 12.

[3] At enim Persæ, quos vicimus, in magno honore sunt apud me! . . . . . Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti etiam rebellassent. LIB. VIII, CAP. 8, §§ 10 et 11.

[4] Rex spoliari corpus Pori, interemptum esse credens, jussit. L. VIII, CAP. 14, § 40.

[5] Inde ventum est in regionem Oxydracarum Mallorumque. LIB. IX, CAP. 4, § 15.

[6] Jam prospicere se Oceanum : jam perflare ad ipsos auram maris : ne inviderent sibi laudem, quam peteret. LIB. IX, CAP. 4, § 21.

Cherchez-vous des sujets au-delà de la terre?
Voulez-vous pour témoins de vos faits éclatans
Des pays inconnus même à leurs habitans? [1]
Qu'espérez-vous combattre en des climats si rudes?
Ils vous opposeront de vastes solitudes, [2]
Des déserts que le ciel refuse d'éclairer,
Où la nature semble elle-même expirer. [3]
Et peut-être le sort, dont la secrète envie
N'a pu cacher le cours d'une si belle vie,
Vous attend dans ces lieux, et veut que dans l'oubli
Votre tombeau du moins demeure enseveli.
Pensez-vous y traîner les restes d'une armée
Vingt fois renouvelée et vingt fois consumée?
Vos soldats, dont la vue excite la pitié, [4]
D'eux-mêmes en cent lieux ont laissé la moitié;
Et leurs gémissemens vous font assez connaître .... [5]

ALEXANDRE.

Ils marcheront, Madame, et je n'ai qu'à paraître.
Ces cœurs qui dans un camp, d'un vain loisir déçus,
Comptent en murmurant les coups qu'ils ont reçus,
Revivront pour me suivre, et, blâmant leurs murmures,

[1] Emensis maria terrasque melius nobis, quam incolis omnia nota sunt. Pæne in ultimo mundi fine consistimus. In alium orbem paras ire, et Indiam quæris Indis quoque ignotam. Lib. IX, cap. 3, §§ 7 et 8.

[2] Inter feras serpentesque degentes eruere ex latebris et cubilibus suis expetis, ut plura, quam sol videt, victoria lustres. Lib. IX, cap. 3, § 8.

[3] Trahi extra sidera et solem, cogique adire, quæ mortalium oculis natura subduxerit. Novis identidem armis novos hostes existere. Quos ut omnes fundant fugentque, quod præmium ipsos manere? caliginem, ac tenebras, et perpetuam noctem profundo incubantem; repletum immanium belluarum gregibus fretum; immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit. Lib. IX, cap. 4, § 18.

[4] Intuere corpora exsanguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putria. Jam tela hebetia sunt, jam arma deficiunt.... Quotocuique lorica est? quis equum habet?... Omnium victores, omnium inopes sumus. Nec luxuria laboramus, sed bello instrumenta belli consumpsimus. Hunc tu pulcherrimum exercitum nudum objicies belluis? Lib. IX, cap. 3, §§ 10, 11 et 12.

[5] Hæc tecum, quam sine te cum his, loqui malui; non uti inirem circumstantis exercitus gratiam, sed ut vocem loquentium potius, quam ut gemitum murmurantium audires. Ut finem orationi Cœnus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, regem, patrem, dominum confusis appellantium vocibus. Lib. IX, cap. 3, §§ 15 et 16.

PORUS.

Seigneur, jusqu'à ce jour l'univers en alarmes
Me forçait d'admirer le bonheur de vos armes:
Mais rien ne me forçait, en ce commun effroi,
De reconnaître en vous plus de vertus qu'en moi.
Je me rends; je vous cède une pleine victoire.
Vos vertus, je l'avoue, égalent votre gloire.
Allez, Seigneur, rangez l'univers sous vos loix;
Il me verra moi-même appuyer vos exploits.
Je vous suis, et je crois devoir tout entreprendre
Pour lui donner un maître aussi grand qu'Alexandre.[1]

est..... in amicorum numerum recepit : mox donavit ampliore regno, quam tenuit. LIB. VIII, CAP. 14, §§ 44 et 45.

[1] Incredibilia regi omnia videbantur : igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, an vera essent, quæ dicerentur?........ LIB. IX, CAP. 2, § 5.

EXCURSUS II.

DE EXPEDITIONIBUS HERCULIS ET BACCHI IN INDIAM.

NESCIO qua Indorum admiratione inter omnes fere antiquas gentes convenisse dicam, ut heroas suos per fabulosum iter in Indiam deveherent : neque non stupentes Herculis et Bacchi facta in has regiones translata videmus, ubi ipsa illorum nomina nunquam innotuerant. Sæpissime quidem contra veritatem conspirant adulandi et vana proferendi studium : unde factum est, ut Macedones Herculeis in Asia facinoribus adhibuerint fidem, tantisque laudibus Bacchum in Oriente triumphantem prædicaverint : quippe qui illis cum numinibus Alexandrum conferentes, in hujus gloriæ partem veniebant. Hinc vulgata fama per omnes populos excurrit.

Neque illud Macedonum regi displicuisse certum est, quum sibi

videretur contendere cum Divis, Macedonasque ipsos æmulatione quadam rerum a Baccho et Hercule gestarum, ulteriora pericula acrius adituros putaret. Quæ igitur apud Nyssæos de condita ipsorum urbe audiverit, quæ sacra in Mero monte, cum exercitu hedera coronato, Patri Libero litaverit, omnino memorat et pingit Arrianus, libro V, capite 2 seq. « Cæterum his, ait, unicuique per me integrum sit fidem, prout velit, aut tribuere, aut derogare. Neque vero Eratostheni Cyrenæo prorsus assentior, qui auctor est quidquid honoris numini a Macedonibus delatum fuit, in gratiam Alexandri fastu quodam factitatum fuisse. Dicit etiam Macedonas specum quamdam apud Paropamisadas conspicatos, fabula ab incolis audita, vel ab ipsismet conficta, sparsisse specum istam esse Promethei antrum, ubi olim is religatus fuit, aquilamque eo venire solitam, quæ ejus viscera depasceretur : Herculis autem interventu aquilam interfectam, et Prometheum vinculis solutum. Caucasum montem ex Ponto ad orientales terræ partes et Paropamisadarum regionem, ad Indos nimirum ea ratione Macedones suis sermonibus transferre, et Paropamisum montem Caucasum vocare in Alexandri gloriam, ut pote qui Caucasum superarit; quumque in eadem Indorum regione boves vidissent, quibus clavæ inustæ essent, ex hoc conjectasse Herculem ad Indos pervenisse. Similia de Bacchi peregrinatione Eratosthenes improbat. Mihi vero de his sermo in medio relinquendus videtur. »

Strabonis ea de re sententia digna est quæ a docto illo et acuto scriptore proferatur : Megasthenem tantum cum paucis quibusdam fuisse, qui illis Bacchi et Herculis apud Indos expeditionibus crediderint. « Quæ omnia, inquit lib. XV, pag. 980 edit. Oxon., eorum figmenta esse, qui Alexandro adulari studebant, primum ex eo liquet quod scriptores non concordant; sed alii ea referunt, alii ne ullam quidem mentionem probabilem faciunt. Neque vero probabile est res adeo illustres et ambitione plenas non esse auditas; et si sunt auditæ, non videtur verisimile haud existimatas fuisse memoratu dignas præsertim a fide dignissimis eorum. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transeundum erat, ii nullum certum signum habent, quo ostendant illos per eam terram transivisse. »

Itaque Straboni Heracleæ expeditionis mentio, multo posterior trojanarum rerum memoria, figmentum eorum videtur qui *Heracleida*, de Herculis rebus poema, scripserunt, sive id Pisander, sive quilibet alius finxit. Bacchi quoque in extremas Orientis

partes iter non a Macedonibus, qui Alexandrum comitabantur, primum narratum est, ut affirmavit *Fréret* (*Recherches sur le Culte de Bacchus*, *Acad. des Inscript. tom. XXIII*, *p.* 227), siquidem quædam ejus vestigia occurrunt in Euripidis Bacch. v. 14 et sqq. qui centum circiter annos ante Alexandri mortem florebat. Illa igitur omnia de Baccho et Hercule, cum veteribus mythis minime consentanea, non sane a Macedonibus militibus inventa dixerim, sed ab illis ad quosdam Asiæ superioris et Indiæ locos translata. Id nempe intellexit Strabo, quum ea fuisse dixit *πλάσματα τῶν κολακευόντων Ἀλέξανδρον.*

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Poro victo, ad Hyphasin usque penetrat Alexander, variasque gentes et urbes, quarum mores describuntur, sibi subjicit. — II. Gangaridas et Pharrasios adgressurus milites fatigatos et bellum detrectantes ad perseverantiam hortatur. — III. Cœnus militum nomine Alexandro respondet, et paullo post morbo exstinguitur. Monimentis expeditionis erectis, Alexander ad Hydaspen revertitur, classeque parata secundo amne devehitur. — IV. Pervenit Alexander ad Sobios, et post magnum periculum in fluminum confluentibus ad Mallos et Oxydracas; ubi oratione ad milites seditiosos habita barbaros fugat, eorumque oppidum, contempto Demophoonte vate, obsidet. —V. Postquam Alexander præcipiti saltu se in urbem immiserat, graviter vulneratus ultimo tandem discrimini a suis eripitur. Magnum ejus ex vulnere periculum. — VI. Nondum satis curato vulnere, se perisse credentibus ostendit, atque ab amicis rogatus, ut saluti suæ publicæque parceret, generose respondet, in instituto suo de orbe domando perseverans. — VII. Græci in Bactriana deficiunt; Malli et Oxydracæ se dedunt. Horratas et Dioxippus imparibus armis certamen singulare depugnant. Paullo post Dioxippus inimicorum calumniis ultra modum irritatus semet ipsum interimit. — VIII. Donis ab Indorum legatis acceptis, secundo Indo devehitur Alexander ad

Pattalenen, domitis gentibus flumen adcolentibus. Ptolemæi vulnus miraculo sanatum. — IX. Alexander cupidine visendi Oceani correptus, non sine periculis propter æstus maritimos et nautarum imperitiam tandem voti sui compos redditur. — X. Nearcho relicto, ut cum classe per Oceanum reverteretur, ipse rex post hyemem per Arabitas, Oritas et ingentia Gedrosiæ deserta movet, ubi exercitus cum summa fame et pestilentia luctatur. Tandem liberatus comessabundus et bacchabundus per Carmaniam incedit.

1 Cap. I. Alexander, tam memorabili victoria lætus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat, Soli victimis cæsis, milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli munia obirent, pro concione laudatos docuit, quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione
2 prostratum: cetera opimam prædam fore, celebratasque opes in ea regione eminere, quam peterent: proinde jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis: gemmis margaritisque, et auro atque ebore Macedoniam Græciamque, non suas tantum domos repletu-
3 rum. Avidi milites et pecuniæ et gloriæ, simul quia nunquam affirmatio ejus fefellerat eos, pollicentur operam; dimissisque cum bona spe, navigia ædificari jubet, ut, quum totam Asiam percurrisset, finem terra-
4 rum mare inviseret. Multa materia navalis in proximis montibus erat; quam cædere aggressi, magnitudinis

1. *Soli victimis cæsis.* Cujus beneficio τὰ πρὸς ἀνατολὴν μέρη subegisset. Diod. XVII, 89. Eodem elephantus soli consecratus, et aræ ad Hyphasin soli indico inscriptæ pertinent. Philostrat. II, 6, et II, 15. — *Pro concione laudatos.* Eadem testatur Arrianus; et hoc exemplo nititur Snakenburgius, ut probet adversus Broukhusium ad Tibull. I, 1, 57, non apud Romanos modo, sed et apud Græcos hujusmodi ad milites orationes habitas.

2. *Cetera.* Sic scripsi ex auctoritate septem Codicum, cum Schmiedero. Vulgo *ceteram*, sc. Indiam. — *Repleturum.* Hoc est, repleturum esse militem. Sed malo vel cum Freinshemio *repleturos*, vel cum Heinsio, *repletum iri.* In Cod. Theocr. est *repleturi.*

3. *Percurrisset.* Sic Theocr. Vulgo *percurrissent.*

4. *Magnitudinis inusitatæ serventes.*

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Poro victo, ad Hyphasin usque penetrat Alexander, variasque gentes et urbes, quarum mores describuntur, sibi subjicit. — II. Gangaridas et Pharrasios adgressurus milites fatigatos et bellum detrectantes ad perseverantiam hortatur. — III. Cœnus militum nomine Alexandro respondet, et paullo post morbo exstinguitur. Monimentis expeditionis erectis, Alexander ad Hydaspen revertitur, classeque parata secundo amne devehitur. — IV. Pervenit Alexander ad Sobios, et post magnum periculum in fluminum confluentibus ad Mallos et Oxydracas; ubi oratione ad milites seditiosos habita barbaros fugat, eorumque oppidum, contempto Demophoonte vate, obsidet. —V. Postquam Alexander præcipiti saltu se in urbem immiserat, graviter vulneratus ultimo tandem discrimini a suis eripitur. Magnum ejus ex vulnere periculum. — VI. Nondum satis curato vulnere, se perisse credentibus ostendit, atque ab amicis rogatus, ut saluti suæ publicæque parceret, generose respondet, in instituto suo de orbe domando perseverans. — VII. Græci in Bactriana deficiunt; Malli et Oxydracæ se dedunt. Horratas et Dioxippus imparibus armis certamen singulare depugnant. Paullo post Dioxippus inimicorum calumniis ultra modum irritatus semet ipsum interimit. — VIII. Donis ab Indorum legatis acceptis, secundo Indo devehitur Alexander ad

9 Poro amneque superato, ad interiora Indiæ processi Sylvæ erant prope in immensum spatium diffusæ procerisque et in eximiam altitudinem editis arbor
10 bus umbrosæ: plerique rami instar ingentium stip tum flexi in humum, rursus, qua se curvaverant, er gebantur adeo, ut species esset non rami resurgenti
11 sed arboris ex sua radice generatæ. Cæli temperi salubris: quippe et vim solis umbræ levant, et aqu
12 largæ manant e fontibus. Ceterum hic quoque serpe tium magna vis erat, squamis fulgorem auri redde tibus; virus haud ullum magis noxium est: quip

tur Arrian. lib. V, 29, 6, narratio: Abisarem per (tertios) legatos excusasse valetudinem, Alexandrum excusationem accepisse. — *Hinc Poro amneque superato.* De Poro, quem magno modo prælio vicerat Alexander, et de Hydaspe hæc vix intelligenda sunt; putidum saltem fuisset, inquit *Schmieder*, ea iterum commemorare. Aliud objicit *Tellier.* Non satis apte idem verbum *superandi* simul et semel de Poro, deque fluvio dicendum ipsi videtur, sensu admodum dissimili, nimiumque violenta accommodatione; licet IV, 9, 22, idem ζεῦγμα legatur: « Sic Granicum, tot millibus equitum peditumque in ulteriore stantibus ripa, superavit; sic angustis in Cilicia callibus, tantam multitudinem hostium. » Ut ut sit, posses cum Codd. Fl. omittere vocem *Poro,* et cum aliis legere *amne,* abjecto *que,* ut sub *amne* intelligatur Acesines, qui, majoribus Indiæ fluviis accensendus, inter Hydaspen et Hydraoten medius est, nunc *Tschenab.* Sed magis inclinor cum Schmiedero et Jo. Clerico, Judic. de Curt. c. 5, § 15, ad Freinshemii sententiam, qui recte notavit, Curtium in his postremis libris valde properare, quædam magna negotia omnino pr termittere, alia leviter attingere. Qu hic quoque factum. Ex Arriano eni qui lib. V, 19—22, de his rebus o nibus multo copiosior est, discim Alexandrum cum magno labore A sinem amnem superasse, ultra qu alius Porus imperium regionis tinebat; quam, quum ille fuge Alexander occupari, et Poro al tradi jubebat. Hæc ipsa Curtius v bis *Poro amneque superato* attigit dem, sed ita, ut sine Arriano et S bone non intelligeretur. Ceterum *Porus* appellativum esse videtur, gem significans.

9. *Umbrosæ.* De mirandis his a ribus Strabo, lib. XV, ex Aristol tradit tantæ magnitudinis esse, ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκια μένους ἱππέας πεντήκοντα.

10. *Rursus, qua se curvaverant* in humum, ex nova radice *erigel tur,* etc. Arbor vocatur ficus relig Linnæi, de qua *Schmieder* fusius psit ad Arrian. Hist. Ind. c. 7. Ex hujus generis arbore sylva contin orbem nascitur, quæ si magnitu excellit, meridie umbram plurium diorum facit.

um præsens mors sequebatur; donec ab incolis dium oblatum est. Hinc per deserta ventum est 13 umen Hyaroten : junctum erat flumini nemus, um arboribus alibi inusitatis, agrestiumque pam multitudine frequens. Castris inde motis op- 14 m haud procul positum corona capit, obsidibus acceptis stipendium imponit. Ad magnam deinde, ea regione, urbem pervenit, non muro solum, etiam palude munitam. Ceterum barbari vehi- 15 inter se junctis dimicaturi occurrerunt : tela aliis e, aliis secures erant, transiliebantque in vehistrenuo saltu, quum succurrere laborantibus suis nt. Ac primo insolitum genus pugnæ Macedonas 16 iit, quum eminus vulnerarentur : deinde spreto incondito auxilio, ab utroque latere vehiculis mfusi repugnantes fodere cœperunt. Et vincula, 17

Remedium. Radix quædam, iodoro. Prius vero quam remellud repertum, lectos ab arboripensos Macedones habuerunt, ne a serpentum insultu tuti jat.

Per deserta. De quibus alii nem non fecerunt. — *Hyaroten*. lios Hydraoten, nunc *Rawi*. — *ium pavonum*. Avis est pulchra, ina magnitudine, cristato capavo, in collo viridi colore et , reliquo corpore varia, etc.

Oppidum haud procul positum. ma nomine, secundis castris draote, Arrian. V, 22, 4. Erat Adraistarum. — *Corona*. Obsi- — *Stipendium*, tributum. — *Ad m urbem*. Cui *Sangala* nomen, te Cathæorum. Arrian. V, 22 t Polyæn. IV, 3, 20. — *Sed palude*. Non circum totam ured in aliqua tantum parte, non a muro, ut testatur Arrianus.

15. *Occurrerunt*. Cathæi, aliique finitimi illis juncti ante urbem in colle non omnino arduo, instructa acie stabant. Hunc collem velut triplici vallo, curribus in orbem dispositis, munierant, castris in medio locatis. Arr. V, 22, 6. Alexander, quum vidisset, rem non esse equitum, cum peditibus barbaros ex primo curruum orbe facile repulit; ægre ex secundo; tertium illi non amplius defendebant, effuse in urbem refugientes. Ceterum cum nostris regiis, et aliis quinque Codd. jubentibus Modio, Freinshemio et Schmiedero, *tela aliis hastæ* scripsi pro : *aliis tela, aliis hastæ*, etc.

16. *Auxilio*. Munimento.

17. *Et vincula*. Lego cum Freinshemio *Rex vincula*. Non aliter enim cohærere potest oratio. Et tamen Curtius aliique interdum diligentiam hanc connectendi prætermittunt, evidentia sensus et judicio lectorum satis confisi.

quîs conserta erant, jussit incidi, quo facilius singula circumvenirentur; itaque VIII millibus suorum amissis
18 in oppidum refugerunt. Postero die, scalis undique admotis muri occupantur: paucis pernicitas saluti fuit, qui, cognito urbis excidio, paludem transnavere, et in vicina oppida ingentem intulere terrorem, invictum exercitum et deorum profecto advenisse me-
19 morantes. Alexander, ad vastandam eam regionem Perdicca cum expedita manu misso, partem copiarum Eumeni tradit, ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret: ipse ceteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolæ, duxit.
20 Oppidani missis, qui regem deprecarentur, nihilominus bellum parabant: quippe orta seditio in diversa consilia diduxerat vulgum; alii omnia deditione potiora, quidam nullam opem in ipsis esse ducebant.
21 Sed dum nihil in commune consulitur, qui deditioni
22 imminebant, apertis portis hostem recipiunt. Alexander, quamquam belli auctoribus jure poterat irasci, tamen, omnibus venia data, et obsidibus acceptis, ad

18. *Postero die.* Tertio, si Arrianum sequeris. Nec fuit Macedonum labor levis. In universa obsidione Macedonum perierant centum, vulnerati erant supra mille et ducentos. Indorum trucidata sunt ad XVII millia, capta supra LXX millia, cum curribus CCC, et equitibus D. — *Invictum exercitum et deorum.* Parum usitata constructio. Verba tuentur alio plane simili loco inferius: « Deorum exercitum, et alium Liberum Patrem adventare credebant. »

19. *Perdicca cum expedita manu misso.* De Perdicca nihil habet Arrianus; Eumenem Cardianum missum tradit ad duas urbes, quæ cum Sangalis ad bellum se paraverant. Quarum incolas, quum fugissent, frustra persequutus Alexander, Sangala revertitur, urbem solo adæquat, regionemque iis Indorum, qui sponte deditionem fecerant, attribuit. Arrian. V, 24. Quæ igitur Arrianus de urbibus sponte deditis leviter attigit, paululum copiosius scripsit Curtius, § 20—23, et Polyæn. IV, 3, 30.

20. *Diduxerat vulgum.* Sic quoque usurpat Sallustius hoc verbum genere masculino, quum plerumque neutro scribatur.

21. *Deditioni imminebant.* Id est, omnem occasionem dedendi se captabant; usus verbi Curtio perquam familiaris. Vid. IV, 3, 24; V, 11, 2; VI, 6, 21.

imam deinde urbem castra movit. Obsides duce- 23
ır ante agmen, quos, quum e muris agnovissent,
:e gentis ejusdem, in colloquium convocaverunt.
clementiam regis simulque vim commemorando,
:ditionem eos compulere: ceterasque urbes simili
ı deditas in fidem accepit. Hinc in regnum So- 24
; perventum est. Gens, ut barbari, sapientia ex-
, bonisque moribus regitur. Genitos liberos non 25
ıtum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum, qui-
ıpectandi infantium habitum cura mandata est.
os insignes, aut aliqua membrorum parte inutiles
'erunt, necari jubent. Nuptiis coeunt, non genere 26
ıbilitate conjunctis, sed electa corporum specie;
eadem æstimatur in liberis. Hujus gentis oppi- 27
cui Alexander admoverat copias, ab ipso Sophite
ebatur: clausæ erant portæ; sed nulli in muris

Convocaverant. Legit *ilico vo-* *t* Heins. Eadem narrat Polyæn. 3o; nempe Alexandrum sæ- mam sic amoliri voluisse, qua arbaros laborabat. — *Ceteras- teras quoque* Freinsh.

In regnum Sophitis. Apud re- :st *Sopithes,* quod nomen, una :ansposita, Curtio reddendum situ regni Sopithæ antiqua est ·um dissensio. Strabo. lib. XV, 9, cujus is error est, ut Cathæo- ;ionem pro Sopithæ regno ha- Sunt, inquit, qui Sopithæ re- nter Hydaspen et Acesinem lo- t; alii ultra Acesinem et Hyaro- finitimam terræ Pori alterius.» ; pertinent Curtius et Diodo- 'II, 91, 92, quibus auctoribus [ydraoten et Hyphasin situm l illos Arrian. VI, 2, 4, qui ıter Hydaspen et Acesinem lo- ;no Pori prioris a meridie con- junctum. — *Ut barbari.* Sc. possunt, quantum inter barbaros fieri potest. Ex Onesicrito simillima de Sopithæ regno scripserunt Diodor. et Strabo, lib. XV, pag. 699.

25. *Spectandi infantium habitum.* Duos menses natorum. Strabo. — *Insignes.* Aliqua corporis labe, ut dixit Sueton. Aug. 38. Barbarus ille mos apud omnes fere antiquitatis gentes viguit, præcipue Spartanos et Romanos. Lex tamen Thebanorum rectissime et humanissime, ut ait Ælian. II, 7, vetat, ne civi liceat infantem exponere, neque in solitudinem abjicere, capitis supplicio constituto. Idem de Aboriginibus Dionysius, I, 16, 4, et de Germanis, Tacit. de Morib. Germ. « Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur.»

26. *In liberis.* Ut liberos quoque pulchros procreent.

turribusque se armati ostendebant, dubitabantque Macedones, deseruissentne urbem incolæ, an fraude
28 se occulerent; quum subito, patefacta porta, rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter
29 omnes barbaros eminens corporis specie. Vestis erat auro purpuraque distincta, quæ etiam crura velabat: aureis soleis inseruerat gemmas: lacerti quoque et
30 brachia margaritis ornata erant. Pendebant ex auribus insignes candore et magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant: quo tradito precatus, ut sospes acciperet, se liberosque et gentem suam
31 dedidit. Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt; latratu abstinere dicuntur, quum videre feram,
32 leonibus maxime infesti. Horum vim ut ostenderet Alexandro, in consepto leonem eximiæ magnitudinis jussit emitti, et quatuor omnino admoveri canes, qui

27. *Dubitabant Macedones.* De Gallis eadem Flor. I, 13, 14; et Just. XXV, 2, qui sic: « Galli ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modo, sed etiam sine custodibus vident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes diu intrare portas timuerunt. »

28. *Eminens.* Quatuor cubitorum facit Diod. XVII, 91.

29. *Aureis soleis.* Inter multiplicia hujus luxuriæ exempla, quæ congessit Freinshem. illud seligam Senecæ, de Benef. II, 12: « Socculum auratum, immo aureum margaritis distinctum ostendere Caligulam voluisse. » Quod Plin. quoque testatur, XXXVII, 2, 4.

30. *Candore;* alii *colore.* Sed illud rectum; nam margaritas intelligit, quarum præcipuas inter dotes candor. Nec moveare, quod *lapillos* ait. Sic enim Silius, XII, 229: « ... Miro candoris honore, Lucet in aure lapis rubris advectus ab undis. » — *Berylli.* De his Solinus, c. 55: « Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem coloris lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem. » Vide quoque Plinium, XXXVII, 5, 27. — *Ut sospes,* fort. *ut hospes,* Heumann. *ut sospites,* Freinshem. *ut sospes viveret,* Blancard. *precatus Sophites, acciperet,* Heinsius. Inter tot inter se diversa locus sane est carminis, quod noster *Corneille*, *Héraclius*: « Décide, si tu peux, et choisis, si tu l'oses. »

31. *Canes.* Ex consuetudine canis cum tigride ortos; de quibus multa apud veteres memoria.

32. *In consepto.* Multæ editt. *in conspectu.* Nostri regii Codd. *in consepto,* quo vocabulo Gesneri Thes. non caret. Freinshemius legit *in consepto,* quod, cum Schmiedero, recepi, maxime propter verba Diod. 92, εἰσήγαγεν εἰς τι περίφραγμα λέοντα τέλειον. — *Tum ex iis.* Cum quatuor

celeriter occupaverunt feram; tum ex iis, qui assueve-
rant talibus ministeriis, unus, canis leoni cum aliis in-
hærentis crus avellere, et, quia non sequebatur, ferro
amputare cœpit: nec sic quidem pertinacia victa, rursus
aliam partem secare institit; et deinde non segnius in-
hærentem ferro subinde cædebat. Ille in vulnere feræ 33
dentes moribundus quoque infixerat; tantam in illis
animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse na-
turam, memoriæ proditum est. Equidem plura tran- 34
scribo, quam credo: nam nec affirmare sustineo, de qui-
bus dubito, nec subducere, quæ accepi. Relicto igitur
Sophite in suo regno, ad fluvium Hyphasin processit, 35
Hephæstione, qui diversam regionem subegerat, con-
juncto. Phegeus erat gentis proximæ rex, qui, populari- 36
bus suis colere agros, ut assueverant, jussis, Alexandro

Codd. malui *tum*, pro vulgato *quum*. — *Unus canis*, *unius canis*. Modius et Cod. Theocr. Singulare sane factum, sed quod, præter Curtium, tradiderunt Strab. XV; Diodor. Sic. XVII, 92; Ælian. de Anim. VIII, 1; Plin. VIII, 40, Plut. de Solertia Animal. 35. Quamobrem miror hic posuisse Curtium sententiam hanc: *Equidem plura*, etc. quum ille ipse multo magis stupenda referat, nulla adhibita oratoria excusatione.

34. *Transcribo*. Ex græco in latinum, inquit *Schmieder*; sed hoc loco simpliciter esse pro *scribo*, non ægre crediderim. Noster 5717 habet in margine, secunda manu, *Nota scriptoris fidem*. Eadem prope formula utuntur multi historici: Herodot. VII: Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πεί-θεσθαί γε μὴν οὐ παντάπασιν ὀφείλω. Sueton. Claud. I, 15: »Quod equidem magis ne prætermitterem, retuli, quam, quia verum, aut verisimile putem.» De fide Curtio adhibenda plura habebimus, quum de historicis Alexandri tractabimus. — *Subducere*. Subtrahere.

35. *Hyphasin*. Alii Hypasis, alii Hyphasis, alii Hypanis scribunt. Hodie vocatur *Suttuluz*. Conf. notam ad c. 2, 3.

36. *Phageus*. Diodor. XVII, 93, *Phegeus* scripsit; sic clare quoque hoc Curtii loco duo Cod. Pal. 1, et Cod. Theoc. alii *Phegelis*, *u* corrupto in *li*; alii *Phegelas*, *lis* mutato in *las*. Sic etiam c. 2, 2, plurimi Codd. *Phegea* scripserunt pro *Phegelam*. Unde Curtium emendare cum Schmiedero non dubitavi. Nihil de eo rege scripsit Arrianus. Si Phegeus, dum Alexander cum exercitu veniret, populares suos colere agros jussisse narratur, non aliena institutis Indorum præcepit. Universi Indi in aliquos ordines (de quibus vide ad Arrian. Hist. Ind. 11 et 12) ita disjuncti erant, ut ex alia in aliam transire partem non liceret, et alter ordo alterius officia minime turbaret. Inde factum est, ut, si mili-

cum donis occurrit; nihil quod imperaret detractans.
1 II. Biduum apud eum substitit rex: tertio die am-
nem superare decreverat, transitu difficilem, non
spatio solum aquarum, sed etiam saxis impeditum.
2 Percontatus igitur Phegea, quæ noscenda erant, un-
decim dierum ultra flumen per vastas solitudines iter
esse cognoscit: excipere deinde Gangem, maximum
3 totius Indiæ fluminum: ulteriorem ripam colere gen-
tes Gangaridas et Pharrasios; eorumque regem esse
Aggrammen, xx millibus equitum ducentisque pedi-
4 tum obsidentem vias: ad hæc quadrigarum duo millia
trahere, et præcipuum terrorem elephantos, quos
5 trium millium numerum explere dicebat. Incredibilia

tum ordo prælium committeret, agricolæ juxta pugnantes securi ararent, militemque non timerent. Inde Phegei quoque popularibus agros colere persuaderi poterat, quamvis peregrinus exercitus fines intraret.

1. *Non spatio solum aquarum*. Erat enim VII stadia latus, et sex orgyias altus. Diod. XVII, 93. Conf. notam ad VIII, 13, 8.

2. *XI dierum*. XII dierum Diodorus. De solitudinibus Arrianus mentionem non fecit. — *Gangem, maximum* non tantum *totius Indiæ*, sed totius etiam orbis veteribus noti, *fluminum*, quod consensu traditur. Conf. Comment. ad Arrian. Hist. Ind. c. 4. Si ultra Hyphasin vastæ solitudines erant, necesse est, castra Macedonum eo circiter loco fuisse, ubi fluvii *Beyah* et *Suttuluz* aquas suas jam miscuerunt. Nam meridiem versus a fluvio *Suttuluz* magna deserta reperiuntur; a fluvio *Beyah* autem, quem multi pro Hyphasi habent, orientem versus omnis regio ad Gangem usque multis fluviis irrigua est. Multum autem abest, ut eas solitudines Ganges excipiat; excipit potius *Caggar* fluvius, et tum, minoribus omissis, *Dschumna* (*Zomanes* veterum), qui in Gangem cadit. De Prasiis, ut plurimi scripserunt, sive Præsiis, sive Pharrasiis, ut nomen corruptum est in Curtio, non ultra, sed cis Gangem habitantibus, et de Gangaridis (non confundendis cum Gandaritis, alia gente cis et trans Indum inter flumina, quæ Alexander jam transierat), adi indicem geographicum. De magnitudine imperii Prasiorum ejusque virium omnes veteres consentiunt, nec incredibile est, fines ejus occasum versus solitudines illas ultra Hyphasin attigisse; post Alexandrum saltem Sandracottus, Prasiorum rex, omnia, quæ Macedones ultra Indum possederant, imperio suo adjecit. Alexandro autem omnia incredibilia esse visa, non miror; ab termino orbis non longe abesse sibi videbatur; tanto igitur imperio locum superesse, regi non erat verisimile.

3. *Aggrammen*. Xandramen, e Diodoro.

4. *Trium millium*. Quatuor millium, Diod. II, 37, et XVII, 93. Sex mil-

omnia videbantur: igitur Porum (nam cum eo) percontatur, an vera essent, quæ dicerentur. vires quidem gentis et regni haud falso jactari 6
mat; ceterum, qui regnaret, non modo ignobilem , sed etiam ultimæ sortis: quippe patrem ejus, orem vix diurno quæstu propulsantem famem, ›ter habitum haud indecorum, cordi fuisse re-: ab ea in propiorem ejus, qui tum regnasset, 7
:itiæ locum admotum, interfecto eo per insidias, specie tutelæ liberum ejus invasisse regnum; neque pueris hunc, qui nunc regnat, generasse, ,um vilemque popularibus, magis paternæ for-, quam suæ memorem. Affirmatio Pori multipli- 8
animo regis injecerat curam: hostem belluasque nebat; situm locorum et vim fluminum extimeat: relegatos in ultimum pæne rerum humana- 9
terminum persequi et eruere, arduum videba-
Rursus avaritia gloriæ et insatiabilis cupido famæ 10
l invium, nihil remotum videri sinebat; et inter-ı dubitabat, an Macedones, tot emensi spatia ter-

lephantorum, octo M curruum, .XX M equitum. Plutarch. Vit. c. 62. — *Dicebat.* Glossa, ut Acidalius.

Ultimæ. Deterrimæ, infimæ. Juv. III, vs. 44: «Vos humiles, inrulgi pars ultima nostri.» — *Ton-*. Barbam Indi alebant; qua igitur onsores indici forte occupati fue-:x his locis conjicias. Curt. VIII, : «Indi capillum pectunt sæpius tondent; mentum semper intonst; reliquam oris cutem ad spe-evitatis exæquant.» Arrian. Hist. :6, 4: «Barbas variis coloribus Indos, Nearchus scribit, ut aliis maxime alba appareat, aliis aliis rubra, aliis purpurea, aliis viridis.» — *Propter habitum.* Ob speciem corporis non invenustam, amatum a regina fuisse; et quum ab illa admotus esset ad proximum favoris gradum apud regem qui tunc imperabat.

8. *Situm locorum.* Sc. ultra Gangem.

9. *Relegatos.* Ipsos Prasios et Gangaridas. — *Terminum persequi.* Sic Cod. Th. Sic quoque *Tellier* et *Schmieder;* alii: *persequi terminum.* Sensus est: difficile esse censebat invadere gentes ad extremum prope habitabilis orbis limitem ejectas, et eas inde extrahere. — *Avaritia gloriæ.* Idem est ac *aviditas.* Horat. «.... Graiis, præter laudem, nullius avaris.»

10. *Senes facti.* Non dicit Alexan-

rarum, in acie et in castris senes facti, per objecta flumina, per tot naturæ obstantes difficultates sequuturi essent : abundantes onustosque præda, magis parta
11 frui velle, quam acquirenda fatigari. Non idem sibi et militibus animi esse: se, totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio stare : militem, labore defatigatum, proximum quemque fructum, finito tandem periculo, expetere.
12 Vicit ergo cupido rationem, et, ad concionem vocatis militibus, ad hunc maxime modum disseruit. «Non ignoro, milites, multa, quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse jactata:
13 sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campos, Tigrin et Euphraten, quorum alterum vado transivimus, alterum
14 ponte, terribilem fecerant Persæ. Nunquam ad liquidum fama perducitur; omnia, illa tradente, majora sunt vero : nostra quoque gloria, quum sit ex solido,

der, suis in castris esse senes factos, sed longinqua in castris mora, etiam sub patre patruisque. Et quidni milites annorum quinquaginta conscripserit Alexander, « quum, teste Justino, 11, 6, ad tam periculosum bellum exercitum legeret non juvenes robustos, nec primum florem ætatis, sed veteranos, plerosque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruisque militaverant, elegit, ut non tam milites quam magistros militiæ electos putares. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit. » — *Obstantes. Obstantis* Scheffer. Intellexit auctor solitudines illas et Gangem. — *Acquirenda.* Nostri Codd. habent *ad quærenda.*

11. *Totius orbis.* Sc. quantus tunc cognitus fuit. — *Militem labore defatigatum.* Si Arrianum audis, res jam erat pro seditione. Milites in castris conventus agebant; alii fortunam suam deplorabant; alii se, etiam ducente Alexandro, non sequuturos affirmabant. Quo cognito Alexandrum orationem præfectis coram habuisse.

13. *Ad hunc maxime modum disseruit.* Nempe Curtius hanc quoque orationem, ut plurimas reliquas, talem composuit, qualis ad rem, quæ agitur, probabilis videretur. Operæ pretium est, Arrianeam lib. V, 25, 26, cum Curtiana conferre. Diod. XVII, 94, orationis specimen non edidit, hoc tantum tradens, Alexandrum λόγον πεφροντισμένον ad milites dixisse.

14. *Ad liquidum.* Pura omni mendacio fama ad nos pervenit. Convenit cum illo Ciceronis lib. II, ad Attic. Ep. 19: «Non tantum est in re, quantus sermo est; » et Ovid. Metam. XII, 54: «Mixtaque cum veris passim com-

tamen habet nominis, quam operis. Modo quis 15
as, offerentes mœnium speciem, quis Hydaspen
m, quis cetera, auditu majora quam vero, susti-
posse credebat? Olim, hercule, fugissemus ex
si nos fabulæ debellare potuissent. Creditisne ele- 16
torum greges majores esse, quam usquam ar-
orum sunt? quum et rarum sit animal, nec facile
tur, multoque difficilius mitigetur? Atqui eadem 17
as copias peditum equitumque numeravit: nam
n, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat;
e angustis ripis coercita, et in angustiorem al-
elisa, torrentes aquas invehunt: contra spatio
segnior cursus est. Præterea in ripa omne peri- 18
a est, ubi applicantes navigia hostis exspectat.
quantumcumque flumen intervenit, idem futu-
discrimen est evadentium in terram. Sed omnia

vagantur, Millia rumorum, que verba volutant.» — *Quum* *lido*. Quamvis ex vera virtute sit, tamen major est a fama, nostris facinoribus. — *Mœ- eciem*. Elephanti per se ratione nis mœnibus comparari pos- ed forte respexit Curtius ad dorum ita instructas, ut pro- phantos pari intervallo pedi- mixtos procul mœnium turri- atorum speciem offerrent. Cf. b. VIII, 12, 7, et Diod. XVII, *η σύνταξις ὑπῆρχε πόλει πα- ιος τὴν πρόσοψιν, ἡ μὲν γὰρ φάντων στάσις τοῖς πύργοις, ιὰ μέσον τούτων στρατιῶται τοπυργίοις ὡμοίωνται.* — *Fa-* ic ap. Senec. Suasor. II, Por- o: «Arma nobis fabulæ excu- et paullo supra Triarius: «Non aconas ne pugna quidem ho- sed fabula vinci.»

Rarum animal. Elephantos non esse raros in India, tam ex veteribus quam etiam recentioribus constare, recte notavit Freinshemius. Alexander autem, vel potius Curtius ea re excusari possunt, quod id animal in ea Indiæ parte, quam Alexander peragravit, non admodum frequens erat. De venatione elephantorum et ratione eos domandi plures scripserunt, inter quos Arrian. Hist. Ind. c. 13; Strab. lib. XV; Diod. III, 26; Ælian. VIII, 10 et 15; Plin. VIII, 8.

17. *Vanitas.... numeravit.* Falsa fama supra modum auxit. — *Nam flumen*. *Tellier*: *jam flumen*, quod præfero. — *Elisa*. Hoc est, collisa in alveum angustiorem quam pro copia aquarum, ut lib. VIII, cap. 13, § 9. Hoc verbum *elidere* plane pro *coarctare* usurpavit Lucan. lib. VI, v. 55: «Tot potuere manus adjungere Seston Abydo, Ingestoque solo Phrixeum elidere pontum. — *Spatio alvei*. Hoc est, in spatioso alveo.

19 ista vera esse fingamus. Utrumne vos magnitudo bel-
luarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet
ad elephantos, præsens habemus exemplum: in suos
vehementius, quam in nos incurrerunt; tam vasta
20 corpora securibus falcibusque mutilata sunt. Quid
autem interest, totidem sint, quot Porus habuit, an
tria millia; quum, uno aut altero vulneratis, ceteros
21 in fugam declinari videamus? Inde paucos quoque in-
commode regunt: congregata vero tot millia ipsa se
elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles
vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista
contempsi, ut, quum haberem, ipse non opposuerim;
22 satis gnarus, plus suis, quam hostibus periculi inferre.
At enim equitum peditumque multitudo vos commo-
vet! cum paucis enim pugnare soliti estis, et nunc pri-
23 mum inconditam sustinebitis turbam. Testis adversus
multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus
amnis, et Cilicia, inundata cruore Persarum, et Ar-
bela, cujus campi devictorum a nobis ossibus strati
24 sunt. Sero hostium legiones numerare cœpistis, post-
quam solitudinem in Asia vincendo fecistis: quum per
Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogi-
25 tandum fuit. Nunc nos Scythæ sequuntur; bactriana
auxilia præsto sunt; Dahæ Sogdianique inter nos mi-
litant. Nec tamen illi turbæ confido; vestras manus
intueor; vestram virtutem,. rerum, quas gesturus
sum, vadem prædemque habeo: quamdiu vobiscum in

19. *Præsens exemplum*. In prælio cum Poro. — *Mutilata sunt*. Flor. I, 18, 9: « Minucius, quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa mori posse belluas ostenderat. »

20. *Declinare videamus*. Cum Cod. plurimis malui: *declinari*.

21. *Se elidunt*. Inter se collisa pereunt, se ipsa proterunt. Freinshemius mavult *elident*..

22. *Cum paucis enim*: εἰρωνικῶς.

23. *Cruore*. MSti: *fervore*. Forte *fere cruore*, Heinsius.

24. *Scythæ*. Conf. notam ad VIII, 14, 5.

25. *Vadem prædemque*. Conf. de

acie stabo, nec meos, nec hostium exercitus numeravero : vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborumque 26
nostrorum, sed in exitu stamus: pervenimus ad solis ortum et Oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores, perdomito fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere e manibus. Majora sunt pericu- 27
lis præmia; dives eadem et imbellis est regio: itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. Digni estis, qui opes, quas illud mare litoribus invehit, referatis in patriam; digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. Per vos gloriamque 28
vestram, qua humanum fastigium exceditis, perque et mea in vos, et in me vestra merita, quibus invicti con-

his vocibus notam ad lib. IV, c. 4, 6.

26. *Pervenimus.* Perventuri sumus. Sic supra V, 11, 9, *tulerat* pro *laturus erat,* ubi vide Freinshemium. Hic præsentis usus pro futuro solemnis est præsertim in græca et gallica lingua. — *Ad solis ortum et Oceanum.* Hoc est, ad Oceanum orientalem, ex quo solem quotidie oriri vulgo credebant. — *Perdomito fine terrarum.* Videtur in Alexandri consiliis fuisse, ut prius Asiam omnem, et tum Lybiam quoque suæ ditionis faceret. De qua re ex ejus ævi de situ terrarum cognitione judicium feras. Ultra Hyphasin Alexander Oceanum orientalem non longe abesse putabat, seque per Prasiorum gentem ad eum perventurum; domita sic media Asia nihil superesse septemtrionem versus præter paucas gentes et Scythiam sterilem, alio tempore facile subigendam, quam cingat Oceanus ex India in Hyrcaniam cadens; ad meridiem vero nihil restare præter Arabiam (in quam quum expeditionem pararet, diem obiit), et litora Oceani, quorum, quum omnia per militum consternationem non posset, partem tamen inter Indum et Euphraten subegit. De magna autem Indiæ cis Gangen peninsula nihil sciebat; æque incognita erat Libyæ amplitudo, quam ad columnas Herculeas usque, ex sinu persico iter orsurus, circumnavigare statuerat. Hæc Schmiederus.

27. *Imbellis est regio.* Imbellisne appellari poterat, cui magni exercitus erant? — *Quas illud mare litoribus invehit.* Gemmas margaritasque mare litoribus infundit, ut supra scripsit, lib. VIII, 9, 19.

28. *Per vos.* Acidalius mavult: *per ego vos.* — *Quibus invicti contendimus.* Quibus ita quasi certavimus, ut nec ego vos, nec vos me viceritis. Ad priora sua de militibus merita Alexander tum temporis, ut alacriores ad bellum Gangaridis inferendum redderet, hæc adjecerat, ut militibus ipsis

tendimus, oro quæsoque, ne humanarum rerum ter-
minos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum,
29 ne dicam regem, deseratis. Cetera vobis imperavi; hoc
unum debiturus sum : et is vos rogo, qui nihil un-
quam vobis præcepi, quin primus me periculis obtu-
lerim; qui sæpe aciem clypeo meo texi, ne infregeritis
in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque
30 patrem, si invidia abfuerit, æquabo. Date hoc preci-
bus meis, et tandem obstinatum silentium rumpite.
Ubi est ille clamor, alacritatis vestræ index? ubi ille
meorum Macedonum vultus? non agnosco vos, mili-
tes; nec agnosci videor a vobis. Surdas jam dudum
aures pulso : aversos animos et infractos excitare co-
31 nor.» Quumque illi in terram demissis capitibus tacere
perseverarent: «Nescio quid, inquit, imprudens in vos
deliqui, quod me ne intueri quidem vultis. In solitu-
dine mihi videor esse: nemo respondet; nemo saltem
32 negat. Quos alloquor? quid autem postulo? vestram
gloriam et magnitudinem vindicamus. Ubi sunt illi,
quorum certamen paullo ante vidi contendentium,

prædandi per hosticos agros potestatem concederet, uxoribus militum menstruum frumentum exhiberi juberet, et pueris ex illis natis pro ratione ejus, quod patres acciperent, stipendium constitueret. — *Alumnum commilitonemque*. Sueton. Cæs. 67, 2: «Nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine *commilitones* appellabat.»

29. *Qui nihil unquam*. Pertinent huc ista Livii, VII, 32, 10: «Debere etiam intueri cujus ductu auspicioque ineunda pugna sit: utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat.» — *Palmam, qua Herculem Liberumque Patrem æquabo*. Hoc est, ne dematis mihi gloriam eam, ut terminum expeditionum Herculis Bacchique assequar. Intellige, hoc loco, Oceanum, non columnas arasve, quæ monumenta itinerum illi dei erexisse ferebantur. Solent autem, ut notavit Freinshem. Hercules et Bacchus fere conjungi, quod uterque in iisdem oris longinquam militiam exercuisse feratur, quibuscum Alexander, tum alii, qui procul ab domo bella gessere, comparati sunt. — *Si invidia affuerit*. Scilicet deorum.

30. *Infractos*. Vide quæ de hoc verbo notavimus ad VI, 2, 21.

qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus 33
quoque ire perseverabo : objicite me fluminibus, et belluis, et illis gentibus, quarum nomina horretis; inveniam, qui desertum a vobis sequantur. Scythæ Bactrianique erunt mecum; hostes paullo ante, nunc milites nostri. Mori præstat, quam precario impera- 34
torem esse : ite reduces domos; ite deserto rege ovantes : ego hic a vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam. »

III. Ne sic quidem ulli militum vox exprimi potuit: 1
exspectabant, ut duces principesque ad regem perferrent, vulneribus et continuo labore militiæ fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse. Ceterum illi metu attoniti in terram ora defixerant. 2
Ergo primo fremitus sua sponte, deinde gemitus quoque oritur; paullatimque liberius dolor erigi cœpit, manantibus lacrymis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cuperet, temperare oculis potuerit. Tandem, universa concione 3

32. *Vulnerati regis*. Lib. VII, 6, 8.

33. *Ire perseverabo*. Sic Achilles ap. *Racine*, *Iphigénie*, act. I, sc. 2, 107 sq.

34. *Precario*. Conf. ad IV, 7, 1. — *Ite*, *deserto rege*. Paria sunt illa Cerealis apud Tac. Hist. IV, 77, 6: « Ite, nunciate Vespasiano, vel quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie ducem. » Ex omnibus Alexandri verbis in hac oratione, præsertim si cum ea Arrianeam, valde similem, conferas, difficile est existimare hunc virum non vanitate et avaritia fuisse stimulatum, sed nobiliore cupiditate gentes Lybicas, Oceani accolas, Græciæ et Ægypti populos inter se commercii vinculis arctius connectendi, ut omnibus persuadere voluit *Montesquieu*, *Esprit des Lois*, XXI, 8; *Robertson*, *Recherches historiques sur l'Inde*; *le docteur Vincent*, *Voyages de Néarque*, etc. Vide quoque *Ste-Croix*, pag. 416 et seq. Ego persuasum habeo verba Curtii Arrianique cum Alexandri indole mirifice esse consentanea; recentioresque illos, quos supra laudavimus, plus genio suo quam historicæ fidei paruisse, quum ex illo Herculis Bacchique æmulo mercatorem, et commercii tantum geographiæque studiosum efficere voluerunt.

2. *Liberius erigi*. Magis magisque palam fieri; vel, Gronovii verbis, dolor, qui prius compressus erat, et quasi jacebat, in altum surgit.

effusius flente, Cœnus ausus est, contantibus ceteris, propius tribunal accedere, significans, se loqui velle.
4 Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti (ita enim regem alloqui mos est), hortari cœperunt,
5 ut caussam exercitus ageret. Tum Cœnus : « Dii prohibeant, inquit, a nobis impias mentes; et profecto prohibent. Idem animus est tuis, qui fuit semper, ire quo jusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen. Proinde si perseveras, inermes quoque, et nudi, et exsangues, ut-
6 cumque tibi cordi est, sequimur, vel antecedimus. Sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultima expressas; præbe, quæso, propitias aures imperium atque auspicium tuum constantissime sequutis, et, quocumque pergis, sequuturis.
7 Vicisti, rex, magnitudine rerum non hostes modo, sed etiam milites : quidquid mortalitas capere poterat, implevimus, emensis maria terrasque melius nobis, quam incolis omnia nota sunt; pæne in ultimo mundi
8 fine consistimus. In alium orbem paras ire, et Indiam

3. *Tribunal.* Βῆμα· scil. suggestum.

5. *Idem animus.* Immo vero longe dissimilis. « Nam, ut inquit Plutarchus, illa cum Poro pugna reddidit segniores, repressitque ne peterent ulteriorem Indiam. Quum enim ægre pepulissent eum qui viginti millia peditum et duo millia equitum in aciem adduxerat; obnixe reluctati Alexandro sunt, territi videlicet laborum ac periculorum, quæ sequutura erant, magnitudine. » — *Inermes quoque, et nudi, et exsangues.* Voce *exsangues* respicitur ad vulnera; verbis *inermes* et *nudi* ad hoc quod Curtius inf. § 10, et Diodorus tradidit, c. 94 : Macedonum arma pleraque tum absumpta fuisse, et defecisse vestes græcas, ut Macedones ex concisis palliis indicis barbaricas sibi adoptare deberent.

6. *Propitias aures.* Ergo *propitius* non de diis solis dicitur, ut quibusdam visum est; sed de faventibus et benevolentibus quibuscumque. Attende vero, quanto verborum numero, quanta elegantia scripserit Curtius : in multis sane partibus peccat; quod vero ad elegantiam et numerum attinet, unus est ex absolutissimis.

8. *In alium orbem.* In aliam partem terrarum, ultra Asiam sitam, ut VII, 7, 14. Macedones propter ingentia itinera facta vereri finguntur, ne Alexander, Asia jam domita, in aliam terræ partem ultra sitam, vel Indis ignotam, transire velit; ubi, quum jam

ris Indis quoque ignotam : inter feras serpentes-
degentes eruere ex latebris et cubilibus suis ex-
s., ut plura, quam sol videt, victoria lustres. Di- 9
prorsus cogitatio animo tuo! sed altior nostro:
ıs enim tua semper in incremento erit; nostra vis
ne jam est. Intuere corpora exsanguia, tot per- 10
ı vulneribus, tot cicatricibus putria. Jam tela
etia sunt : jam arma deficiunt. Vestem Persicam
ıimus, quia domestica subvehi non potest; in ex-
um degeneravimus cultum. Quotocuique lorica 11
quis equum habet? jube quæri, quam multos
i ipsorum persequuti sunt; quid cuique supersit
ræda. Omnium victores, omnium inopes sumus.
luxuria laboramus, sed bello instrumenta belli
umpsimus. Hunc tu pulcherrimum exercitum nu- 12
ı objicies belluis? quarum ut multitudinem augeant
ndustria barbari, magnum tamen esse numerum,
n ex mendacio intelligo. Quod si adhuc penetrare 13
ndiam certum est, regio a meridie minus vasta
qua subacta, licebit decurrere in illud mare,
l rebus humanis terminum voluit esse natura. Cur 14

tot ac tantas feras ac serpentes orumdem numerum forte majo-ıveniant, et incolæ, quicumque a sint, ex latebris suis prius li sint, quam vinci possint, ut sic ıder plures vincat gentes, quam lere soleat. Ex incondita vulgi is terrarum figura opinione, et ıæ de ulteriore India accepta egregiæ hæ ineptiæ confusæ at notavit *Schmieder*.

Putria. Debilitata, infirma, proxima, quibus neque vis, vigor, aut utilitas ulla adest. Et ıd Nonium Marcellum *putret* : vius, Teucro: quamquam annis-ætate hoc corpus putret. Accius, Erigona : quamquam exsangue est corpus mihi, atque annis putret.» Snakenb. Cicatricibus exhausta dixit Just. XII, 8. — *Tela hebetia sunt*. Has non hyperbolas, sed mendacia historiæ contraria vocat Cleric. Jud. IV, 8. Sed quid? an omnia ad logicen criticam exsiccabuntur. Si vitium est, dulce vitium est. Fatendum tamen multo plus esse veritatis in Cœni oratione apud Arrian.

11. *Instrumenta belli*. Non arma solum, sed pecuniam, equos, ephippia, etc.

13. *Regio a meridie*. Intellexit eam, quæ inter ea flumina, quæ in Indum cadunt, et ad utramque ipsius Indi oram supererat subigenda, cujus magnitudinem Curtius ignorabat.

circumitu petis gloriam, quæ ad manum posita est? hic quoque occurrit Oceanus: nisi mavis errare, per-
15 venimus, quo tua fortuna ducit. Hæc tecum, quam sine te cum his, loqui malui; non uti inirem circumstantis exercitus gratiam, sed ut vocem loquentium
16 potius, quam gemitum murmurantium audires.» Ut finem orationi Cœnus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, regem, patrem, dominum, confusis
17 appellantium vocibus. Jamque et alii duces præcipueque seniores, quîs ob ætatem et excusatio honestior
18 erat, et auctoritas major, eadem precabantur. Ille nec castigare obstinatos, nec mitigare poterat iratos: itaque inops consilii desiluit e tribunali, claudique regiam jussit, omnibus, præter assuetos, adire prohibitis.
19 Biduum iræ datum est; tertio die processit, erigique XII aras ex quadrato saxo, monumentum expeditiónis suæ; munimenta quoque castrorum jussit extendi, cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum ha-

14. *Quæ ad manum posita est.* Ad quam breviori via et minori periculo pervenire potes. Justa caussa non est, cur Modius ista verba deleri voluerit.

15. *Quam gemitum.* Multi Edd. *quam ut;* sed posteriorem vocem admodum inutilem delere satius duxi cum nostris regg. Codd.

19. *Biduum iræ datum est.* Ex Arriano discimus quamdam aliam caussam supposuisse Alexandrum, ut sua proposita mutaret, deum nempe jussa, sinistris auspiciis manifestata, quum hostias consuleret. *Θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. Τότε δὴ.... ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω αναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιαν, ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν.* Arrian. V, 28. — *Erigique XII aras.* Altitudine quidem maximis turribus (bellicis) pares (L cubitorum Diod. c. 95), latitudine quam quæ turrium est majore, quibus diis gratias ageret, quod ipsum eo usque victorem perduxissent, et ut laborum suorum monumenta sint. Arrian. V, 29, 2. Antiquitus sic limites fuisse positos, nonnullis exemplis ostendit Strab. lib. III. Sunt qui Alexandrum, exsuperato amne, aras in diversa ripa dicasse scribant, ut Plin. VI, 17, 23, et Suidas, nullo tamen scriptorum fide digniorum consentiente. Et Hyphasis superatu difficilis erat, et per se credibilius est, expeditionis terminum et monumentum in ripa dextra ad fluvium *Satuluz, Beyah* fluvio jam auctum, exstructum fuisse. — *Cubiliaque amplioris formæ.* Quinûm cubitorum. Diod. c. 95. Eodem auctore triplo majora facta sunt castrorum munimenta, quam prius fuerant. Arrianus de reliquis

bitu relinqui; ut speciem omnium augeret, posteri-
tati fallax miraculum præparans. Hinc repetens, quæ 20
emensus erat, ad flumen Acesinem locat castra. Ibi
forte Cœnus morbo exstinctus est : cujus morte inge-
muit rex quidem; adjecit tamen, propter paucos dies
longam orationem eum exorsum, tanquam solus Ma-
cedoniam visurus esset. Jam in aqua classis, quam
ædificari jusserat, stabat. Inter hæc Memnon ex Thra- 21
cia in supplementum equitum sex millia, præter eos
ab Harpalo peditum septem millia adduxerat; arma-
que xxv millia auro et argento cælata pertulerat, quîs
distributis, vetera cremari jussit. Mille navigiis aditu- 22
rus Oceanum, discordes et vetera odia retractantes

præter aras munimentis nihil memoravit. — *Omnium.* Ararum, castrorum, cubilium. — *Fallax miraculum.* Falsæ admirationis materiem, posteris videlicet ex castrorum lectorumque amplitudine, magnitudinem Macedonum ac multitudinem æstimaturis. Et sane res illi succedit. Narratur enim Indos harum regionum accolas, unoquoque anno, Gangem transiisse, et in his altaribus sacrificia diis fecisse; sed tertio post Alexandrum mortuum sæculo. Aræ autem sic inscriptæ fuerunt, teste Philostrato II, de Vita Apollonii, cap. 15 : Πατρὶ Ἄμμωνι, καὶ Ἡρακλεῖ ἀδελφῷ, καὶ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ, καὶ Διὶ Ὀλυμπίῳ, καὶ Σαμοθρᾶξι Καβείροις, καὶ Ἰνδῷ Ἡλίῳ, καὶ ἀδελφῷ Ἀπολλωνί. Ænea quoque columna, eodem auctore, hic erecta fuit, cum hac inscriptione : Ἀλέξανδρος ἐνταῦθα ἔστη, vel, ut Suidas habet : Ἐγὼ Μέγας Ἀλέξανδρος ὁ Βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τούτου.

20. *Ad flumen Acesinen castra locat.* Ut urbem aliquam, ab Hephæstione conditam, penitus exædificaret, et incolis repleret. Arrian. V, 29, 5. Addendum nunc erat Curtio, Alexandrum, Acesine quoque superato, ad Hydaspen movisse, Arrian. V, 29, 8, et Hist. Ind. 18, 1; Strabo, lib. XV; ubi Cœnus mortuus est, Arrian. VI, 2, 1. Alexandrum ex Acesine expeditionem navalem cœpisse, cum Curtio Diodorus quoque et Justinus XII, 9, scripserunt, omnes ex eodem fonte turbido.

21. *In aqua stabat.* Parata erat. Naves non prius in aquam deducuntur, quam instructæ, et ad navigandum aptæ fuerint. — *In supplementum.* Diod. c. 95, supra XXX M peditum numerat. Jam sequebantur Alexandrum CXXX M militum. Arrian. Hist. Ind. 19, 5; Plutarch. Vit. Alex. c. 66; Curt. VIII, 5, 4.

22. *Mille navigiis.* Diod. cap. 95 : CC naves ἀφράκτους, et DCCC onerarias numerat Arrian. Hist. Ind. 19, 7 (ubi *Schmieder* in nota rationes exposuit, cur tantus numerus incredibilis videri non possit), in universum octingentas. Idem vero Exp. VI, 2, 7, 8, in universum prope bis mille naves

Porum et Taxilem, Indiæ reges, firmata per affinitatem gratia, reliquit in suis regnis; summo in ædifi-
23 canda classe amborum studio usus. Oppida quoque duo condidit, quorum alterum *Nicæam* appellavit, alterum *Bucephalon*, equi, quem amiserat, memoriæ
24 ac nomini dedicans urbem. Elephantis deinde et impedimentis terra sequi jussis, secundo amne defluxit;

fuisse scripsit. Quem locorum dissensum non facile tollas. — *Firmata gratia.* Conf. Arrian. V, 20, 6.

23. *Oppida duo condidit.* Non intellexit Curtius Diodorum suum, qui libro XVII, 89, Alexandrum urbes illas condidisse scripserat, quem locum supra transtulit Curtius, IX, 1, 6. Nunc addit Diod. c. 95: Alexandrum urbibus jam exædificatis nomina imposuisse Nicææ et Bucephalæ. Ex quibus Curtius sua fecit, oblitus quasi eorum, quæ supra scripserat. Alexander ab Hyphasi redux quum illas urbes per imbres Indiæ æstivos aliquantum corruptas invenisset, militum opera eas instauravit, ut testatur Arrian. V, 29, 8.

24. *Terra sequi jussis.* Alexander non solum elephantos et impedimenta, sed maximam quoque exercitus partem terra sequi jusserat, eo consilio, ut, quidquid ad utramque Hydaspin et Acesinis ripam subigendum esset, vel conditione, vel vi subigeretur. Conf. nota ad Arrian. Exped. VI, 5, 10. In dextra Hydaspis ripa exercitum equestrem et pedestrem ducebat Craterus, in sinistra Hephæstion alium majorem cum CC elephantis. Ad Acesinis ripam Philippus cum alia exercitus parte mittebatur. Qui exercitus quum ad confluentes fluminum pervenirent, navibus transvehebantur. In navibus cum Alexandro non amplius quam octo millia erant, quod exserte tradidit Arrian. Hist. Ind. 19, 2. — *Secundo amne.* Hoc est, Hydaspe usque ad confluentes Hydaspis et Acesinis. Verisimile est, navigationem ex urbibus ab Alexandro conditis circa insulam *Schamad* cœpisse. — *Quadraginta ferme stadia.* Quis credat, classem secundo amne defluentem in quotidiana navigatione unius tantum milliaris geogr. iter fecisse? Igitur emendat Freinshem.: *quadringenta ferme stadia;* substitit enim subinde classis per duos aut plures dies, ut exercitum pedestrem, tanta itinera non facientem, mansisse credi possit. Sed, ne quid dissimulem, pro navigatione per flumina hic numerus nimis est, præsertim si noctu naves non promoverentur. Sine dubio alio die per plura, alio per pauciora stadia percurrebatur; interdum quoque, variarum rerum caussa, bellorum præcipue, omnis navigatio cessabat. Si igitur Curtius in auctore suo (Arrianus namque et Diodorus stadia quotidianæ navigationis non memoraverunt) universæ navigationis et dies et stadia in summam collecta legit, invenit forte, utrorumque summam comparando, quadraginta stadia partem esse singulorum dierum. D[r] *Vincent*, p. 111, pro *XL stadia* conjecit *LX ferme stadia,* quod spatium nec multum differre a mappa geogr. Rennelii, et, ceteris paribus, tanti exercitus itineri respondere potest. Hæc *Schmieder.*

quadraginta ferme stadia singulis diebus procedens, ut
opportunis locis exponi subinde copiæ possent.
IV. Perventum erat in regionem, in qua Hydaspes 1
amnis Acesini committitur. Hinc decurrit in fines 2
Sobiorum : hi de exercitu Herculis majores suos esse
commemorant, ægros relictos [esse]; cepisse sedem,
quam ipsi obtinebant. Pelles ferarum pro veste, clavæ 3
pro telo erant : multaque etiam, quum Græci mores
exolevissent, stirpis ostendebant vestigia. Hinc, ex- 4
scensione facta, cc et L stadia processit, depopula-
tusque regionem, oppidum, caput ejus, corona cepit.

1. *In qua Hydaspes amnis Acesini committitur.* Hodie Hyphasin cum Acesine confundi negatur. De prima navigatione, quam levi tantum brachio Curtius tetigit, multo copiosior est Arrianus, Histor. Ind. c. 18 et 19, atque Exped. VI, c. 2, 3, et 4, 1—6; deinde usque ad c. 5, 8, pericula enarrat, quæ classis in confluentibus Hydaspis et Acesinis propter aquas utriusque fluvii vehementer concussas, adierat. Diodor. XVII, 96, coitum Hydaspis et Acesinis commemorat, sed sine mentione vorticum; at c. 97, eosdem ponit in coitu Acesinis et Indi. Eum omnino sequutus est Curtius hoc capite § 1, et 8 sqq. ubi vide quæ notata sunt.

2. *Sobiorum.* Multi Codd. *Soborum.* Apud plurimos vocantur *Sibæ;* apud Diod. c. 96, *Sibi,* ubi vide notam P. Wesselingii. Clavæ et pelles Macedonibus satis documenti erant, Sibas ab Herculis, quem in India fuisse credebant, exercitu originem traxisse. Sequentia cum Freinshemio sic legere mallem : *Hi de exercitu Herculis majores suos commemorant ægros relictos cepisse sedem,* etc. Alterum *esse* abest a Cod. Theocr. Addit Diodorus, Sibos se Alexandro sine bello dedidisse, eorumque urbes libertate a rege donatas esse. Alia scripsisset Curtius, si cum vulgata legis : *hic exscensione facta.* Sed si, quod cum Schmiedero prætuli, cum nostris et aliquot Codd. *hinc exscensione facta* legis, credendum est, cum Sibis non pugnatum esse, sed *hinc,* h. e. ex gente Siborum longius profectum Alexandrum alius gentis et metropolin cepisse, et exercitum fugasse. Vide notam ad § 15. — *Ægros relictos.* Ægros in coloniis ejusmodi relinqui solitos jam observatum est. Sic urbem ad Acesinem Alexandri jussu conditam, mercenariorum ad militiam ineptis, senio puta aut vulneribus, attribuit Arrian. V, 4, 27. Pompeius, apud Dionem, l. XXXVI, urbem eo loco, quo Mithridatem vicerat, condidit, quam vulnerati aut ætate confecti milites sui haberent. Alludit ad hunc morem Virg. Æneid. V, 715 : « Longævosque senes, ac fessas æquore matres, Et quidquid tecum invalidum, metuensque pericli est, Delige : et his habeant terris sine mœnia fessi. »

3. *Clavæ pro telis erant.* Cod. Th. *pro armis clava erat.*

5 XL peditum millia alia gens in ripa fluminum opposuerat, quam, amne superato, in fugam compulit, inclusosque mœnibus expugnat : puberes interfecti
6 sunt, ceteri venierunt. Alteram deinde urbem expugnare adortus, magnaque vi defendentium pulsus, multos Macedonum amisit : sed quum in obsidione perseverasset, oppidani, deserta salute, ignem subjecere tectis; se quoque, ac liberos, conjugesque incendio
7 cremant. Quod quum ipsi augerent, hostes exstinguerent, nova forma pugnæ erat: delebant incolæ urbem; hostes defendebant : adeo etiam naturæ jura bellum in
8 contrarium mutat. Arx erat oppidi intacta, in qua præsidium dereliquit : ipse navigio circumvectus est arcem; quippe tria flumina, tota India, præter Gan-

5. *Gens.* In omnibus fere editt. legitur : *alia gens.* Sed in nostris et multis aliis Codd. abest vox *alia.* Et sane, ut notavit *Schmieder,* intelligenda est gens eadem, cujus oppidum corona captum erat. Diodorus eam appellat *Agalassenses;* Just. XII, 11, *Hiacensanas.* Utrumque nomen sub Curtianis *alia gens* latere potest. Itaque, quum in uno Codice *quo amne* legatur, non sperno Wesselingii conjecturam : *Agalassenses .... opposuerunt, quos amne .... compulit.* — *In ripa fluminum.* Solum Hydraoten intelligendum esse, videbis ad § 15. Igitur legendum est, *fluminis,* vel propter sequentia, *amne superato.*

6. *Alteram deinde urbem.* In quam, Diodoro teste, XX millia armatorum confugerant. Eodem auctore ista urbs per iram ab Alexandro incensa est. At Arrianus cum Curtio est lib. VI, 7, 11. Negat vero arcem intactam mansisse, in qua Alexandrum præsidium reliquisse, vix credi potest, et a nemine præter Curtium narratur. — *Multos Macedonum amisit.* XXV tantum Macedonas numerat Arrian. VI, cap. 7, § 8.

7. *Adeo etiam.* Aliud ætas nostra hujus furoris, quem accendit amor patriæ, vidit exemplum, quum magni imperii caput suorum incolarum igni, frustra inhibente hoste, cecidit.

8. *Tria flumina ..... munimento arcis applicant undas.* Quod falsum esse, a plurimis notatum est. Arx namque illa, si ad confluentes Hydaspis et Acesinis sita erat, longe abest Indus; si ad confluentes Indi et Acesinis, longe abest Hydaspes. Accedit Alexandrum ex Curtii narratione (§ 1) pluribus diebus ante Hydaspis et Acesinis confluentes transisse; atque ex Diod. c. 97, verbis sole clarius est, arcem illam ad nullos confluentes sitam fuisse. Alexander enim, post urbem captam, διὰ τοῦ ποταμοῦ (Acesinem intellige) τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο μέχρι τῆς συμβολῆς τῶν προειρημένων ποταμῶν (Acesinis et Hydaspis uno alveo fluentium) καὶ τοῦ Ἰνδοῦ. In Curtio

gen, maxima, munimento arcis applicant undas. A
septemtrione Indus alluit; a meridie Acesines Hydaspi
confunditur. Ceterum amnium coitus maritimis similes 9
fluctus movent; multoque ac turbido limo, quod aqua-
rum concursu subinde turbatur, iter, qua meant na-
vigia, in tenuem alveum cogitur. Itaque quum crebri 10
fluctus se inveherent, et navium hinc proras, hinc
latera pulsarent, subducere nautæ cœperunt; sed mi-
nisteria eorum hinc metu, hinc prærapida celeritate
fluminum occupantur. In oculis duo majora omnium 11
navigia submersa sunt; leviora, quum et ipsa nequi-
rent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt. Ipse
rex in rapidissimos vortices incidit : quibus intorta
navis, obliqua et gubernaculi impatiens agebatur. Jam 12
vestem detraxerat corpori, projecturus semet in flu-
men; amicique, ut exciperent eum, haud procul na-
bant; apparebatque anceps periculum tam nataturi,
quam navigare perseverantis. Ergo ingenti certamine 13
concitant remos, quantaque vis humana esse poterat,
admota est, ut fluctus, qui se invehebant, everberaren-

amnium coitus ex lege grammatices de confluentibus Acesinis et Hydaspis intelligendi sunt, quum Diodorus de Acesinis Hydaspe aucti cum Indo confluentibus loquatur. Sed hac in parte Curtius cum Diodoro componi posset, si pro *confunditur* legere liceret *confusus*.

9. *Movent*. Quatuor Codd. *movet*. — *Quod aquarum concursu subinde turbatur*. Quam frigent hæc omnia! merito exclamat *Schmieder*. Limus vocatur turbidus, quia turbatur subinde aquarum concursu.

10. *Subducere*. Ad ripam ducere, e periculo eripere. — *Hinc metu*. Hoc est, trepidatione nautarum. *Ministeria occupantur*, irrita redduntur.

11. *Omnium*. Assentior Acidalio: *In oculis omnium duo majora navigia*, etc. legentis. Duas naves ex numero majorum submersas esse, quum inter se colliderentur, tradidit etiam Arrian. VI, 5, 5. — *Obliqua*. In transversum ferebatur, nec clavo regi poterat.

12. *Haud procul nabant*. Sic etiam Diodorus. Non persuadeor tamen, in tam prærapida fluminum celeritate cuidam pro suo arbitrio nare vacasse. — *Nataturi*. Ob eam quoque caussam, quod nare nesciebat. Plut. Vit. Alex. cap. 58.

13. *Ut fluctus.... everberarentur*. Ut multorum contentione majores vortices discuterentur, sicut minores natantium palma, manu, discuti possunt.

14 tur. Findi crederes undas, et retro gurgites cedere: quibus tandem navis erepta, non tamen ripæ applicabatur, sed in proximum vadum illiditur. Cum amne bellum fuisse crederes: ergo aris pro numero fluminum positis, sacrificioque facto, xxx stadia processit.
15 Inde ventum est in regionem Oxydracarum Mallorum-

14. *Cum amne bellum fuisse crederes.* Quasi Alexander, velut alter Achilles, cum flumine depugnasset, ut scripsit Diod. c. 97.

15. *Inde ventum est in regionem Oxydracarum Mallorumque. Inde,* h. e. ex Diodori, et sine dubio ex Curtii quoque mente, post transitum Alexandri per confluentes Acesinis et Indi. Quod falsum esse certissimum est. Malli enim habitabant inter Acesinem, Hydaspe jam auctum et Hydraoten usque ad coitum Hydraotis et Acesinis, tum quoque ultra Hydraoten juxta hunc et Acesinem amnem usque ad Indum. Vid. Arrian. Exped. lib. VI, c. 4—14, et Hist. Ind. cap. 4, 10. Necesse igitur est, Alexandrum Mallorum fines diu ante, quam ad Indum pervenisset, transisse. Oxydracas vicinos fuisse Mallorum, omnium quidem consensu affirmatur; sed nemo, qui fide dignus, Alexandrum in finibus eorum bellasse scripsit. Incertum inde est, quam potissimum regionem obtinuerint. Strabonis p. 701, et Arr. Hist. Ind. 4, 9, auctoritate maxime eo inclinor, ut inter Indum et Acesinem habitasse putem, ita ut proxime Indum dextram Acesinis ripam Oxydracæ, sinistram Malli obtinuerint. Quod si verum, Alexander, quum Indum intraret, Oxydracarum fines jam præterierat. Sed jam adest locus, ubi ex Arriano, bellum cum Mallis diligentissime describente, verus rerum ordo brevibus adscribendus est, ex quo Diodori et Curtii errores clarissime patefiant. Alexander, quamdiu secundo Hydaspe vectus est, accolas amnis vel vi, vel conditione subegit (Arrian. VI, 4, 3); tum cum summo periculo Hydaspis et Acesinis confluentes transgressus (Curt. § 9—14), Nearchum cum classe ad fines Mallorum per Acesinem decurrere jubet; ipse in proximos barbaros (qui Curtii *Sobii* esse possunt) excursione facta, ne Mallis suppetias ferre possent, ad Nearchum et fines Mallorum pervenit. Inde, exercitu pedestri, qui juxta fluminum ripas sequebatur, ita diviso, ut altera pars sub Cratero ab ostio Hydaspis in dextra Acesinis ora procederet, altera, eaque tripartita, in læva, quo facilius, qui Mallorum inter Acesinem et Hydraoten habitarent, ad Hydraotis cum Acesine confluentem usque subigerentur, classem præmittit, atque cum exercitibus in læva Acesinis ripa fines Mallorum intrat. Rex cum ea exercitus parte, quam ipse ducebat, per deserta ad primam Mallorum urbem pervenit, eamque capit (hanc eamdem esse, quam Curt. § 4, *corona captam* dixit, palam est ex Arrian. VI, 6, 3—10). Tum aliam capit urbem, non procul remotam, ab incolis desertam. Inde progressus ad Hydraoten pervenit, quem plurimi Mallorum ejus regionis transierant; quos Alexander, amne superato, et fugat, et quum in urbem confugissent, expugnat. Arrian. VI,

, quos alias bellare inter se solitos tunc periculi ɛtas junxerat. Nonaginta millia juniorum peditum ·mis erant; præter hos equitum x millia, nongen-
ıe quadrigæ. At Macedones, qui omni discrimine 16
defunctos se esse crediderant, postquam integrum ım cum ferocissimis Indiæ gentibus superesse ıoverunt, improviso metu territi, rursus seditio-
ɔcibus regem increpare cœperunt. Gangen amnem, 17
ıæ ultra essent, coactos transmittere; non tamen se, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se ob-
ɔs, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. Trahi 18
a sidera et solem, cogique adire, quæ mortalium

·6 (de his loquitur Curtius, § 5. sunt Diodori Agalassenses). capit Alexander urbem Brach-·um, in quam multi Mallorum ;erant, ipsis incolis urbem cre-bus. Arrian. VI, 7, 6—11 (Hæc ı est, de qua Curt. § 6, 7, lo-·). Inde reversus trans Hydrao-aliud oppidum, gentis caput, ısus, desertum invenit. Malli Hydraoten transgressi, Alexan-in ripa manebant. Rex igitur, ı superato amne, illos fugientes ·em, munitissimam quidem, sed caput gentis, ultra Hydraoten iem versus sitam, includit; quam ne pro *Multan*, magna nostri rbe, habeas. In cujus oppugna-gravi vulnere pæne occisus. .tradit Curtius § 24 sqq.) Urbe ı, propter vulnus ad Hydraoten ur; indeque navigio impositus, ·um proxime Hydraotis et Ace-ɔonfluentes, ubi tum et classis et æ exercitus partes sub Hephæ-: et Ptolemæo convenerant, de-ır. Ubi quum esset, reliquorum ydracarum gentis legati nationes ndro dedunt, qui denique sine bello, aliove periculo per Acesinem in Indum invehitur. Arrian. 6, 14. Hæc omnia ex Arriano *Schmieder*, ego ex Schmiedero transcripsi. — *Nonaginta millia*. Diod. c. 98 : *octoginta millia*, et paullo post : *septingentæ quadrigæ*.

17. *Gangen amnem ...... transmittere*. Ea sic scripta nullum sane sensum habent, quum *Gangen* ne attigerat quidem macedonicus exercitus. Ergo sive excidit negatio, et tum, cum Radero scribas : *non quidem Gangen amnem .... coactos transmittere*, aut *Gangen amnem ... non coactos transmittere;* sive admittas cum Glareano *coactum* pro *coactos*, et, cum Freinshemio, interpreteris *transmittere* ut *omittere*, *prætermittere;* sive potius credas, cum Tellierio, erratum esse Curtii, vel certe librariorum, qui *Gangen* pro *Indo* scripserunt. — *Ut aperirent ei Oceanum*. Contendebat Alexander per flumina ad Oceanum, eo consilio, ut, quum Oceanum Eoum non potuisset, magna tamen flumina, Indumque præcipue terminum imperii sui orientem versus faceret, a Parapamiso ad mare Erythræum usque.

18. *Extra sidera et solem*. Hyper-

oculis natura subduxerit: novis idemtidem arm vos hostes exsistere. Quos ut omnes fundant f que, quod præmium ipsos manere? caligine tenebras, et perpetuam noctem profundo incuba repletum immanium belluarum gregibus fretum mobiles undas, in quibus emoriens natura def

19 Rex, non sua, sed militum sollicitudine anxius cione advocata docet, imbelles esse, quos me nihil deinde, præter has gentes, obstare, quo terrarum spatia emensi ad finem simul mundi

20 rumque perveniant. Cessisse illis, metuentibu

bole; quasi milites ultra eum locum sibi progrediendum esse crediderint, ex quo sol et sidera oriantur, in regiones æterna caligine involutas. — *Novis armis.* Ad sua respiciunt, opinor cum Freinshemio, non hostilia; vid. supra IX, 3, 21. Pro novis, quæ subinde mutabant, armis novos hostes exsistere. — *Perpetuam noctem profundo* (mari) *incubantem.* Iisdem verbis Virg. Æn. I, 93: «.... Ponto nox incubat atra.» Sc. extra solem, sive ultra locum, quo sol oritur; ubi, ex Curtii opinione, *undæ immobiles* sunt, sive glacie congelatæ. Quæ omnia, sive Curtius ipse pro veris habuerit, sive militibus ita visa crediderit, falsa esse, hodie neminem fugit. Simillima tamen scripsit M. An. Seneca, Suasor. 1. Quibus locis de regione meridiana dici mirabe-ris, quæ aliis de extremo oriente narrari solent, verius de regionibus polo arctico proximis narrarentur. In quas si navis aliquando delata post hiemem rediit, vere narrare poterant nautæ: emorientem ibi naturam deficere; immobiles esse undas, propter glaciem, mare gregibus belluarum immanium (balænarum) repletum esse; perpetuam (hieme) noctem profundo incu-bare, sive, ut Seneca scripsi alta caligine confusam, et int tenebris diem. — *Immobil* Hæc est Lucani V, 4: «Sa pelago....»

19. *Non sua.... sollicitu* se enim sollicitus non erat; m tius pericula ob majorem i riam expetebat. — *Imbel* Eventus docuit, bellicosissim — *Præter has gentes.* Præte et Oxydracas. Exstabant a utramque Indi ripam aliæ gentes debellandæ, licet M æquiparandæ. Sed finxit Cu ipsum Alexandrum longinqui neris per Indum ad Oceanu nescientem (conf. lib. IX, 3, militum caussa dissimulante que mox adjecit, *jam pros Oceanum, jam perflare ad ram maris;* quod minime ve potuit: aberat enim supra geogr. ab Indi ostiis. Ceterum eos *terrarum spatia emens* non poterat, qui se ad Oc litora non penetrasse, sed r versus progredi non nescieba

20. *Cessisse illis, metuent* Alexandrum, quum metuere

gen et multitudinem nationum, quæ ultra amnem
essent; declinasse iter eo, ubi par gloria, minus peri-
culum esset. Jam prospicere se Oceanum: jam perflare 21
ad ipsos auram maris : ne inviderent sibi laudem,
quam peteret. Herculis et Liberi patris terminos
transituros illos, regi suo parvo impendio immorta-
litatem famæ daturos; paterentur se ex India redire,
non fugere. Omnis multitudo, et maxime militaris, 22
mobili impetu fertur : ita seditionis non remedia,
quam principia majora sunt. Non alias tam alacer cla- 23
mor ab exercitu est redditus, jubentium duceret, diis
secundis, et æquaret gloria, quos æmularetur. Lætus
his acclamationibus ad hostes protinus castra movit.
Validissimæ Indorum gentes erant, et bellum impigre 24
parabant; ducemque ex natione Oxydracarum spe-
ctatæ virtutis elegerant. Qui sub radicibus montis
castra posuit, lateque ignes, ut speciem multitudinis
augeret, ostendit; clamore quoque ac sui moris ulu-
latu idemtidem acquiescentes Macedonas frustra ter-
rere conatus. Jam lux appetebat, quum rex fiduciæ 25
ac spei plenus alacres milites arma capere et exire
in aciem jubet. Sed metune, an seditione oborta
inter ipsos, subito profugerunt barbari. Certe avios
montes et impeditos occupaverunt : quorum agmen
rex frustra persequutus, impedimenta cepit. Perven- 26
tum deinde est ad oppidum Oxydracarum, in quod

21. *Herculis et Liberi patris.* Nisi universus prope foret Codd. consensus, scriberem cum Acidalio : *Auram maris. Ne inviderent sibi laudem, quam peteret, Herculis et Liberi patris terminos transiturus* (sive cum Modio, *transituro*). *Ipsos regi....*

24. *Speciem multitudinis.* Simili stratagemate plures usos esse adnotant Diodorus, XIX, 37; Polyænus, IV, 8, 4; Livius, lib. XXVII, cap, 44, § 7.

25. *Metune.* Legitur in nostris, et in omnibus fere Codd. ante *metune, ut traditur;* quod omnes Edd. a Modio, ut glossema, deleverunt. Non mihi displiceret legere cum Heinsio: *sed utrum metu an seditione. — An seditione.* Στασιάσαντες ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας. Diod. c. 98.

26. *Ad oppidum Oxydracarum.*

plerique confugerant, haud majore fiducia mœnium,
27 quam armorum. Jam admovebat rex, quum vates
monere eum cœpit, ne committeret, aut certe dif-
28 ferret obsidionem: vitæ ejus periculum ostendi. Rex
Demophoonta (is namque vates erat) intuens: « Si quis,
inquit, te arti tuæ intentum, et exta spectantem sic
interpellet; non dubitem, quin incommodus ac mo-
29 lestus videri tibi possit. » Et quum ille, ita prorsus
futurum, respondisset: « Censesne, inquit, tantas res,
non pecudum fibras, ante oculos habenti ullum esse
majus impedimentum, quam vatem superstitione ca-
30 ptum? » Nec diutius quam respondit moratus, admo-
veri jubet scalas: cunctantibusque ceteris evadit in
murum. Angusta muri corona erat: non pinnæ, sicut

Error hic antiquus est, quem Arrianus jam refellit, lib. VI, cap. 11, § 6: communem quidem esse opinionem, grave illud vulnus Alexandro in Oxydracis obtigisse, quum tamen apud Mallos acciderit; urbem fuisse Mallorum, et a Mallis ictum fuisse Alexandrum. Statuisse quidem Mallos, Oxydracis sese jungere, et sic pugnare, sed Alexandrum itinere per deserta facto eos prævertisse, antequam Oxydracæ Mallis auxilio venissent, etc. Vide notam ad § 15. Inter veteres cum Arriano consentiunt Plutarch. Vit. Alex. 110, et de Fort. Alex., Straboque: cum Curtio vero Lucian. Dial. Mort. XIV; Appian. Bell. Civ. II, sub fine; Stephanus, in Ὀξυδράκαι, et Pausanias, in Atticis.

27. *Admovebat.* Sc. exercitum. — *Ne committeret.* Pugnam cum oppidanis. Malebat Freinshemius: *quum vates monere cœpit, omitteret, aut certe differret obsidionem.*

28. *Demophoonta.* Sic etiam Diod. cap. 98, vates erat ex haruspicum genere. Arrianus de vate regem monente nihil narravit. — *Exta.* Sic dicuntur pecudum viscera, quorum inspectione haruspices futura divinare se profitebantur. Forte ab *exstare*, quod maxime exstarent e corpore victimæ. Ceterum hæc probare possent Alexandri animum non adeo fuisse superstitione captum, ut pluribus locis affirmat Curtius.

30. *Evadit in murum.* Arcis; urbs enim jam capta erat, nec ab incolis defensa. — *Muri corona.* Solebant in mœnium fastigio pinnæ eminere, inter quas transitus patebat; hic non erant pinnæ, sed *perpetua lorica*, sive structura fastigiata ad pluviam in utrumque latus ita deducendam, ut murus non læderetur. Quod quo facilius fieri posset, habebant tales loricæ *coronam*, sive *projecturas*, murum excedentes, per quas pluviæ guttæ eo longius extra murum rejiciebantur, quo latior ipsa corona erat. In illius igitur urbis muro et corona angusta erat, et lorica perpetua, propter cujus

alibi, fastigium ejus distinxerant; sed perpetua lorica
obducta transitum sepserat. Itaque rex hærebat ma- 31
gis, quam stabat in margine, clypeo undique inciden-
tia tela propulsans; nam ubique eminus ex turribus
petebatur. Nec subire milites poterant, quia superne 32
vi telorum obruebantur : tandem magnitudinem pe-
riculi pudor vicit; quippe cernebant cunctatione sua
dedi hostibus regem. Sed festinando morabantur au- 33
xilia : nam dum pro se quisque certat evadere, one-
ravere scalas; quîs non sufficientibus, devoluti unicam
spem regis fefellerunt : stabat enim in conspectu tanti
exercitus, velut in solitudine destitutus.

V. Jamque lævam, qua clypeum ad ictus circum- 1
ferebat, lassaverat, clamantibus amicis, ut ad ipsos
desiliret, stabantque excepturi; quum ille ausus est
rem incredibilem atque inauditam, multoque magis
ad famam temeritatis, quam gloriæ insignem. Nam- 2
que in urbem hostium plenam præcipiti saltu semet
ipse immisit; quum vix sperare posset, dimicantem
certe, et non inultum esse moriturum : quippe, ante-
quam assurgeret, opprimi poterat, et capi vivus. Sed 3
forte ita libraverat corpus; ut se pedibus exciperet :
itaque stans init pugnam; et, ne circumiri posset,

fastigiatam structuram Alexander in margine ejus magis hærebat, quam stabat.

31. *Ubique*. Quædam editt. *undique*.

33. *Quîs non sufficientibus*. Quæ quum eos destituissent, illi deorsum præcipitati.

1. *Ausus est*. Secundam vocem addidi ex omnibus fere Codd. Si a Codd. auctoritate abire liceret, omitterem et illud *est*, et proximum *namque*. Merito quidem οὐ στρατηγοῦ ταῦτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι judicavit Arrianus, cui, ut inquit Seneca, de Benef. I, 13, pro virtute erat felix temeritas. » Vide de hoc Alexandri facinore Juliani Cæsares, et apud recentiores *Rollin*, *Hist. anc.*, tom. III, p. 815 et seqq., et *Desclaisons*, *Comparaison de César et d'Alexandre*. Observandum tamen est nulla majora pericula quæsivisse Alexandrum, quam postquam milites sui rebellassent; quod non sane temerarii ducis esset, sed viri qui cæterorum hominum, inprimisque militum mentes apprime nosceret.

2. *In urbem*. Intellige arcem.

4 fortuna providerat. Vetusta arbor, haud procul
ramos multa fronde vestitos, velut de industria
protegentes, objecerat: hujus spatioso stipiti
[ne circumiri posset], applicuit; clypeo tela, c
5 adverso ingerebantur, excipiens. Nam quum
procul tot manus peterent, nemo tamen audeb
pius accedere: missilia ramis plura, quam clyp
6 cidebant. Pugnabat pro rege primum celebr
minis fama; deinde desperatio, magnum ad h
7 moriendum incitamentum. Sed quum subinde
afflueret, jam ingentem vim telorum excepera
peo; jam galeam saxa perfregerant; jam co
8 labore gravia genua succiderant. Itaque contemp
incaute, qui proximi steterant, incurrerunt: e
duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanime
cumberent; nec cuiquam deinde propius ince
eum animus fuit: procul jacula sagittasque mitt
9 Ille, ad omnes ictus expositus, ægre jam exc
poplitibus corpus tuebatur; donec Indus duoru
bitorum sagittam (namque Indis, ut antea dix
hujus magnitudinis sagittæ erant) ita excussit,
thoracem paulum super latus dextrum infige

4. *Vetusta arbor.* Arrianus et Plutarchus scribunt, muro arcis applicuisse corpus Alexandrum (et ita Orosius, muri obice posteriora tutatus), Justinus trunco propter murum stanti. Diodorus conciliat: « A dextra, inquit, arborem radicibus muri affixam, a sinistra murum ipsum pro munimento habuit. — *Ne circumiri posset.* Temere hæc ex superioribus repetita esse, recte viderunt Freinshem. et Heumannus.

5. *Unum.* Plutarchus Peucestan et Limnæum (forte Timæum) statim a principio ipsi affuisse dicit. Idem Arr. qui narrat in eadem scala post drum statim ascendisse Peuc Leonnatum, et Abrean.

6. *Pugnabat.* Tres Codd. *bant.*

7. *Gravia.* Debilitata et to

9. *Poplitibus.* Genibus, ut s I, 14. — *Ut antea diximus.* Li 9, 28. — De sagittis Indor quoque Xenoph. Anabas. IV. *lum super latus dextrum.* Sup mam, ut dixerat Ptolemæus, VI, 10, 2; infra mammam, chus et alii, ita ut sagitta ossi pectoris infixa hæreret.

Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, 10
remisit arma, moribundo similis, adeoque resolutus,
ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra.
Itaque ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat, 11
alacer gaudio accurrit: quem ut injicere corpori suo
manus sensit; credo, ultimi dedecoris indignitate
commotus, linquentem revocavit animum, et nudum
hostis latus subjecto mucrone hausit. Jacebant circa 12
regem tria corpora, procul stupentibus ceteris: ille,
ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans
jam exstingueretur, clypeo se allevare conatus est;
et postquam ad connitendum nihil supererat virium, 13
dextra impendentes ramos complexus tentabat assurgere;
sed ne sic quidem potens corporis, rursus in
genua procumbit; manu provocans hostes, si quis
congredi auderet. Tandem Peucestas per aliam oppidi 14
partem, deturbatis propugnatoribus, muri vestigia
persequens, regi supervenit: quo conspecto, Alexan- 15
der, jam non vitæ suæ, sed mortis solatium supervenisse
ratus, clypeo fatigatum corpus excepit. Subit

10. *Vellendum.* Evellendum, ut tres Codd. — *Hausit.* Sursum adacto gladio transfixit.

13. *Manu provocans.* Et tali quidem gestu omnis patet Alexandrei animi audacia.

14. *Peucestas.* Qui Alexandrum in præliis comitari solebat, sacrum ex templo Minervæ Iliadis sumptum scutum præferens. Arrian. lib. VI, 9, 6. Arrianus Abrean, Curtius Timæum, Plutarchus Limnæum scripsit; de Aristono vero reliquorum nemo mentionem fecit. — *Muri vestigia persequens*, etc. Cod. Th. *deturbatis propugnatoribus muri, regis vestigia persequens supervenit.* Sed si per aliam oppidi partem intrarat, quam Alexander, quomodo regis vestigia sequi potuit? Schmieder. tamen præfert hanc lectionem. Debent enim, inquit, vel abesse illa *per aliam oppidi partem*, quibus falsa narrari, ex Arriano monui; vel cum Diodoro legendum est: *per aliam scalam*, δι' ἑτέρας κλίμακος. Illis tamen verbis omnes Codd. patrocinantur. Freinshemius, servata vulgata, conjunxit *persequens vestigia muri*, quod latinum esse dubito; vestigia muri exstant, muro præter fundamenta deleto. Heinsius legit: *muri fastigia*. Ceterum tergemina ista verbi *supervenit* repetitio non injuria Acidalium offendit.

15. *Clypeo fatigatum* Languida membra in scutum suum reclinavit.

4 fortuna providerat. Vetusta arbor, haud procul muro, ramos multa fronde vestitos, velut de industria regem protegentes, objecerat: hujus spatioso stipiti corpus [ne circumiri posset], applicuit; clypeo tela, quæ ex
5 adverso ingerebantur, excipiens. Nam quum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere: missilia ramis plura, quam clypeo in-
6 cidebant. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama; deinde desperatio, magnum ad honeste
7 moriendum incitamentum. Sed quum subinde hostis afflueret, jam ingentem vim telorum exceperat clypeo; jam galeam saxa perfregerant; jam continuo
8 labore gravia genua succiderant. Itaque contemptim et incaute, qui proximi steterant, incurrerunt: e quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent; nec cuiquam deinde propius incessendi eum animus fuit: procul jacula sagittasque mittebant.
9 Ille, ad omnes ictus expositus, ægre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur; donec Indus duorum cubitorum sagittam (namque Indis, ut antea diximus, hujus magnitudinis sagittæ erant) ita excussit, ut per thoracem paulum super latus dextrum infigeretur.

4. *Vetusta arbor.* Arrianus et Plutarchus scribunt, muro arcis applicuisse corpus Alexandrum (et ita Orosius, muri obice posteriora tutatus), Justinus trunco propter murum stanti. Diodorus conciliat: « A dextra, inquit, arborem radicibus muri affixam, a sinistra murum ipsum pro munimento habuit. — *Ne circumiri posset.* Temere hæc ex superioribus repetita esse, recte viderunt Freinshem. et Heumannus.

5. *Unum.* Plutarchus Peucestan et Limnæum (forte Timæum) statim a principio ipsi affuisse dicit. Idem Arr. qui narrat in eadem scala post Alexandrum statim ascendisse Peucestan, et Leonnatum, et Abrean.

6. *Pugnabat.* Tres Codd. *pugnabant.*

7. *Gravia.* Debilitata et torpentia.

9. *Poplitibus.* Genibus, ut supra VI, 1, 14. — *Ut antea diximus.* Lib. VIII, 9, 28. — De sagittis Indorum, adi quoque Xenoph. Anabas. IV. — *Paullum super latus dextrum.* Super mammam, ut dixerat Ptolemæus, Arrian. VI, 10, 2; infra mammam, Plutarchus et alii, ita ut sagitta ossi cuidam pectoris infixa hæreret.

Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, 10
remisit arma, moribundo similis, adeoque resolutus,
ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra.
Itaque ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat, 11
alacer gaudio accurrit: quem ut injicere corpori suo
manus sensit; credo, ultimi dedecoris indignitate
commotus, linquentem revocavit animum, et nudum
hostis latus subjecto mucrone hausit. Jacebant circa 12
regem tria corpora, procul stupentibus ceteris: ille,
ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans
jam exstingueretur, clypeo se allevare conatus est;
et postquam ad connitendum nihil supererat virium, 13
dextra impendentes ramos complexus tentabat assurgere;
sed ne sic quidem potens corporis, rursus in
genua procumbit; manu provocans hostes, si quis
congredi auderet. Tandem Peucestas per aliam oppidi 14
partem, deturbatis propugnatoribus, muri vestigia
persequens, regi supervenit: quo conspecto, Alexan- 15
der, jam non vitæ suæ, sed mortis solatium supervenisse
ratus, clypeo fatigatum corpus excepit. Subit

10. *Vellendum.* Evellendum, ut tres Codd. — *Hausit.* Sursum adacto gladio transfixit.

13. *Manu provocans.* Et tali quidem gestu omnis patet Alexandrei animi audacia.

14. *Peucestas.* Qui Alexandrum in præliis comitari solebat, sacrum ex templo Minervæ Iliadis sumptum scutum præferens. Arrian. lib. VI, 9, 6. Arrianus Abrean, Curtius Timæum, Plutarchus Limnæum scripsit; de Aristono vero reliquorum nemo mentionem fecit. — *Muri vestigia persequens*, etc. Cod. Th. *deturbatis propugnatoribus muri, regis vestigia persequens supervenit.* Sed si per aliam oppidi partem intrarat, quam Alexander, quomodo regis vestigia sequi potuit? Schmieder. tamen præfert hanc lectionem. Debent enim, inquit, vel abesse illa *per aliam oppidi partem*, quibus falsa narrari, ex Arriano monui; vel cum Diodoro legendum est: *per aliam scalam*, δι' ἑτέρας κλίμακος. Illis tamen verbis omnes Codd. patrocinantur. Freinshemius, servata vulgata, conjunxit *persequens vestigia muri*, quod latinum esse dubito; vestigia muri exstant, muro præter fundamenta deleto. Heinsius legit: *muri fastigia.* Ceterum tergemina ista verbi *supervenit* repetitio non injuria Acidalium offendit.

15. *Clypeo fatigatum* Languida membra in scutum suum reclinavit.

simulato metu, hortari eum cœpit, ut se continendum præberet, dum spiculum evelleret: etiam levem cor-
28 poris motum noxium fore. Rex quum affirmasset nihil opus esse iis, qui semet continerent; sicut præceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, et spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare cœpit; linquique animo rex, et, caligine ocu-
29 lis offusa, veluti moribundus extendi. Quumque profluvium medicamentis frustra inhiberent; clamor simul atque ploratus amicorum oritur, regem exspirasse credentium. Tandem constitit sanguis, paulatimque animum recepit, et circumstantes cœpit agnoscere.
30 Toto eo die ac nocte, quæ sequuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus, omnes unius spiritu vivere; nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulisper acquiescere: hinc certiorem spem salutis ejus in castra retulerunt.

1 VI. Rex, septem diebus curato vulnere, nec dum obducta cicatrice, quum audisset, convaluisse apud barbaros famam mortis suæ; duobus navigiis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum jussit, ex quo se ostenderet periisse credentibus. Conspectusque ab incolis spem hostium falso nuncio con-
2 ceptam inhibuit. Secundo deinde amne defluxit, aliquantum intervalli a cetera classe præcipiens, ne quies, corpori invalido adhuc necessaria, pulsu remo-

30. *Regiam.* Hoc est, eum locum, ubi rex forte degebat, qualiscumque sit. Conf. Periz. Curt. Vind. — *In castra retulerant.* Hoc est, reliquis militibus attulerunt, qui in castris, non ad regiam erant.

1. *Famam mortis suæ.* Aliter paullo Arrian. VI, 12, 13. Diod. XVII, 99, hanc etiam inter caussas numerat seditionis a Græcis concitatæ, quæ seq. capite exponitur.

2. *Secundo amne.* Ex Arriano intellige Hydraoten. Potest etiam reliquus exercitus, qui apud Alexandrum erat, navibus regem sequutus esse, quamvis Arr. de hoc nihil adjecerit. — *Corpori.* Abest a quibusdam Codd. Alii *perinvalido* pro *corpori invalido*.

rum impediretur. Quarto, postquam navigare cœperat, die, pervenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed frumento et pecoribus abundantem : placuit is locus et ad suam, et ad militum requiem. 3
Mos erat principibus amicorum et custodibus corporis, excubare ante prætorium, quoties regi adversa valetudo incidisset : hoc tum more quoque servato, universi cubiculum ejus intrant. 4
Ille sollicitus, ne quid novi afferrent, quia simul venerant, percontatur, num hostium recens nunciaretur adventus. 5
At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum; « Credisne, inquit, adventu magis hostium, ut jam in vallo consisterent, quam cura salutis tuæ, ut nunc est tibi vilis, nos esse sollicitos? 6
Quantalibet vis omnium gentium conspiret in nos; impleat armis virisque totum orbem; classibus maria consternat; inusitatas belluas inducat : tu nos præstabis invictos. 7
Sed quis deorum hoc Macedoniæ columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest, quum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum? 8
Quis enim tibi superstes 9

3. *Pervenit in regionem desertam.* Si Arrianum audis, rex, cum sua exercitus parte, post aliquam navigationem ad reliquum exercitum et magnam classem, prope confluentem Hydraotis et Acesinis castra habentem, pervenit, ac summo militum gaudio exceptus est.

4. *Cubiculum ejus intrant.* Quod ex Nearcho Arrianus quoque retulit VI, 13, 10 sqq. aliique. Eadem Suidas in Ἀλέξανδρος ex Arriano. Confer simillimum locum Lucani V, 680 : « Circumfusa duci flevit, gemituque suorum, Et non ingratis incessit turba querelis : » Quo te, dure, tulit virtus temeraria, Cæsar, Aut quæ nos viles animas in fata relinquens, etc. »

6. *Ut jam.* Posito, ut jam, etc. vel si jam, etc. — *Ut nunc est tibi vilis.* Quam sine justa caussa summis periculis exponis.

8. *In casum.* In periculum, in perniciem, si ipse perires. — Sic Cicero pro Marcell. c. 7 : « Quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil unquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, tua salute contineri suam, et ex unius tua vita pendere omnium. » Et de eodem Cæsare Lucanus, V, 685 : « Quum tot in hac anima populorum vita salusque Pendeat, et tantus caput hoc tibi fecerit orbis, Sævitia est voluisse mori.... »

aut optat esse, aut potest? eo pervenimus, auspicium atque imperium sequuti tuum, unde, nisi te reduce,
10 nulli ad penates suos iter est. Qui si adhuc de Persidis regno cum Dario dimicares; etsi nemo vellet, tamen ne admirari quidem posset, tam promptæ esse te ad omne discrimen audaciæ : nam ubi paria sunt periculum ac præmium, et secundis rebus amplior
11 fructus est, et adversis solatium majus. Tuo vero capite ignobilem vicum emi, quis ferat, non tuorum modo militum, sed ullius etiam gentis barbaræ civis,
12 qui tuam magnitudinem novit? Horret animus cogitatione rei, quam paullo ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis spoliis inertissimos manus fuisse injecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. Totidem proditores, totidem desertores su-
13 mus, quot te non potuimus persequi. Universos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id, quod, ne admitteret, præstare non potuit. Patere nos,
14 quæso, alio modo esse viles tibi. Quocumque jusseris, ibimus. Obscura pericula et ignobiles pugnas nobis deposcimus : temet ipsum ad ea serva, quæ magnitudinem tuam capiunt : cito gloria obsolescit in sordidis hostibus; nec quidquam indignius est, quam
15 consumi eam, ubi non possit ostendi.» Eadem fere Pto-

10. *Ne admirari quidem posset.* Nemo quidem vellet, ut periculis te exponeres, nec tamen, si faceres, miraretur. Quippe cogitaret non iniquum esse, ut magnum ob præmium magnum etiam periculum susciperetur. In margine edit. Gryph. ex conjectura legitur : *ne admirari quidem non posset*, hoc est, eum admirari oporteret.

11. *Ignobilem vicum.* Scilicet si comparatur cum magnis Asiæ urbibus, ab Alexandro captis. — *Novit.* Norit, Acidalius; et magis quidem latinum est.

12. *Cogitatione rei.* Quidam Codd. *cogitationem rei.* — *Interceptum.* Qui interceptus eras in urbe hostium. — *Obscura pericula.* Sic scripsi cum nostris Codd. et Schmied. Vulgo *obscura bella.* Mox post *ad ea serva*, plurimi habebant iterum *pericula*, quod abest a nostris, plurimisque aliis, quodque delevi.

14. *Capiunt.* Quæ magnitudine animi tui digna sunt.

ıæus, et similia iis ceteri; jamque confusis vocibus n orabant, ut tandem exsatiatæ laudi modum face-, ac saluti suæ, id est, publicæ parceret. Grata erat 16 i pietas amicorum; itaque singulos familiarius am-xus, considere jubet, altiusque sermone repetito: obis quidem, inquit, o fidissimi piissimique civium 17 ue amicorum, grates ago habeoque, non solum eo nine, quod hodie salutem meam vestræ præponi- sed quod a primordiis belli nullum erga me be-'olentiæ pignus atque indicium omisistis; adeo ut fitendum sit, numquam mihi vitam meam fuisse ı caram, quam esse cœpit, ut vobis diu frui pos-. Ceterum non eadem est cogitatio eorum, qui pro 18 mori optant, et mea; qui quidem hanc benevo-tiam vestram virtute meruisse me judico: vos enim turnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum cipere cupitis: ego me metior non ætatis spatio, gloriæ. Licuit paternis opibus contento intra Ma- 19

;. *Ut tandem.* Ut aliquando limi-oneret sat cumulatæ gloriæ desi-›.

'. *Piissimi.* Hæc vox sane in qui-am auctoribus reperitur, qui, ntibus Romanis Imperatoribus, 'unt. Certum tamen est aurea illa ɐ linguæ ætate non fuisse usurpa- Et eam M. Tullius, eloquentiæ ɔeps, a toto Latio proscripsit, ppic. III: « Tu porro, inquit, ne quidem, sed piissimos quæris, et ⁝ verbum omnino nullum in lin- latina est, id propter tuam divi- pietatem novum inducis. »

ɩ. *Qui quidem*, etc. Schefferus ılt: *qua quidem* cogitatione *hanc volentiam vestram meruisse me o.* Vulgata lectio simplicior. No- *neam et quidem*, male. — *Non 's spatio, sed gloriæ.* Cod. Theoc. et Pal. 1: *non tam ætatis spatio quam gloriæ.* Id est, ego meam fortunam æstimo non diuturnitate vitæ, sed gloriæ amplitudine.

19. *Licuit paternis opibus.* Eadem Arrianus expressit et Maxim. Tyr. Dissertat. XXXV; melius vero et elegantius quam hi omnes, Nostras *Racine, Iphigénie*, act. I, sc. 2, de Achille locutus: « Je puis choisir, dit-on, ou « beaucoup d'ans sans gloire, Ou peu « de jours suivis d'une longue mé- « moire. Mais puisqu'il faut enfin que « j'arrive au tombeau, Voudrais-je, de « la terre inutile fardeau, Trop avare « d'un sang reçu d'une déesse, At- « tendre chez mon père une obscure « vieillesse, Et, toujours de la gloire « évitant le sentier, Ne laisser aucun « nom, et mourir tout entier. » Sed eadem videamus in alio non minore

cedoniæ terminos per otium corporis exspectare obscuram et ignobilem senectutem. Quamquam ne pigri quidem sibi fata disponunt; sed unicum bonum diuturnam vitam æstimantes sæpe acerba mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero, si munera fortunæ bene computo, diu vixi.
20 Orsus a Macedonia imperium, Græciam teneo : Thraciam et Illyrios subegi : Triballis Medisque imperito; Asiam, qua Hellesponto, qua rubro mari alluitur, possideo; jamque haud procul absum a fine mundi,

poeta, alia rerum facie observata; « L'enragé qu'il était, né roi d'une pro- « vince, Qu'il pouvait gouverner en « bon et sage prince, S'en alla folle- « ment, et pensant être dieu, Courir « comme un bandit qui n'a ni feu, ni « lieu; Et, traînant avec soi les horreurs « de la guerre, De sa vaste folie emplir « toute la terre. » *Boileau*, Sat. VIII. Sic quod alter gloriam, alter insaniam vocat. — *Ne pigri quidem.* « Ignavia, inquit Sallust. Jugurth. c. 85, nemo immortalis factus est. » — *Diu vixi.* Confer locum illum pulcherrimum Cicer. pro Marcello, c. 8. Sic vivide Tacit. Agric. c. 44, 3 : « Quantum ad gloriam, longissimum ævum peregit. » Mamertin. Grat. Act. c. 14 : « Itaque grandævum jam imperium videbitur his, qui non ratione dierum aut mensium, sed operum multitudine et effectarum rerum modo Juliani tempora metientur. » Cestius apud Senec. Suas. VI, sed cum exquisitiori affectatione : « Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quandoque perieris, parum vixisti; si ad res gestas, satis vixisti; si ad injurias fortunæ et præsentem reipublicæ statum, nimium diu vixisti; si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. » Ea poetice reddidit gallicus et lyricus vates, *J. B. Rousseau:* « Pour qui compte les jours d'une vie » inutile, L'âge du vieux Priam passe « celui d'Hector : Pour qui compte « les faits, les ans du jeune Achille « L'égalent à Nestor. »

20. *Triballis.* Alexandro primo anno imperante, quum rebellassent, brevi tempore domiti sunt. Conf. Fr. Suppl. lib. I, 11, 27 sqq. — *Medisque*, sive *Mædisque.* Legendum est *Getisque.* Tempore enim inter se cohærent expeditiones in Triballos et Getas. Vide Freinshem. Suppl. lib. I, 12, 1 sqq. Istro superato, Getas Alexander vicit; inde Getis imperitasse dicitur, quamvis illi revera imperium ejus non sequerentur. Cum Medis, Thraciæ gente, nunquam Alexander bellum gessit. — *Rubro mari.* Sinu persico. — *A fine mundi.* Ab Oceano; *quem egressus aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui.* De consiliis Alexandri supra ad IX, 2, 26, scripsimus. Alexandrum vero extremum Oceanum voluisse transire, legitur in Seneca de Benefic. VII, 2, et Ep. 119. Nata esse potest ista de Alexandro opinio partim ex eo, quod Alexander et ipse Oceanum intraret atque inviseret, et Nearchum mitteret, aliosque, ad litora inter Indi et Euphratis ostia, ac præter Arabiam exploranda; par-

quem egressus, aliam naturam, alium orbem aperire
mihi statui. Ex Asia in Europæ terminos momento 21
unius horæ transivi. Victor utriusque regionis post
nonum regni mei, post vigesimum atque octavum
ætatis annum, videorne vobis in excolenda gloria,
cui me uni devovi, posse cessare? Ego vero non
deero, et ubicumque pugnabo, in theatro terrarum
orbis esse me credam. Dabo nobilitatem ignobilibus 22
locis: aperiam cunctis gentibus terras, quas natura
longe submoverat. In his operibus exstingui me, si
sors ita feret, pulchrum est: ea stirpe sum genitus,
ut multam prius, quam longam vitam debeam optare.
Obsecro vos, cogitate nos pervenisse in terras, quibus 23
feminæ ob virtutem celeberrimum nomen est; quas

tim etiam ex narratiuncula quadam. Dicitur enim Alexander, quum ἀπείρους εἶναι τινὰς κόσμους λέγοντος Δημοκρίτου ἐν τοῖς συγγράμμασι, audivisset, indoluisse, quod hujus unius imperium nondum obtineret. Æl. V. H. IV, 29. Intelligendus erat Democritus de infinito corporum cælestium, terræ forte similium, numero; intellexit eum de orbe nescio quo ultra Oceanum. Classicus est Juvenalis locus, Sat. X, v. 168: « Unus Pellæo juveni non sufficit orbis, Æstuat infelix angusto in limite mundi. »

21. *Ex Asia in Europæ terminos intravi.* Tanain (Iaxarten), transgressus. — *Post vigesimum atque octavum.* Legendum est post vigesimum atque *nonum* ætatis annum; anno nempe vigesimo rex factus est. Arrian. I, 1, 1; Just. XI, 1, aliique. — *Non deero.* Gloriæ meæ. In Cod. Theocr. legitur *non deero mihi.*

22. *Dabo nobilitatem.* Virtute mea bellica; periculis meis. — *Aperiam.* Et vere per Alexandrum multæ regiones, vel parum cognitæ, vel prorsus incognitæ, aperiebantur. — *Ea stirpe sum genitus,* etc. Hoc est, stirpe paterna descendo ab Hercule, qui multa gessit per vitam non diuturnam; stirpe materna ab Achille, qui, quum ex matre didicisset, se vel inglorium ad extremam senectutem pervenire posse, vel magnæ gloriæ compotem, sed brevis ævi fore, gloriam elegit; itaque et ego vitam optare debeo, non tam longam, quam potius multam, sive multis rebus præclare gestis plenam. In plurimis Codd. est: *et nulla prius,* quod ferri potest. Cellario et Tellierio *multa vita* non latine dici videtur: itaque vel *multam famam,* vel *multam gloriam prius* legere malunt, me non probante. Dicimus *discenda esse non multa, sed multum,* hoc est, pauca quidem numero, ea vero diligentissime: sic *multa vita* brevis quidem esse potest, si numerum annorum spectas, sed rebus memoria dignis plenissima. Apud Cic. Fam. II, 10, *multum nomen* est, quod multorum ore celebratur.

urbes Semiramis condidit? quas gentes redegit ii testatem? quanta opera molita est? Nondum fem
24 æquavimus gloria, et jam nos laudis satietas cepit faveant, majora adhuc restant; sed ita nostra ei quæ nondum attigimus, si nihil parvum duxeri in quo magnæ gloriæ locus est. Vos modo me a testina fraude et domesticorum insidiis præstate rum; belli Martisque discrimen impavidus su
25 Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit: ho manus sæpe vitavit; suorum effugere non valuit. rum quoque regum exitus si reputaveritis, plu
26 suis, quam ab hoste interemptos numerabitis. rum quoniam olim rei agitatæ in animo meo promendæ occasio oblata est; mihi maximus lab atque operum meorum erit fructus, si Olympia ter immortalitati consecretur, quandoque exce vita. Si licuerit, ipse præstabo hoc: si me præce fatum, vos mandasse mementote.» Ac tum qu

23. *Quas urbes:* scil. quantas urbes.

24. *Si nihil parvum duxerimus.* Pulchre Nazianzenus: τὸ μικρὸν οὐ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.

25. *In theatro.* Conf. Freinsh. Suppl. I, 9, 22.

26. *Immortalitati consecretur.* In dearum numerum recipiatur. Hoc *apotheoseos* propositum apud nullum alium inveni, nec sane dicere possem an ex suo ingenio illud Curtius finxerit, an ex alio auctore extraxerit. Et sane illud non crederem, nisi ex hac omni oratione pateret Alexandrum tunc temporis nescio quo gloriæ instinctu furentem et insanum fuisse. In tali mentis dispositione, jam nihil incredibile aut absurdum videtur; et ut acutissime notavit *St.-Réal, de l'Usage de l'Histoire*, I, 9: « Il n'est pas de mo- « tif si étrange qui ne puisse être trouvé « raisonnable, point de circons « vaine qui ne soit capable de n « terminer, point de considér « absurde qui ne puisse nou « voir. Et il est toujours utile d « dérer ces motifs, parce qu'ils « la folie ou la faiblesse de l'es « main, la chose du monde la « cessaire à savoir. » — *Quand* dedi cum septem Codd. pro *cumque*, cujus loco illud ex sermonis formulis servatum p Fr. Gronovius ad Liv. I, 24 e Curt. VII, 10, 9; X, 6, 10, e — *Si me præceperit fatum.* Si arripuerit ante, et antequam ill stare potuerim. « Et ille quide famam veneno fata præcepit. » III, 9. — *Vos mandasse.* S dum est ex præcedentibus, *m* bis mandasse.

amicos dimisit : ceterum per complures dies ibi stativa habuit.

VII. Hæc dum in India geruntur, Græci milites, nuper in colonias a rege deducti Garabactra, orta inter ipsos seditione, defecerant; non tam Alexandro infensi, quam metu supplicii. Quippe occisis quibusdam popularium, qui validiores erant, arma spectare cœperunt; et, Bactriana arce, quæ quasi negligentius adservata erat, occupata, barbaros quoque in societatem defectionis impulerant. Athenodorus erat princeps eorum, qui regis quoque nomen assumpserat; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. Huic Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob æmulationem infestus, comparavit insidias, invitatumque ad epulas per Boxum quemdam Macerianum in convivio occidit.

1. *Garabactra.* Sic omnes quidem Codd. Sed vocem corruptam esse ex *circa Bactra* multi viderunt. Mox enim § 2 loquitur Curtius de *Bactriana arce;* § 11 scripsit : *Hæc circa Bactra et Scytharum terminos gesta.* Diodor. XVII, 99 : οἱ κατὰ τὴν Βακτριανὴν καὶ Σογδιανὴν κατοικισθέντες Ἕλληνες. De istis coloniis loquitur Curt. lib. VII, 10, 15; sitæ erant in Sogdiana, pro cujus nomine Curtius supra jam sæpius *Bactra* scripsit.

2. *Qui validiores erant.* Ea pars Græcorum seditiosorum, quæ prævalebat, occisis quibusdam popularibus, sive Græcis ex altera parte, propter metum supplicii cœperant arma spectare, per arma et defectionem ab Alexandro salutem quærere. Quam vera sint, quæ Curtius narravit, non potest dijudicari. Arrianus de hac defectione nullam fecit mentionem. Diodorus, lib. XVII, 99, et XVIII, 7, in summa hæc tradidit : Græcos in extremo oriente relictos, quamdiu viveret Alexander, nolentes quidem, præ metu tamen mansisse; audita vero regis morte, defecisse, et, periculo in patriam redeundi facto, a Macedonibus, Perdicca jubente, occisos esse. — *Cœperunt. Cœperant* Acidalius legit, et mox pro *quæ quasi*, *quæ casu.* — *Barbaros.* Bactrianos.

4. *Bicon quidam nationis ejusdem.* Hoc est, nationis græcæ. Sed ut nomen ejus græcum sit, Freinshemius vel *Nicon*, vel *Biton* cum C. Pal. 1 legere maluit. Latet forte nomen *Philonis*, Ænianis quem ducem fuisse Diodorus scripsit XVIII, 7. Biconem, quocumque tandem nomine vocatus fuerit ejusdem factionis, cujus princeps Athenagoras erat, fuisse, palam est. — *Macerianum.* Ignotum est hoc gentile. Forte *Margianum;* Margiana enim provincia est Bactrianæ proxima; vel ut conjecit *Tellier : Maratianum*, quæ gens a Plin. VI, 16, cum aliis

urbes Semiramis condidit? quas gentes redegit in potestatem? quanta opera molita est? Nondum feminam
24 æquavimus gloria, et jam nos laudis satietas cepit? Dii faveant, majora adhuc restant; sed ita nostra erunt, quæ nondum attigimus, si nihil parvum duxerimus, in quo magnæ gloriæ locus est. Vos modo me ab intestina fraude et domesticorum insidiis præstate securum; belli Martisque discrimen impavidus subibo.
25 Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit: hostium manus sæpe vitavit; suorum effugere non valuit. Aliorum quoque regum exitus si reputaveritis, plures a
26 suis, quam ab hoste interemptos numerabitis. Ceterum quoniam olim rei agitatæ in animo meo nunc promendæ occasio oblata est; mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater immortalitati consecretur, quandoque excesserit vita. Si licuerit, ipse præstabo hoc : si me præceperit fatum, vos mandasse mementote. » Ac tum quidem

23. *Quas urbes :* scil. quantas urbes.

24. *Si nihil parvum duxerimus.* Pulchre Nazianzenus : τὸ μικρὸν οὐ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.

25. *In theatro.* Conf. Freinsh. Suppl. I, 9, 22.

26. *Immortalitati consecretur.* In dearum numerum recipiatur. Hoc *apotheoseos* propositum apud nullum alium inveni, nec sane dicere possem an ex suo ingenio illud Curtius finxerit, an ex alio auctore extraxerit. Et sane illud non crederem, nisi ex hac omni oratione pateret Alexandrum tunc temporis nescio quo gloriæ instinctu furentem et insanum fuisse. In tali mentis dispositione, jam nihil incredibile aut absurdum videtur; et ut acutissime notavit *St.-Réal, de l'Usage de l'Histoire,* I, 9 : « Il n'est pas de motif si étrange qui ne puisse être trouvé « raisonnable, point de circonstance si « vaine qui ne soit capable de nous déterminer, point de considération si « absurde qui ne puisse nous émouvoir. Et il est toujours utile de considérer ces motifs, parce qu'ils font voir « la folie ou la faiblesse de l'esprit humain, la chose du monde la plus nécessaire à savoir. » — *Quandoque.* Sic dedi cum septem Codd. pro *quandocumque*, cujus loco illud ex vetusti sermonis formulis servatum probat J. Fr. Gronovius ad Liv. I, 24 et 31. Cf. Curt. VII, 10, 9; X, 6, 10, et 8, 10. — *Si me præceperit fatum.* Si mors me arripuerit ante, et antequam illud præstare potuerim. « Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit. » Florus, III, 9. — *Vos mandasse.* Supplendum est ex præcedentibus, *me* hoc vobis mandasse.

ɔs dimisit : ceterum per complures dies ibi sta-
habuit.

I. Hæc dum in India geruntur, Græci milites, 1
r in colonias a rege deducti Garabactra, orta in-
psos seditione, defecerant; non tam Alexandro
si, quam metu supplicii. Quippe occisis quibus- 2
popularium, qui validiores erant, arma spectare
runt; et, Bactriana arce, quæ quasi negligentius
vata erat, occupata, barbaros quoque in socie-
n defectionis impulerant. Athenodorus erat prin- 3
eorum, qui regis quoque nomen assumpserat;
tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi
iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. Huic 4
n quidam nationis ejusdem, sed ob æmulationem
tus, comparavit insidias, invitatumque ad epulas
Boxum quemdam Macerianum in convivio occidit.

arabactra. Sic omnes quidem Sed vocem corruptam esse ex *Bactra* multi viderunt. Mox a loquitur Curtius de *Bactriana* § 11 scripsit: *Hæc circa Bactra harum terminos gesta.* Diodor. 99 : οἱ κατὰ τὴν Βακτριανὴν καὶ νὴν κατοικισθέντες Ἕλληνες. De oloniis loquitur Curt. lib. VII, ; sitæ erant in Sogdiana, pro nomine Curtius supra jam sæ- *actra* scripsit.

Qui validiores erant. Ea pars rum seditiosorum, quæ præva- occisis quibusdam popularibus, ræcis ex altera parte, propter supplicii cœperant arma spe- per arma et defectionem ab ndro salutem quærere. Quam int, quæ Curtius narravit, non dijudicari. Arrianus de hac de- e nullam fecit mentionem. Dio- , lib. XVII, 99, et XVIII, 7, in a hæc tradidit : Græcos in extremo oriente relictos, quamdiu viveret Alexander, nolentes quidem, præ metu tamen mansisse; audita vero regis morte, defecisse, et, periculo in patriam redeundi facto, a Macedonibus, Perdicca jubente, occisos esse. — *Cœperunt. Cœperant* Acidalius legit, et mox pro *quæ quasi*, *quæ casu.* — *Barbaros.* Bactrianos.

4. *Bicon quidam nationis ejusdem.* Hoc est, nationis græcæ. Sed ut nomen ejus græcum sit, Freinshemius vel *Nicon*, vel *Biton* cum C. Pal. 1 legere maluit. Latet forte nomen *Philonis*, Ænianis quem ducem fuisse Diodorus scripsit XVIII, 7. Biconem, quocumque tandem nomine vocatus fuerit ejusdem factionis, cujus princeps Athenagoras erat, fuisse, palam est. — *Macerianum.* Ignotum est hoc gentile. Forte *Margianum;* Margiana enim provincia est Bactrianæ proxima; vel ut conjecit *Tellier: Maratianum*, quæ gens a Plin. VI, 16, cum aliis

rium regi pernotus et gratus.. Invidi malignique in-
crepabant per seria et ludum, saginati corporis sequi
inutilem belluam, quum ipsi prælium inirent, oleo
17 madentem præparare ventrem epulis. Eadem igitur
in convivio Horratas Macedo jam temulentus expro-
brare ei cœpit, et postulare, ut, si vir esset, postero
die secum ferro decerneret: regem tandem, vel de
18 sua temeritate, vel de illius ignavia judicaturum. Et
a Dioxippo, contemptim militarem eludente ferociam,
accepta conditio est. Ac postero die rex, quum etiam
acrius certamen exposcerent, quia deterrere non
19 poterat, destinata exsequi passus est. Ingens hic
militum, inter quos erant Græci, qui Dioxippo stu-
debant, convenerat multitudo. Macedo justa arma
sumpserat, æreum clypeum, hastam, quam sarissam
vocant, læva tenens, dextra lanceam, gladioque cin-
20 ctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. Dioxip-
pus, oleo nitens, et coronatus, læva puniceum ami-

robur, *magnitudinem virium*, ut ex glossa in duobus Codd. legitur. Clericus mavult: *ob eximiam virtutem viriumque magnitudinem*, sine caussa, ut satis docuit cum Perizonio Snakenburgius. Virtus enim dicitur et de corpore, et de anima. Ut enim loquitur Cicero, de Legibus, I, 8: « Est virtus nihil aliud quam in se perfecta et ad summum perducta natura. » — *Et gratus*. Sed tamen Plutarchus asserit, Alexandrum hujusmodi hominibus haud magnopere delectatum fuisse.

17. *Horratas Macedo*. Diodorus simul Ælianusque *Corragum* appellant, quod verum hominis nomen fuisse credam. Est enim Macedonicum: quo etiam apud Liv. XL, 67, est Eumenis præfectus; quem Macedonem fuisse, certum est ex eodem XXX, 13. Sic et Demetrii filium vocatum existimo, licet apud Plut. Demetr. edant *Corrabum*. — *Si vir esset*. Scilicet fortis, qualem militem esse decebat, qui auderet conserere manus non virium, sed vitæ periculo.

18. *Exposcerent*. Horratas et Dioxippus. Schefferus vero, quia Horratas solus proposuerat, malebat *exposceret*; et Snakenb. *exposcerent* intelligebat de studiosis utriusque partis, et hoc certamen spectare desiderantibus.

19. *Convenerat multitudo*. Hæc duo verba desunt in Codd. quibusdam. In Voss. 2, et Th. legitur: *ingens hic militum turba inter quos erant Græci, qui D. favebant*. — *Justa arma*. Qualia militum esse solebant. — *Lanceam*. Jaculatricem, quæ in hostem emitteretur; *sarissam*, longius telum, quo cominus hostem feriret.

20. *Oleo nitens*. Ut solebant pancra-

culum, dextra validum nodosumque stipitem præ-
ferebat. Ea ipsa res omnium animos exspectatione
suspenderat : quippe armato congredi nudum, de-
mentia, non temeritas videbatur. Igitur Macedo, 21
haud dubius eminus interfici posse, lanceam emisit:
quam Dioxippus quum exigua corporis declinatione
vitasset; antequam ille hastam transferret in dextram,
assiluit, et stipite mediam eam fregit. Amisso utroque 22
telo, Macedo gladium cœperat stringere, quem occu-
patum complexu, pedibus repente subductis, Dioxip-
pus arietavit in terram; ereptoque gladio pedem super
cervicem jacentis imposuit, stipitem intentans, elisu-
rusque eo victum, ni prohibitus esset a rege. Tristis 23
spectaculi eventus non Macedonibus modo, sed etiam
Alexandro fuit; maxime, quia barbari affuerant:
quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludi-
brium recidisse verebatur. Hinc ad criminationem 24
invidorum adapertæ sunt aures regis, et post paucos
dies inter epulas aureum poculum ex composito sub-
ducitur; ministrique, quasi amisissent, quod amove-
rant, regem adeunt. Sæpe minus est constantiæ in 25
rubore, quam in culpa; conjectum oculorum, quibus

tiastæ congredi; non vero pugiles: quamobrem crediderim errasse Curtium, supra, § 16. — *Coronatus*. Vel boni ominis caussa, vel ob victoriam in Olympiis. — *Nudum*. Sive quia reipsa nullam aliam habebat vestem quam amiculum istud puniceum, sive nudum exponat, id est, inermem in comparatione Horratæ.

21. *Lanceam emisit*. Idem prope accidit in pugna inter Menelaum et Paridem; vide Homerum Iliad. lib. III, vs. 355.

22. *Arietavit*. Præcipitavit. Illum prævenit Dioxippus, amplectens medium, et disturbatis ejus pedibus, ipsum humi prostravit. Translatio ab ariete desumpta est, vel animali, vel machina poliorcetica. Neutrale verbum est in Seneca, Ep. 107 : « Labaris oportet, et arietes, et cadas, et lasseris. »

25. *Sæpe minus est constantiæ in rubore, quam in culpa*. Hoc est, sæpe est auctor facinoris constantior in suspicione ferenda, et sic se gerendo, ac si insons esset, quam vere insons et honestus. Sic Dioxippi, licet insontis, pudori gravior erat suspicio furti, quam alii forte fuisset, qui re vera po-

ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit; et quum excessisset convivio, literis conscriptis, quæ
26 regi redderentur, ferro se interemit. Graviter mortem ejus tulit rex, existimans, indignationis esse, non pœnitentiæ testem; utique postquam, falso insimulatum eum, nimium invidorum gaudium ostendit.

1 VIII. Indorum legati, dimissi domos, paucis post diebus cum donis revertuntur: trecenti erant equi, mille triginta currus, quos quadrijugi equi ducebant, lineæ vestis aliquantum, mille scuta Indica, et ferri
2 candidi talenta centum; leonesque raræ magnitudinis, et tigres, utrumque animal ad mansuetudinem domitum: lacertarum quoque ingentium pelles, et dorsa
3 testudinum. Cratero deinde imperat rex, haud procul amne, per quem erat ipse navigaturus, copias duce-

culum abstulisset. — *Destinabatur.* Designabatur. His *conjectus oculorum,* ut arbitror, optime illustratur hac Thucydidis sententia II, 37: Ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν, οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ, ἔχοντες, οὐδὲ ἀζημίους μὲν, λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας προστιθέμενοι. Τῇ ὄψει ἀχθηδόνας, quod male in latinum ab omnibus translatum est, nihil est nisi pœna illa quæ sontes persequitur, *conjectus oculorum.* — *Literis conscriptis.* De invidia et insidiis inimicorum.

26. *Indignationis, non pœnitentiæ.* Potius indignitate ficti in se criminis, quam ulla veri pœnitentia commotum, necem sibi conscivisse. Utique enim cogitabat plus in pectore ingenuo posse indignationem, quam in polluto pœnitentiam.

1. *Trecenti erant equi.* In Codd. nihil corruptius esse solet quam numeri. De quorum emendatione h. l. anceps conjectura est. Laudatur Acidalii: *CCC erant currus, quos quadrijugi equi ducebant.* Arrianus, VI, 14, 5: « Illæ gentes *Alexandro* mittebant mille eos viros nationis præstantissimos, quos mitti jusserat, et quingentos currus cum eorum propugnatoribus, quos Alexander ne petierat quidem. » Ex *Schmieder.* Si in tanta obscuritate aliquid conjicere et ipse possem, scriberem cum meis regiis: *trecenti erant,* nempe legati; *equites mille,* quos mittere jussi fuerant; *triginta currus...* — *Mille scuta Indica.* Facta ex crudo corio bubulo, angustiora quam ii, qui ea gestant; longitudine propemodum æqualia. Arrian. Hist. Ind. 16, 8. — *Ferri candidi.* Nitentis et detersi, e quo fierent arma. *Marg. Gryph.*

2. *Lacertarum ingentium.* In Nysa monte lacerti XXIV in longitudine pedum, colore fulvi, aut punicei, aut cœrulei reperti fuisse dicuntur, apud Plin. Hist. Nat. lib. VIII, c. 39.

3. *Haud procul amne, per quem erat ipse navigaturus.* Ipsa phrasi sa-

ret; eos autem, qui comitari eum solebant, imponit in naves, et in fines Mallorum secundo amne
devehitur. Inde Sabracas adiit, validam Indiæ gen- 4
tem, quæ populi, non regum imperio regebatur: sexaginta millia peditum habebant, equitum sex millia; has copias currus quingenti sequebantur: tres
duces spectatos virtute bellica elegerant. At qui in 5
agris erant proximi flumini (frequentes autem vicos, maxime in ripa, habebant), ut videre totum amnem, qua prospici poterat, navigiis constratum, et tot millium arma fulgentia; territi nova facie, deorum exercitum, et alium Liberum patrem, celebre in illis gen-
tibus nomen, adventare credebant. Hinc militum 6
clamor, hinc remorum pulsus, variæque nautarum
voces hortantium, pavidas aures impleverant. Ergo 7
universi ad eos, qui in armis erant, currunt, furere clamitantes, cum diis prælium inituros, navigia non posse numerari, quæ invictos veherent; tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut legatos
mitterent gentem dedituros. His in fidem acceptis, ad 8
alias deinde gentes quarto die pervenit. Nihilo plus

tis indicavit Curtius, sibi, per quem amnem Alexander navigaturus erat, non bene constare. Scias igitur ex Arriano lib. VI, cap. 14 et 15, Alexandrum primo paullulum per Hydraoten in Acesinem, tum per Indum ipsum secundo amne navigasse. Craterus principio in dextra Acesinis, tum in læva Indi ora copias cum elephantis ducebat. — *In fines Mallorum.* Rectius scripsisset *per fines.* Vide notam ad IX, 4, 15.

4. *Sabracas.* Alexander quum ad Acesinis et Indi confluentes pervenisset, per Perdiccam Abastanos subigit; ipsi alia gens Indica, et Ossadii, alia, se dedunt; ad confluentes autem urbem condit Alexander. Arrian. VI, 15. — Diodor. XVII, 102, eadem de Sambestis, quæ Curtius de Sabracis, narravit, qui Wesselingio Arriani Abastani esse videntur.

6. *Hortantium.* Respicitur ad τοὺς κελευστὰς, qui, remigibus præpositi, voce eos hortabantur, ut eadem omnes vi, eodem tempore, eademque directione remos impellerent.

8. *Ad alias gentes.* Videntur Diodori *Sodræ*, Stephani *Soriani*, Arriani *Sogdi* intelligendi, apud quos aliam urbem Alexander condidit. Arr. VI, 15, 8. Sita videtur hæc gens Vincentio

animi his fuit, quam ceteris fuerat : itaque oppido
ibi condito, quod *Alexandriam* appellari jusserat,
9 fines eorum, qui *Musicani* appellantur, intravit. Hic
de Teriolte satrape, quem Paropamisadis præfecerat
iisdem arguentibus, cognovit : multaque avare ac
10 superbe fecisse convictum interfici jussit. Oxathres,
prætor Bactrianorum, non absolutus modo, sed etiam
jure amplioris imperii donatus est. Finibus Musicanis
deinde in ditionem redactis, urbi eorum præsidium
11 imposuit. Inde Præstos, et ipsam Indiæ gentem, per-

pag. 122 sqq. circa *Beker.* — *Fines eorum, qui Musicani appellantur.* Recte Freinshemius Musicanum non gentis, sed regis nomen esse probavit ex verbis Arriani lib. VI, c. 15, § 10 : τὴν Μουσικανοῦ ἐπικράτειαν; Diodori XVII, 102 : τὴν Μουσικανοῦ χώραν; Strabonis lib. XV, τὴν Μουσικανοῦ et τὴν Μουσικανοῦ χώραν. Ergo non dubito, quin Curtius gentis nomen, quod nemo prodidit, ex regis nomine h. l. et § 10, et § 16, fecerit. Vincentio hoc regnum circa *Sihwan* situm videtur. Reperit adeo nostri ævi nomen in veteri *Musihan*—*vs.*

9. *Hic.* Hoc est, ex mente Curtii, quum Musicani regnum intraret; Arriano auctore, prius, quum priorem urbem ad Acesinis et Indi confluentes conderet. — *De Teriolte.* Apud Arr. vocatur *Tyriaspes*, IV, 22, 6; V, 20, 13, ubi notam vide de varia nominis scriptura.

10. *Oxathres, prætor Bactrianorum.* Pluries in his peccatum est. *Oxathres* est Arriani, et aliorum *Oxyartes*, Roxanes pater, quem Curtius supra VIII, 2, 25, *Oxarten;* infra vero X, 3, 11, iterum *Oxathren* appellat. Potest hæc scripturæ varietas librariis imputari. Erat hic Oxyartes Bactrianus quidem, et forte dominus regionis cujusdam Bactrianæ, at non *prætor Bactrianorum*, quo nomine satrapæ appellari solent. Bactrianorum satrapa erat Amyntas, Nicolai filius, Curtius VIII, 2, 14. Igitur nec jure amplioris imperii donari poterat, quum nondum ullum haberet; nec insimulari et absolvi poterat, quum nondum male imperasset. Veriora vide in Arriano VI, 15, 6 : « Per eosdem dies (quum Alexandria ad confluentes conderetur) Oxyartes Bactrianus, Roxanes, uxoris Alexandri, pater, ad Alexandrum, qui eum Parapamisadis præfecit, Tyriaspe, priori satrapa, quod non bene officio suo functus nunciaretur, submoto; — et § 9 : « Indiæ ab confluentibus Acesinis et Indi usque ad Oceanum præfecit Oxyarten et Pithonem. » Sic igitur Oxyartes prius accepit satrapiam Parapamisadarum, et paucis diebus post majore imperio donatus est. Ceterum sunt, qui cum aliquot Codicibus sic legere malint: *sed etiam jure amoris ampl. imp. don. est finibus. Musicanis*, etc. Sed non multum mihi placet illud *jure amoris.* — *Præsidium imposuit.* Arci ejus urbis, a Cratero munitæ, quod peridoneus is locus videretur ad finitimas gentes in fide atque officio continendas. Arr. VI, 15, 14.

11. *Præstos, et ipsam Indiæ gentem.*

ventum est. Oxycanus rex erat, qui se munitæ urbi cum magna manu popularium incluserat. Hanc Alexander, tertio die, quam cœperat obsidere, expugnavit. Et Oxycanus, quum in arcem confugisset, lega- 12
tos de conditione deditionis misit ad regem : sed antequam adirent eum, duæ turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evasere in arcem; qua capta, Oxycanus cum paucis repugnans occiditur. Diruta igitur arce, et omnibus captivis ve- 13
numdatis, Sabi regis fines ingressus est; multisque oppidis in fidem acceptis, validissimam gentis urbem cuniculo cepit. Barbaris simile monstri visum est, ru- 14
dibus militarium operum : quippe in media ferme urbe armati e terra exsistebant, nullo suffossi specus

Præstos fuisse Indos, per se palam esse videtur, quum ad Indum habitarent. Itaque in verbis *et ipsam Indiæ gentem* aliud quid latere suspicor; nempe perventum esse ad Indos proprie sic dictos. Nostris adhuc temporibus circa Indum inferiorem est provincia *Sindy;* quod nomen antiquum esse, præter alia et nomen metropoleos *Sambi,* Sindomana apud Arrian. VI, 16, 5, probat. — *Oxycanus.* Sic etiam Arrian. VI, 16, 1—3. Non pauci Codd. Curtii cum Diodoro et Strabone *Porticanus* legunt. Vincentius ejus regnum occidentem versus a *Sihwan* locat, ad radices montium.

13. *Sabi.* Sabbas vocatur ap. Plut. Vit. Alex. c. 64; Sabutas apud Strab. p. 1026; Ambigerus apud Just. XII, 10; Samus in aliquot Curtii Codd.; Sambus apud Diod. et Arrianum, quorum hic eum Indorum montanorum præfectum, ille regem gentis Brachmanarum appellat. Arrian. quoque de Brachmanis in hisce regionibus loquitur. Vincentio hoc regnum in montibus (*Lukhy* appellatis) situm videtur, qui ex jugis occasum versus remotioribus ad Indum circa *Sewee* et *Sihwan* excurrunt. — *Validissimam gentis urbem.* Sindomana, metropolin hujus regionis, Arriano auctore, Alexander sine bello, ultro incolis portas aperientibus, intravit. Sambus ipse fugerat.

14. *Cepit. Barbaris.* Freinshemius mavult: *cepit. Id barbaris*, etc., reddito pronomine, quod idem in præcedentis voculæ fine sonus absorbuerit. — *Armati e terra.* Primam vocem ex sex Codd. (inter quos est Theoc.) restitui.—*Nullo suffossi specus.* Quum nullum effossi sub terra cuniculi indicium prius apparuisset. His quæ supra IV, 6, 8, de cuniculis diximus, pauca addere liceat. Primum hanc Claudiani descriptionem de Rapt. Proserp. II, 165 : « Ac velut occultus securum prodit in hostem Miles, et effossi subter fundamina campi, Transilit inclusos arcano limite muros, Turbaque deceptas victrix erumpit in arces, Terri-

15 ante vestigio facto. Octoginta millia Indorum in ea
regione cæsa, Clitarchus est auctor, multosque capti-
16 vos sub corona venisse. Rursus Musicani defecerunt;
ad quos opprimendos missus est Pithon, qui captum
principem gentis, eumdemque defectionis auctorem,
adduxit ad regem: quo Alexander in crucem sublato,
rursus amnem, in quo classem exspectare se jusserat,
17 repetit. Quarto deinde die, secundo amne, pervenit
ad oppidum, qua iter in regnum erat Sabi. Nuper se

genas imitata viros.... » Et illud apud Cæsar. de Bell. Gall. VIII, 43, in obsidione Uxellodunensi: « Ad postremum cuniculis venæ fontis intercisæ sunt, atque aversæ. Quo facto repente fons perennis exhaustus tantum attulit oppidanis salutis desperationem, ut id non hominum consilio, sed deorum voluntate factum putarent. »

15. *Octoginta millia Indorum.* Nimium hunc numerum, sine dubio falsum, Diodorus quoque scripsit. — *Sub corona venisse.* Pro servis et mancipiis publice vendi. Gell. VII, 4: « Antiquitus mancipia, jure belli capta, coronis induta venibant. » Hinc frequens et obvium latinis scriptoribus, *sub corona vendere, sub corona venire,* quod vilis materiæ corona, captivis imposita, insigne fuit venditionis publicæ.

16. *Pithon.* Agenoris filius, ejus regionis cum Oxyarte satrapa. Arrian. VI, 15, 19.

17. *Qua iter in regnum erat Sabi.* Cod. Theocr. *quod in regnum erat Sambi.* Similiter alii Codd. omnes æque corrupti ac vulgata. Interpretes alii alia conjectarunt; quarum conjecturarum quum nulla satis placeat, mihi, inquit *Schmieder,* cujus omnis hæc nota est, meam adjicere liceat: *quod extremum erat Sambi,* vel *Sabi;* Diodor. XVII, 103: τῆς δὲ ἐσχάτης τῶν Βραχμάνων πόλεως, ἣν ὀνομάζουσι Ἁρματήλια. Ceterum nec Arrianus, nec Diodorus Alexandrum *Sambi* regnum, sive Brachmanarum gentem bis adiisse tradiderunt. Diodorus, justo brevior in his rebus, Musicanum interfectum, ejus regnum armis captum, tum subacta esse regna Porticani et Sambi scripsit, ad cujus urbem extremam ea acciderint, quæ Curtius § 18 sqq. narrat. Neglexit igitur Musicani et deditionem, et defectionem. Arrianus, isque diligentior, Musicanum prius se dedidisse, tum Alexandro Oxycani et Sambi regna subigente, defecisse scripsit; Alexandrum igitur reversum Musicani urbes vel evertisse, vel præsidiis munivisse, tum classem repetiisse, Musicanoque in crucem sublato, Pattala versus devectum esse. Quibus similia Clitarchum, quem noster § 13—16 sequutus est, narrasse, verisimile est. Nunc autem, ne fabella de Ptolemæo saucio periret, adjecit Curtius § 17 sqq. quæ Diodorus de Harmateliis, Brachmanorum extrema urbe, tradiderat. Inde factum est, ut bis Alexandrum Sambi fines intrasse scriberet. Utrum Diodori Harmatelia sint Arriani Sindomana, quo ego inclinor, an altera Sambi urbs, quam ceperat Alexander, cujus nomen Arrian. VI, 16, 7, reti-

ille dediderat; sed oppidani detrectabant imperium, et clauserant portas. Quorum paucitate contempta, 18
rex quingentos Agrianos mœnia subire jusserat, et sensim recedentes elicere extra muros hostem, sequuturum profecto, si fugere eos crederet. Agriani, sicut 19
imperatum erat, lacessito hoste, subito terga vertunt; quos barbari effuse sequentes in alios, inter quos ipse rex erat, incidunt. Renovato ergo prælio ex tribus millibus barbarorum quingenti cæsi sunt, mille capti,
ceteri mœnibus urbis inclusi. Sed non, ut prima spe- 20
cie læta victoria, ita eventu quoque fuit; quippe barbari veneno tinxerant gladios: itaque saucii subinde exspirabant; nec caussa tam strenuæ mortis excogitari poterat a medicis, quum etiam leves plagæ insanabiles essent. Barbari autem speraverant, incautum 21

cuit, non satis liquet. Quæ vero de miraculo, quo Ptolemæi vulnus sanatum sit, in Curtio, Justino, et Diodoro leguntur, ficta esse, et me tacente, palam est. Arrianus, qui ipso Ptolemæo in historia sua scribenda potissimum auctore usus est, ne verbo quidem de ea re mentionem fecit. — *Nuper se ille tradiderat.* Ne his verbis ad § 13, respici credas, ubi multa quidem ejus oppida in fidem recepta, nihil vero de ipso Sabo se dedente narratum est. Sabus, antequam Alexander ad Musicani fines pervenerat, regi obviam progressus se dediderat. Remissus est, ut suæ gentis satrapa sit. Erat vero Sabo cum Musicano inimicitia. Audita igitur et Musicani deditione, et quod rex maneret suæ gentis, Musicanum metuens, fugiebat. Tum Alexander contra Sambum movebat, τὸν ὁρίων Ἰνδῶν σατράπην ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντα. Arrian. VI, 16, 4. — *Clauserant portas.* Si Sindomana intelligenda sunt, contraria Arriano narrare videntur Curtius et Diodorus. Vide notam ad § 13. Infra autem, § 18, Curtius quoque tradit, *barbaros, ut prima spes fefellisset, se ipsos urbemque dedidisse.* Si igitur ponis, Arrianum in defensione nullius pæne momenti narranda verba consumere noluisse, hac in re conciliari possunt Curtius et Arrianus.

18. *Agrianos.* Pedites levis armaturæ. Vide supra ad lib. IV, 15, 22. — *Jusserat*, sex Codd. *jussit.*

20. *Subinde.* Paullo post, *strenuæ mortis*, quam effugere nemo vulneratus posset; nec tam ad tempus pertinet, quam ad vim et efficaciam, quæ sisti nequiret. Nam ita etiam *strenuum remedium* opponitur *præcipiti* a Curtio, III, 6, 2; et sic argute Horatius, Epist. lib. I, 2, 28: «Strenua nos exercet inertia.....» — *A medicis.* Quos sine dubio Alexander meliores habuit, quam Curtius credidisse videtur. De veneni natura et effectu videsis Diod. c. 103.

et temerarium regem excipi posse : et forte inter
22 promptissimos dimicans intactus evaserat. Præcipue Ptolemæus lævo humero, leviter quidem saucius, sed majore periculo, quam vulnere affectus, regis sollicitudinem in se converterat. Sanguine conjunctus erat, et quidam Philippo genitum esse credebant;
23 certe pellice ejus ortum constabat. Idem corporis custos, promptissimusque bellator; et pacis artibus, quam militiæ, major et clarior, modico civilique cultu, liberalis inprimis, adituque facilis, nihil ex
24 fastu regio assumpserat. Ob hæc, regi, an popularibus carior esset, dubitari poterat : tum certe primum expertus suorum animos, adeo ut fortunam, in quam postea adscendit, in illo periculo Macedones ominati
25 esse videantur; quippe non levior illis Ptolemæi fuit cura, quam regis : qui et prælio, et sollicitudine fatigatus, quum Ptolemæo assideret, lectum, in quo ipse acquiesceret, jussit inferri. In quem ut se rece-
26 pit, protinus altior insequutus est somnus. Ex quo excitatus, per quietem vidisse se exponit speciem

22. *Sanguine conjunctus*. Quod Arsinoe mater jam e Philippo gravida, Lago, homini, ut videtur, obscuri generis, tradita credebatur. Quamobrem de eo Pausanias in Atticis nomine Lagi, re Philippi filium fuisse dicit. Contra Justinus, XIII, 4, 11, natum e gregario milite, et ab Alexandro virtutis caussa provectum refert. Plut. de Ira cohib. c. 16, hoc narrat : « Ptolemæus grammaticum ob inscitiam subsannans, interrogabat quis Pelei fuisset pater; respondit ille : « Tu prius dic, quis Lagi fuerit pater? » Rex tamen Lago patre se genitum credi voluit, unde et posteri Lagidarum nomen retinuerunt.

23. *Corporis custos*. Vid. ad IV, 13, 19. — *Civilique cultu*. Vide ad 6, 11, 1. Cultus non vestitum modo respicit, sed omnem vitæ rationem, quantum ad curam corporis pertinet. Cujus aliquot partes enumerat Cicero, de Nat. Deor. 1, 34.

24. *Fortunam*. Regnum, quod, post Alexandri mortem in Ægypto ac Libya obtinuit.

25. *Quam regis*. Freinshem. emendat: *quam regi;* cum rege certasse Macedonas cura in Ptolemæum. In Codd. Theocr. abest *qui;* fuit forte: *quam regi. Is et*, etc.

26. *Vidisse se exponit speciem draconis*. Ut Strabo (lib XV, pag. 1053, ubi in Oritis rem accidisse auctor est) vere judicat, non draco, sed aliquis

draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset : colorem quoque herbæ 27
referebat, agniturum, si quis reperisset, affirmans; inventamque deinde, quippe a multis erat requisita, vulneri imposuit : protinusque dolore finito, intra breve spatium cicatrix quoque obducta est. Barba- 28
ros ut prima spes fefellerat, se ipsos urbemque dediderunt. Hinc in proximam gentem Pathaliam perventum est. Rex erat Mœris, qui, urbe deserta, in montes profugerat. Itaque Alexander oppido potitur 29
agrosque populatur. Magnæ inde prædæ actæ sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. Ducibus deinde sumptis amnis peritis, de- 30
fluxit ad insulam, medio ferme alveo enatam.

rei herbariæ peritus regi indicavit; inde fabula illa, adulationis gratia adjecta. Cic. II, de Div.: « An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu, nonnunquam forte temere concurrerent? Alexandro loqui draco visus est. Potest omnino hoc esse falsum, potest esse verum; sed utrum sit, non est mirabile. Non enim audivit ille draconem loquentem, sed visus est audire; et quidem quo majus sit, quum radicem ore teneret, locutus est. Sed nihil est magnum somnianti. » Idem Justin. XII, 10, 3; Oros. III, 19; omnium clarissime Diod. XVII, 103.

28. *Pathaliam.* Sic solus Curtius; reliqui vel Pattala, orum, vel Pattalene scribunt, Delta Indi intelligentes, cujus urbs præcipua τὰ Πάτταλα in eo loco insulæ, quo Indus in duos alveos scinditur, sita fuisse fertur. Cf. Mannert. tom. V, 1, pag. 61; Vincent. pag. 142 sqq.; notas ad Arrian. Hist. Ind. II, 5, 6, et nostrum Indic. geog.

29. *In montes profugerat.* Qui non sunt in ipsa Pattalene, fertili quidem, sed humili ac palustri regione. At cis Indum, e regione urbis Tattæ, montes reperiuntur. — *Agrosque populatur.* Non sic Arrian. VI, 17; sed Alexandrum exceptos aliquos fugientium ad reliquos adhuc fugientes misisse, redire eos fidenti animo jubentem. Liberam enim illis fore, ut antea, et urbis habitationem et agri culturam. Quo nunciato, plerosque rediisse. — Verisimile tamen est, Alexandrum necessaria occupasse, quocumque loco invenirentur.

30. *Defluxit ad insulam medio ferme alveo enatam. Enatam*, explicat *Tellier*, quæ in medio prope flumine sensim coaluerat. Nescire videtur Curtius, ipsam eam gentem, quam Pathaliam vocat, Indi insulam incolere : Pattalenen igitur et Indi insulam pro diversis habens, ita scripsit, ac si Alexander prius ad illam, tum ad hanc pervenisset. Deseritur enim a Diodoro, hac in parte brevissimo, omnia Alexandri fata post capta Har-

1 IX. Ibi diutius subsistere coactus, quia duces so-
cordius asservati profugerant, misit, qui conquirerent
alios; nec repertis, pervicax cupido visendi Oceanum
adeundique terminos mundi adegit, ut sine regionis
peritis flumini ignoto caput suum, totque fortissimo-
2 rum virorum salutem permitteret. Navigabant ergo
omnium, per quæ ferebantur, ignari; quantum inde
abesset mare, quæ gentes colerent, quam placidum
amnis os, quam patiens longarum navium esset, an-
ceps et cæca æstimatio augurabatur. Unum erat te-
3 meritatis solatium perpetua felicitas. Jam cccc stadia
processerant, quum gubernatores, agnoscere ipsos
auram maris, et haud procul videri sibi Oceanum
4 abesse, indicant regi. Lætus ille hortari nauticos cœ-
pit, incumberent remis; adesse finem laboris omnibus
votis expetitum. Jam nihil gloriæ deesse; nihil obstare
virtuti: sine ullo Martis discrimine, sine sanguine
orbem terræ ab illis capi. Ne naturam quidem lon-

matelia usque ad introitum in Oceanum alto silentio premente. Diligentior fuit Arrianus. Quæ Curtius in sequentibus de desiderio Oceani videndi, de ducum itineris defectu, de repertis tandem, atque de Oceano exæstuante scripsit, eadem sine magna discrepantia post adventum Alexandri Pattalis in Arriano quoque leguntur. Hæc *Schmieder.*

1. *Ibi.* Pattalis, ubi eam potissimum ob caussam, quod navalia exstrueret, diutius moratus est. Quod quum bene succederet, ipse Oceanum visurus per dextrum amnem cum navibus velocissimis navigabat, quamvis propter incolarum fugam ducibus careret. Arr. VI, 18. — *Pervicax cupido.* Vulgata habebat: *Pertinax cupido incessit visendi Oceanum, adeundique terminos mundi, sine regionis peritis flumini ignoto caput suum, totque clarissimorum virorum salutem permittere:* cujus quum inconcinna sit structura, veriorem Codd. Voss. 2, et Th. lectionem restituere non dubitavit *Schmieder,* quam ego quoque admisi. Nostri eamdem fere habent, omissis tamen verbis *adegit ut*, quibus sublatis, nullus est phrasi sensus.

2. *Quam patiens.* Quam esset opportunum triremibus, incertis ac temerariis conjecturis divinabant. Vix in mentem cadit eo temerariæ audaciæ devenisse Alexandrum ut, inanis explendæ cupidinis caussa, omnium suorum vitam in ultimum discrimen adduxerit: non hæc sane regis, sed furentis piratæ agendi ratio est.

4. *Orbem terræ.* Scribendum erat: *terminum terræ.* Hyperbolice hæc et sqq. scripta sunt. — *Ne naturam qui-*

posse procedere; brevi incognita nisi immorta- esse visuros. Paucos tamen navigio emisit in 5 n, qui agrestes vagos exciperent; e quibus cer- nosci posse sperabat; illi, scrutati omnia tugu- tandem latentes reperere. Qui interrogati, quam 6 ıl abesset mare; responderunt, nullum ipsos ne fama quidem accepisse : ceterum tertio die :niri posse ad aquam amaram, quæ corrumperet :m. Intellectum est, mare destinari ab ignaris :æ ejus. Itaque ingenti alacritate nautici remi- 7 , et proximo quoque die, quo propius spes ad- :batur, crescebat ardor animorum : tertio jam nixtum flumini subibat mare, leni adhuc æstu ındente dispares undas. Tum aliam insulam, me- 8 mni sitam, evecti paullo lentius, quia cursus æstu 'berábatur, applicant classem : et ad commeatus ıdos discurrunt, securi casus ejus, qui superve-

:. excluditur Oceanus a natura, l Tac. Agric. 33, « in ipso ter- ıc naturæ fine, » aliosque, quo- iquos locos collegit Freinshe- — *Brevi incognita nisi immorta- se visuros*. Dum per Oceanum 'ent. In Voss. 2 abest *nisi;* qua ıne hyperbole adhuc augeretur. ıotam ad IX, 4, 18.
Destinari. Designari.
Dispares. Amaram et dulcem.
liam insulam evecti. Ultra etiam a vecti. Ne vero putes, *Killutan* i, lib. VI, c. 19, § 6, intelli- n esse, ad quam Alexander, re- demum damno, quem æstus intulerant, pervenit. Notanda *evecti insulam*, id est, *in in-* quomodo inferius, *evectusque* . — *Quia cursus æstu reverbe-* r. Quia propter Oceanum ex- tem fluctus in naves illati eo- rum cursum morabantur. Poetice dixit *cursum* pro *navibus currentibus*. Seneca, Thyeste : « Sic incitatam re- mige et vento ratem, Æstus resistens remigi et vento refert. » Ovid. Epist. Cydippes, V, 41 : « Ipsa velut navis jactor, quam certus in altum Propel- lit Boreas, æstus et unda refert. » Eo- dem ferme sensu, verbo *reverberare* usus est Colum. IV, 13 : « Ne incre- menta vitis duritia sua reverberet tellus. » « Postquam illic perventum est, ubi amnis latitudo in CC stadia extenditur, qua nimirum parte am- plissimus est, quum vehemens ventus a mari exteriori incumberet, remique ægre inter fluctus in alium tolleren- tur, in fossam quamdam, quam du- ces navigationis monstrabant, se re- cipiunt. » Arr. VI, 18, 11. Ducibus usi sunt iis, qui *tandem latentes* re- perti narrabantur § 5. — *Securi casus*

9 nit ignaris. Tertia ferme hora erat, quum stata vice Oceanus exæstuans invehi cœpit, et retro flumen urgere; quod primo coercitum, deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum agebatur, quam
10 torrentia præcipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque et iræ deum indicia cernere videbantur. Identidem intumescere mare, et in cam-
11 pos, paullo ante siccos, descendere superfusum. Jamque levatis navigiis, et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi, et improviso malo
12 attoniti recurrunt. Sed in tumultu festinatio quoque tarda est: hi contis navigia appellebant; hi, dum re-

ejus. Nihil metuentes periculum quod incautos occupavit.

9. *Coercitum*. Ne in mare proflueret. — *Majore impetu adversum*, retrorsum, *agebatur, quam torrentia præcipiti alveo incurrunt:* quod potissimum fit, ubi æstus solitis multo majores existunt, quos nostrates *hautes marées* appellant; quales circa Indi ostia sæpius brevi tempore regiones humiliores longe lateque inundare solent. Accessus recessusque æstuum maritimorum accolæ maris mediterranei non experiuntur; inde metus et terror Macedonum, quum primi permagnis circa Indi ostia affligerentur. In quibus describendis rhetorico tamen fuco abusum fuisse Curtium, nemo negabit.

10. *Freti*. Oceani, ut supra VI, 4, 19. — *Descendere*. Quum tumore quodam altius campis redderetur.

11. *Expositi*. Qui e navibus in terram descenderant.

12. *Appellebant*. Ad siccum, ut conscendere possent expositi. Alii Codd. *pellebant*, quod non sperno: propellebant naves contis loco remorum. Contus proprie est pertica oblonga, in capite ferrum habens, qua nautæ ad exploranda loca navibus opportuna utuntur. Tum omnem locum sic lego atque interpungo: *Hi contis navigia pellebant, dum remos aptari prohibebant. Consederant quidam*, etc. Potes etiam cum Scheffero legere: *Hi dum consederant remos aptari prohibebant*, quia primo remi aptari solebant, ac tum demum eis aptatis, fieri conscensio et occupatio sedium. Hæc *Schmieder*. Quæ vero subjicit Curtius, iis similia sunt ista Taciti An. II, 23, 2: « Miles pavidus, et casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive juvat, officia prudentium corrumpebat. » Livius, XXII, 19, 10: « Ruentibus in naves simul remigibus militibusque, fugientium magis a terra, quam in pugnam euntium modo. Vix dum omnes conscenderant, quum alii resolvunt oras, aut anchoram vellunt, alii ne quid teneat, anchoralia incidunt; raptimque omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica ministeria impediuntur; trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur. » Vide quoque Thucyd. II, 84; et Polyb. VI, 42.

aptari prohibebant, consederant; quidam, ena- 13
ˈe properantes, sed non exspectatis, qui simul
debebant, clauda et inhabilia navigia languide
ebantur : aliæ navium inconsulte ruentes non re-
rant; pariterque et multitudo, et paucitas festi-
es morabatur. Clamor hinc exspectare, hinc ire 14
ntium, dissonæque voces nusquam idem ac unum
entium, non oculorum modo usum, sed etiam
ım abstulerant. Ne in gubernatoribus quidem 15
quam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tu-
:uantibus poterat, nec imperium a territis incom-
tisque servari. Ergo collidi inter se naves, abster- 16
ɿue invicem remi, et alii aliorum navigia urgere
erunt. Crederes, non unius exercitus classem vehi,
duorum navale inisse certamen. Incutiebantur 17
ɔibus proræ; premebantur a sequentibus, qui an-
dentes turbaverant; jurgantium ira perveniebat
n ad manus. Jamque æstus totos circa flumen 18
pos inundaverat, tumulis duntaxat eminentibus,
t insulis parvis; in quos plerique trepidi, omissis

. *Clauda et inhabilia.* Quasi ıs remorum parte naves, adeo- ıinus expeditas lente movebant. *ɔn receperant.* Scheffero vocula ε compendio scripturæ nata vi- et legendum *omnes receperant.* altem palam est, ab aliis navibus plures receptos esse, quorum udo impedimento erat.

Dissonæque voces. Oppositæ hominum plane contraria po- tium. Vide similem trepidantium lamantium descriptionem apud Metam. XI, 484 seq.

· *Abstergerique invicem remi.* In- mutuo concursu frangi. Quod olebat in præliis navalibus; nau- m operam dabant, ut, dum cele- riter præterveherentur navem hostilem, remos ejus confringerent, et vi incursus abstergerent; quo facto illa clauda et inhabilis reddita facilius rostro percuti poterat. Eadem et sqq. quoque expressit Thucydides, II, 84: Ὡς δὲ τό τε πνεῦμα κατῄει, καὶ αἱ νῆες ἐν ὀλίγῳ ἤδη οὖσαι, ὑπ' ἀμφοτέρων, τοῦ τε ἀνέμου, τῶν τε πλοίων ἅμα προσκειμενων, ἐταράσσοντο, καὶ ναῦς τε νηῒ προσέπιπτε, καὶ τοῖς κοντοῖς διωθοῦντο, βοῇ τε χρώμενοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφυλακῇ τε καὶ λοιδορίᾳ, οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν παραγγελλομένων, οὔτε τῶν κελευστῶν. Καὶ τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλυδωνίῳ ἀναφέρειν ἄνθρωποι ἄπειροι, τοῖς κυβερνήταις ἀπειθεστέρας τὰς ναῦς παρεῖχον.

19 navigiis, enare cœperunt. Dispersa classis partim
præalta aqua stabat, qua subsederant valles, pa
in vado hærebat, utcumque inæquale terræ fastig
occupaverant undæ; quum subito novus et pris
20 major terror incutitur. Reciprocari cœpit mare, m
tractu aquis in suum fretum recurrentibus, redd
que terras paullo ante profundo salo mersas. I
destituta navigia alia præcipitantur in proras, al
latera procumbunt. Strati erant campi sarcinis
mis, avulsarum tabularum remorumque fragm
21 Miles nec egredi in terram, nec in naves subsi
audebat, identidem præsentibus graviora, quæ s
rentur, exspectans. Vix, quæ perpetiebantur, v
ipsos credebant, in sicco naufragia, in amni 1
22 Nec finis malorum; quippe æstum paullo post
relaturum, quo navigia allevarentur, ignari, fa
et ultima sibimet ominabantur : belluæ quo

18. *Enare cœperant. Enare properabant*, Cod. Theocr.

19. *Utcumque æquale.* Ubicumque editior erat terra, quam aquæ inundaverant.

20. *Reciprocari.* Pleræque Editt. *reciprocare.* Ego cum meis regg. Codd. et Tellierio admisi *reciprocari.* Sensus est; refluere, redire unde venerat. Florus, II, c. 8, 9: «Eubœam insulam reciprocantibus aquis Euripus abscidit.» Liv. XXVIII, c. 30, de navi, passive: «Credens quinqueremem rapido in freto deprehensam in adversum æstum reciprocari non posse.» — *Reddebatque.* Campos retegebat, quos paullo ante altis aquis texerat. — *Destituta.* Ab undis.

21. *In naves subsistere.* Lego cum Scheffero, *in nave*, vel *in navi*, quod codex Bodlei. habet. Illud *s* in fine vocis *naves* transumptum est ex initiali vocis sequentis. — *Naufragia.* æstu destituta navigia, suoque procumbentia quassarentur.

22. *Belluæ quoque fluctibu tutæ terribiles vagabantur.* D relictæ esse in lacunis et locis sioribus, ubi aliquid aquæ rem In margine ed. Gryph. adle dam: forte *videbantur.* In te vagas et palantes fuisse, v non esse, nisi vitulos marin nonnunquam in terram exeu luas istas fuisse putemus. Et sa talia Curtium narrantem leg possum non existimare cum Judic. III, 9, multa de pertu et metu Macedonum tumidi dicta, nec fucum rhetoricum abesse. Cæsar. de Bell. Gall. maximum quoque æstum desc quam simplicius, quod in c tanniæ exercitum suum afflixi

ɔus destitutæ, terribiles vagabantur. Jamque nox 23
ebat, et regem quoque desperatio salutis ægri-
e affecerat: non tamen invictum animum curæ
ınt, quin tota nocte præsideret in speculis, equi-
e præmitteret ad os amnis, ut, quum mare rur-
æstuare sensissent, præcederent. Navigia quo- 24
acerata refici, et eversa fluctibus erigi jubet,
ɔsque esse et intentos, quum rursus mare terras
lasset. Tota ea nocte inter vigilias adhortationes- 25
onsumpta, celeriter et equites ingenti cursu
ere; et sequutus est æstus: qui primo, aquis
ractu subeuntibus, cœpit levare navigia; mox,
ampis inundans, etiam impulit classem: plau- 26
e militum nauticorumque, insperatam salutem
dico celebrantium gaudio, litoribus ripisque re-
at. Unde tantum redisset subito mare? quo pri-
fugisset? quænam esset ejusdem elementi natura,
discors, modo imperio temporum obnoxia, mi-
ıdi requirebant. Rex quum ex eo, quod acciderat, 27
ctaret, post solis ortum statum tempus esse;
ı nocte, ut æstum occuparet, cum paucis navi-
ecundo amne defluxit: evectusque os ejus qua-

eris fuit quod Angli vocant *ides*, et nos *maline.*
Præsideret in speculis. Vel pro locis editioribus; vel tropice, ıni diligentia attenderet, scil. denuo æstus maritimus incur-t. — *Præcederent.* Scil. maris eum instare, regi nunciantes. psi cum quinque Codd. pro *procederent.* Freinshem. mal-*ocederent.*
Modo discors. Dum mare modo ret, modo fluctus reciprocaret. *ɔxia.* Tempori parere coacta, certis statisque horis redire unde fugerat, et fugere unde venerat.

27. *Statum tempus esse.* Quo mare exæstuaret. Nesciebat enim singulis diebus, una fere hora tardius accedere, recedereque, et necesse esse aliquando contingere, ut solis reditum præverteret. Sed moram breviorem illic fecerat, ut id experiri posset. — *Ut æstum occuparet.* Ut eum præveniret. Si incurrentem expectasset, os fluminis evehi non potuisset. — *Evectusque os.* Ad ostia fluminis delatus. Confer. Arrian. VI, 19, 5-12, qui de Alexandri navigatione in Oceanum, ejusque sacrificiis multo copiosior est.

dringenta stadia processit in mare, tandem voti sui compos: præsidibusque maris et locorum diis sacrificio facto, ad classem rediit.

1 X. Hinc adversum flumen subiit classis; et altero

Add. Diodor. XVII, 104; Plut. Vit. Alex. c. 68, Just. XII, 10. Cæterum licet ipse aliquid forte nimium et intemperatius in Curtii narratione esse crediderim, multum tamen alienus sum ab ea sententia quam expressit *Voltaire*, æstum Oceani antea novisse, quia Euripi, inter Eubœam et Atticam æstum noverant. Nam quid simile habet mediterraneus hic æstus, et ille, de quo agitur, quem vocant *Bore*, quemque unus ex optimis anglicis geographicis (*major Rennell, Description de l'Indoustan*, tom. I), describit ut omnium in orbe sævissimum et violentissimum?

1. *Hinc adversum flumen subiit classis.* Sacris Oceano factis Alexander per dextrum Indi amnem, quo defluxerat, Pattala revertebatur. Igitur *hinc*, ex Oceano, *adversum flumen subiit classis;* Pattalis quum Hephæstionem ad navalia exstruenda reliquisset, ipse per sinistrum Indi amnem mare versus devehebatur, quo ostio Indi facilius Oceanus intrari possit, exploraturus. Hoc itinere ad lacum magnum, sinui marino similem, pervenit, in quo pisces marini conspiciebantur. Hic est *lacus salsus* Curtii, de cujus aqua insalubri et scabie inde orta Arrianus mentionem non fecit. *Altero* vero *die*, classem haud procul eo appelli non potuisse per se liquet. Plerisque et militibus et navibus sub Leonnato ad hunc lacum relictis, ipse rex cum aliis os amnis evectus, hac quoque parte Oceanum et litora scrutatur. Ubi quum facilius classis in Oceanum deduci posse videretur, parte exercitus in oram maritimam missa, *ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videretur*, Pattala revertitur. Inde iterum repetens lacum, alia navalia condit, omniaque ad navigationem necessaria parat. Arrianus VI, 20. Potest hæc urbs esse, quam Barcen appellat Just XII, 10. Curtius vero si *urbes pleras-que* conditas scripsit, solummodo de hac ad lacum urbe, et de Pattalis, navalibus et arce auctis, intelligi potest. Hinc vides, cur Freinshemius *urbes portusque* legere mallet. Vides etiam Alexandri consilium fuisse, ut Nearchus per lævum Indi ostium (confer. Hist. Ind. c. 2, 5, cum not.) mare intraret. Quod cur non sit factum, ex Strabone palam est, lib. XV, p. 1051. Nearchus ventum secundum exspectare debebat; Alexander itaque, omnibus ad navigationem præparatis, aliquanto prius, quam classis solveret, cum exercitu pedestri e Pattalene profectus erat. Post cujus discessum, barbari, animo recepto, relictos Macedones adorti expellebant. Inde factum videtur, ut Arrian. Hist. Ind. c. 21, principium navigationis Nearchi non a Pattalis per sinistrum Indi amnem, sed ex statione quadam in dextro amne factum scriberet, qui locus Plinii Xylenopolis esse videtur. Confer. Mannert. Ind. pag. 67, et *Vincent*, pag. 168. Versabatur Alexander Pattalis, et circa Indi ostia, hieme annorum a. Christ. 327 et 326; Ol. 113, 2. Proximo vere, cum exercitu pedestri, occidentem versus, inde discessit, si Plinio VI, 23 (pag. 327), fides est,

die appulsa est haud procul lacu salso, cujus ignota natura plerosque decepit, temere ingressos aquam; quippe scabies corpora invasit, et contagium morbi etiam in alios vulgatum est : oleum remedio fuit.
2 Leonnato deinde præmisso, ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur (quippe sicca erat regio), ipse cum copiis substitit, vernum tempus exspectans. Interim et urbes plerasque condidit.
3 Nearcho atque Onesicrito, nauticæ rei peritis, imperavit, ut validissimas navium deducerent in Oceanum, progressique, quoad tuto possent, naturam maris noscerent : vel eodem amne, vel Euphrate

quatuor menses ante navigationem Nearchi. Eodem teste, classis regem in Susiana assequuta est, tertio navigationis mense; quod falsum esse ex Arrian. Hist. Ind. probari potest. Cœpit navigatio Ol. 113, 3; ann. Christ. 326, die 2 Oct. (conf. *Vincent*, p. 35); finita est post 146 dies (hoc est, post quinque ferme menses), ann. Christ. 335, die 8 Februarii. Hæc *Schmieder*. Conf. *Billecocq*, *Voy. de Néarque*.

3. *Nearcho atque Onesicrito*. Nearchus, Androtimi filius, Cres genere, sed qui Amphipoli ad Strymonem habitaverat, quamdiu per flumina navigabatur, præfectus erat classis totius, Onesicritus Astypalæensis, gubernator navis Alexandri, qui vero in sua Alexandri historia classis præfectum se fuisse mentitus erat. Arrian. Exp. VI, 2, 6; Hist. Ind. XVIII, 9, 10 Alexandri, postquam per Indum ad Oceanum pervenerat, regiones inter Indum et Persidem mari propiores nondum domitas subigere intererat (Confer. not. ad Hist. Ind. 20, 1). Ipse igitur non procul litoribus terrestri itinere exercitum per Arabitas, Oritas, Gedrosiosque in Carmaniam et Persidem ducebat; Nearchum autem, iterum totius classis præfectum, Onesicritumque cum classe misit, eo mandato, ut litora inter Indi et Euphratis ostia legerent, ut omnes sinus portus, insulas urbesque ad mare sitas perlustrarent, quæque regio fertilis sit, quæ deserta, explorarent. Arrian. Exp. VII, 20, 18, 19; Hist. Ind. 32, 11. Multum igitur aberat, ut *eodem eos amne*, hoc est, Indo *reverti* voluisset : debebant per Euphraten, vel Tigrim, vel per Pasitigrim, ut factum est, ad exercitum reverti. Noluit Alexander, ut tantum *progrederentur in Oceano*, *quoad tuto possent*, sive, ut Curt. infra X, 1, 10, dixit, ut *longius in Oceanum*, hoc est, in altum *procederent*, sed ut litora legerent. Itaque rectius lib. X, 1, 16, *rursus terram legere jussum dixit*. Exstat adhuc hujus expeditionis maritimæ descriptio in Arriani Historia Indica, maximam partem ex Nearchi itinerario sumpta. Hanc clarissimo opere, anglice scripto, illustravit *D.r Vincent*, cujus quidem gallicam translationem, notis, mappis, et indicibus locupletatam publici juris fecit v. cl. *Billecocq*, Parisiis, an. 1799.

4 subire eos posse, quum reverti ad se vellent. Jamque, mitigata hyeme, et navibus, quæ inutiles videbantur, 5 crematis, terra ducebat exercitum. Nonis castris in regionem Arabitarum; inde totidem diebus in Gedrosiorum regionem perventum est. Liber hic populus, concilio habito, dedidit se; nec quidquam deditis 6 præter commeatus imperatum est. Quinto hinc die venit ad flumen; *Arabum* incolæ appellant. Regio deserta et aquarum inops excipit; quam emensus in

5. *Nonis castris in regionem Arabitarum.* Et hoc loco Curtius cum Diodoro, XVII, 104, duos auctores sequitur, quorum breviorem, § 5, descripsit, copiosiorem inde a § 6. Hinc accidit, ut bis dicatur Alexander in Arabitarum (§ 5 et 6), bis in Gedrosiorum regionem pervenisse (§ 5 et 18). Vide notas ad 6 et 18. Numeros ergo dierum (*nonis castris; inde totidem diebus; quinto hinc die*) falsos esse, palam est. Ex Gedrosiorum regione ad Arabum flumen non progredi potuisset Alexander, sed regredi.

6. *Ad flumen Arabum. Arabium*, apud Arrian. in Exp.; *Arabin*, in Hist. Ind. Hodie, *Il Mend*, angustum et modicæ altitudinis. Conf. Salmas. Plin. Ex. p. 829. Ad lævam ejus ripam incolebant *Arabitæ*, vel *Arabies*, qui a flumine nomen traxerunt. Arabitas αὐτονόμους Alexander non subegit; fugerant regem appropinquantem, post ejus discessum facile denuo regione sua potiti. — *Quam emensus.* Itinere unius noctis. Arrian. VI, 21, 8. Sed Diod. c. 104: Πολλὴν, inquit, τὴν ἄνυδρον οὐκ ὀλίγην δὲ ἔρημον διελθών. — *In Horitas.* Oritas ap. Arr. qui ab Arabio fl. occasum versus habitabant, αὐτόνομοι ἐκ πολλοῦ. Quos, quum nullam deditionis amicitiæque significationem edidissent, subito aggressurus Alexander, exercitum divisit; *majorem*, eamque graviorem, *exercitus partem* cum Hephæstione reliquit, ut sensim subsequeretur; cum reliqua, levis potissimum armaturæ, progressus inopinantes oppressit, Arrian. VI, 21. Hunc exercitum tripartitum fuisse scripsit Curtius. *Maritimos Oritas Ptolemæus, ceteros rex et Leonnatus urebant*, non *urgebant*, ut mavult Heumannus. Urebant Macedones vicos et domicilia, ut fit, si hostes populantur. In Curtio aliisque sæpissime est *urere* pro *vastare*. Vid. lib. IV, 3, 20; 9, 14. Similiter *urbes populari, agros urere* conjungitur libro IV, 1, 9; 9, 8. Ἔγεμε πᾶς τόπος πυρὸς καὶ διαρπαγῆς, ut dixit Diodorus. Alexander ipse vastabat montana, et his proxima; Leonnatus media inter regem et Ptolemæum. — Indis Oritæ ab Arriano quoque lib. VI, 21, 6, annumerantur. Oritæ, qui mediterranea loca incolunt, eodem habitu quo Indi utuntur, eodemque modo armantur, lingua tamen atque institutis differunt. Arrian. Hist. Ind. 25, 2; Strabo, XV, pag. 1049; Diod. XVII, 104. — Tum castris ad aquam non multam positis, supervenit Hephæstionis exercitus; inde Alexander ad vicum maximum Oritarum, Rhambacia vocatum, pervenit, ubi Hephæstionem, ut urbem conderet, re-

Horitas transit : ibi majorem exercitus partem Hephæstioni tradidit; levem armaturam cum Ptolemæo
Leonnatoque partitus est. Tria simul agmina popu- 7
labantur Indos; magnæque prædæ actæ sunt : maritimos Ptolemæus, ceteros ipse rex, et ab alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione urbem
condidit, deductique sunt in eam Arachosii. Hinc per- 8
venit ad maritimos Indos : desertam vastamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem ullo
commercii jure miscentur. Ipsa solitudo natura quo- 9
que immitia efferavit ingenia : prominent ungues

liquit. Hanc intelligas in Curtio. Si Diodoro, cap. 105, fides, ad portum ἄκλυστον condita est, et Alexandria appellata, ut pro oppido *Hor* nostri ævi haberi non posset. Sed vereor ne erratum sit in Diodoro. Urbem ad mare conditam invenisset Nearchus; qui quum nullius mentionem faciat, sed a se ipso amplum quemdam et commodum portum in litore Arabitarum *Alexandri* portum appellatum dicat, potuit hic portus cum illa urbe a Diodoro commutari. Curtius vero, si Arachosios in eam urbem deductos esse scripsit, agmen aliquod ex ea gente conscriptum in exercitu Alexandri fuisse necesse est. Quod verum : namque de equitibus Arachosiis cum Alexandro militantibus testatur Arrian. V, 11, 5. Sed potest hoc quoque loco, sicut supra IX, 7, 14, corruptum nomen legi. — Inde quum Alexander ulterius ad fines Gedrosiæ progressus esset, Oritarum duces se dedunt: satrapa igitur constituto, et Leonnato cum exercitu relicto, ut, præter alia, Oritarum res componeret, eosque satrapæ dicto audientes redderet, ipse, cum exercitu reliquo, magna Gedrosiæ deserta intrabat (Arr. VI, 22, 1-6), quæ longe lateque præter litora Oceani ab Oritarum finibus ad Carmaniam usque patebant. Incolæ erant gens rudis pauperrimaque in ipsis maris litoribus, solisque piscibus conchisque vitam sustinens; quam Alexander quoque vidit, si Curtium et Diodorum sequimur, statim a principio, si Arrianum et Strabonem, ex mediis desertis, quum duces viæ indicia perdidissent, ad mare deflectens, et per septem dies præter litora ducens. Antea enim exercitum per deserta a mari remotiora ducebat, Arrian. Ind. c. 26, 1; Exp. VI, 23, 1; plerumque D stadia a litore. Strab. XV, pag. 1051. Nearchus omnia ejus litora classe legit, Histor. Ind. c. 26 sqq. Curtius hanc gentem *Indos maritimos*, alii cum Nearcho *Ichthyophagos* appellarunt, de quorum miseria ultima veteres omnes consentiunt. Videantur potissimum Diod. XVII, 105, et Arrian. Hist. Ind. 29, 9 sqq. cum notis. Hanc et plerasque alias hujus capitis notas ex Schmiedero transtuli.

9. *Ungues.* Quibus ferri loco utebantur. Arrian. Hist. Ind. 24, 9. Hæc ex Arriano ad verbum translata sunt : Ἦσαν δὲ οἱ ἁλόντες τά τε ἄλλα σώματα

10 numquam recisi; comæ hirsutæ et intonsæ sunt: tuguria conchis et ceteris purgamentis maris instruunt; ferarum pellibus tecti, piscibus sole duratis, et majorum quoque belluarum, quas fluctus ejicit, carne
11 vescuntur. Consumptis igitur alimentis, Macedones primo inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cœperunt, radices palmarum (namque sola ea arbor
12 gignitur) ubique rimantes. Sed quum hæc quoque alimenta defecerant, jumenta cædere aggressi, ne equis quidem abstinebant; et quum deessent, quæ sarcinas veherent, spolia de hostibus, propter quæ ultima
13 Orientis peragraverant, cremabant incendio. Famem deinde pestilentia sequuta est: quippe insalubrium ciborum novi succi, ad hoc itineris labor et ægritudo animi, vulgaverant morbos; et nec manere sine clade, nec progredi poterant: manentes fames, progressos
14 acrior pestilentia urgebat. Ergo strati erant campi pæne pluribus semivivis, quam cadaveribus; ac ne levius quidem ægri sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris festi-

δασέες, καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηριώδεες.

10. *Tuguria conchis.* Tuguria ita exstruunt. Parietes primo educunt, dein culmen e costis balænarum: inde 18 cubitorum trabes fiunt; eas superimponunt. Tegularum denique loco squamis balænarum tecta cooperiunt. Vide Arrian. et Diod.

11. *Deinde ad ultimum.* Mallem alterutrum abesse. — *Namque sola ea arbor* ibi *gignitur.* Strabo quoque, loco laudato, palmarum fructus et cerebrum (*la moelle*) militibus saluti fuisse asserit. Arrian. VI, 22, 6 sqq. alias arbores et plantas memoratu dignas ex hisce desertis recenset, de palmis mentionem non facit; indigenas tamen jussisse Alexandrum præter alias res dactylos quoque palmarum ex regione superiori classiariis ad mercatum afferre.

14. *Agmen raptim agebatur.* Exercitus festinanter ducebatur, quum unusquisque tanto propius ad spem incolumitatis se accedere putaret, quanto plus properando alios antevertisset. Idque itineribus nocturnis, ut ante diei fervorem ad aquam perveniretur. Duces erant regionis periti. — *Prœriperent.* Multi Codices exhibent *præciperent.*

nando præriperent. Igitur, qui defecerant, notos igno- 15
tosque, ut adlevarentur, orabant : sed nec jumenta
erant, quibus excipi possent; et miles vix arma por-
tabat, imminentisque etiam ipsis facies mali ante ocu-
los erat. Ergo sæpius revocati, ne respicere quidem
suos sustinebant, misericordia in formidinem versa.
Illi relicti deos testes, sacra communia, regisque im- 16
plorabant opem : quumque frustra surdas aures fati-
garent, in rabiem desperatione versi, parem suo exi-
tum, similesque ipsis amicos et contubernales preca-
bantur. Rex, dolore simul ac pudore anxius, quia 17
caussa tantæ cladis ipse esset, ad Phrataphernen, Par-
thorum satrapen, misit, qui juberet, camelis cocta
cibaria afferre; alios quoque finitimarum regionum
præfectos certiores necessitatis suæ fecit. Nec cessa-
tum est ab his. Itaque fame duntaxat vindicatus exer- 18
citus tandem in Gedrosiæ fines perducitur. Omnium

17. *Ad Phrataphernen, Parthorum satrapen, misit.* Diodorus quoque, c. 105, in Parthyæam, Drangianam et Ariam, aliasque provincias vicinas viros expeditos ad satrapas missos tradit, qui jumenta et necessaria ad fines Carmaniæ adduci juberent. Quod credi vix potest. Cur Alexander eadem via, qua paucioribus facilior exitus ex desertis pateret, omnem exercitum ex summis periculis non eripuisset? præcipue si computas, quantum temporis opus fuerit, ut nuncii pervenirent ad satrapas, ut hi jumenta necessariaque colligerent, ac tandem in Carmaniam adducerent. Quod si tamen missos esse quosdam concedis, cur ad Parthorum potissimum satrapam, eumque remotiorem missi fuissent, non intelligitur. Veriora tradidit Arrianus. Quum jam Carmaniam intraret Alexander, venerunt Stasanor, Ariorum et Drangarum satrapa, atque Pharismanes, Phrataphernis, Parthyæorum et Hyrcanorum satrapæ filius, magnam jumentorum atque camelorum copiam sua sponte adducentes. Simulac enim in Gedrosios Alexandrum ducere audiverant, exercitum eadem illa incommoda, quæ passus fuerat, subiturum existimaverant. Arr. VI, 27, 7, et 13, 14. Peropportune illos venisse intelligitur. — *Finitimarum regionum præfectos.* Intelligendi sunt satrapæ Carmaniæ, Ariæ ac Drangianæ, Arachosiæ.

18. *Fame duntaxat vindicatus* A fame sola liberatus. De summo hoc exercitus periculo, cladeque, qua majorem expertus non erat, conf. A
lib. VI, c. 22—27; Diod. XVII
Plut. Vit. Alex. c. 66, qui ne
quidem exercitus partem serv
cit; et Strab. XV, p. 1051.
drosiæ fines. Intellige Gedro

rerum sola fertilis regio est, in qua stativa habuit, ut
19 vexatos milites quiete firmaret. Hic Leonnati literas accipit, conflixisse ipsum cum octo millibus peditum et quingentis equitibus Horitarum prospero eventu. A Cratero quoque nuncius venit, Ozinen et Zaria-

tiorem, cujus partem Alexander subegerat, antequam ex Drangiana in Arachosiam transiret. Arrian. III, 28, 1; quod Curtius supra lib. VI, 3, monere debuisset. Si vero hoc nostro capite, § 5, scripsit: « Gedrosii, liber populus, concilio habito, dedidit se; nec quidquam deditis præter commeatus imperatum est, » de Gedrosiis intellexit Curtius, quod de Oritis verum erat. Vastata jam plurima Oritarum regione, progressus erat Alexander ad confinia Gedrosiorum et Oritarum, ubi angustiæ esse nunciabantur, ad quas Oritæ et Gedrosii conjuncti Alexandrum transitu prohibituri castra locasseut. Adveniente vero Alexandro, plurimi profugiunt, Oritarum duces se et suos dedunt. Arrian. VI, 22, 1, 2. Hi, cum Oritis conjuncti, Gedrosii ad eas Gedrosiæ gentes, quæ ab Alexandro subactæ fuerant, non pertinuisse videntur. Erant ex gente montes illius regionis tenente, Persis non parente. Appellantur Gedrosii, sicut et Arabitæ et Oritæ Gedrosii appellari poterant; namque Gedrosia veterum est regio perampla, cujus maxima pars nec Persis, nec Alexandro parebat. Alexandri provincia Gedrosia proximas Arachosiæ, Drangianæ et Carmaniæ regiones continuisse videtur. — *Omnium rerum sola fertilis regio est.* Omnium rerum quæ in hisce terris provenire solent, sola ea Gedrosiæ regio fertilis erat, in qua Alexander stativa habebat. Erat in illa Gedrosiorum regia, quæ *Pura* vocabatur. Arr. VI, 24, 1, et 27, 1.

19. *Leonnati literas.* Apud satrapam Oritis constitutum Alexander Leonnatum cum exercitu reliquerat, cum mandatis, ut classem exspectaret (quod eum fecisse docet Arrian. Hist. Ind. 23, 8), ut urbem ab Alexandro conditam inhabitandam curaret, ut Oritarum res componeret, ipsosque satrapæ dicto audientes redderet. Arr. VI, 22, 4, 5. Quarum rerum Curtius supra, § 7, mentionem facere debuisset. Postquam Alexander cum majore exercitu discesserat, Oritæ rebellarunt. Victos esse cum Curtio scripsit Arrian. VII, 5, 8; et Hist. Ind. 23, 4. Paullo aliter Diodorus, XVII, 105. — *A Cratero quoque nuncius venit.* Post Musicanum in crucem sublatum, antequam Alexander ad Delta Indi deflueret, Craterum cum Attali, Meleagri et Antigenis agminibus, sagittariis quibusdam, et amicorum reliquorumque Macedonum iis, quos, quum ad bellum inutiles essent, per Arachosiam et Drangianam jam redire jusserat, additis elephantis (per mediterranea) in Carmaniam misit. Arrian. VI, 17, 6. Quæ Curtius supra IX, 8, commemorare debuisset. A Cratero igitur alia via alium exercitum ducente nuncius venire potuit. Sed si Arrianum sequimur, ipse Craterus, quum Alexander jam in Carmaniam duceret, cum exercitu suo ad regem pervenit, Ordanen quemdam, qui defecerat, in vinculis adducens; lib. VI, 27, 6. Ipsum Craterum defectionis Persarum auctores adduxisse, infra quoque Curtius, X,

spen, nobiles Persas, defectionem molientes, oppressos a se, in vinculis esse. Præposito igitur regioni 20
Sibyrtio (namque Menon, præfectus ejus, nuper interierat morbo), in Carmaniam ipse processit. Aspa- 21
stes erat satrapes gentis, suspectus res novare voluisse, dum in India rex esset. Quem occurrentem 22
dissimulata ira comiter alloquutus, dum exploraret, quæ delata erant, in eodem honore habuit. Quum inde præfecti, sicut imperatum erat, equorum jumen-

1, 9, narrat. Ozines Curtii pro Ordane Arriani habetur; Zariaspen (qui in Codd. et Zartapes et Zenaspes scribitur) nemo novit. Radero forte pro Baryaxe, Medo, qui regnum Persarum et Medorum affectabat, sed ab Atropate captus ad Alexandrum in Persidem adductus erat, habendus videtur. Curtius Ozinen et Zariaspen nobiles Persas appellat, quo genere esse potuerunt. Persarum vero defectionis auctores eos fuisse, ut infra dixit, X, 1, 9, concedi nequit; namque Persæ non defecerant, nec Craterus, in Gedrosiæ et Carmaniæ confiniis Alexandro occurrens, Persidem ante intraverat, ut Persarum seditionem compescere potuisset. Necesse est, Craterum inter Indum et Carmaniam in eos incurrisse.

20. *Præposito igitur regioni* (Gedrosiæ) *Sibyrtio.* Rerum ordinem ex Arriano exponere, non abs re est, præsertim quum interpretes Curtii illum scriptorem inter se non consentientia tradidisse opinati sint. Primus satrapa Gedrosiorum erat Apollophanes, quem Alexander, post victos Oritas, καὶ τούτοις, his quoque, σατράπην ἐπιτάσσει. Arr. VI, 22, 2. Postquam vero in Gedrosiorum regiam pervenerat, Apollophanem satrapatu deponit, quod nihil eorum, quæ imperata fuerant, perfecisset. Credo quod exercitui fame laboranti necessaria non misisset, VI, 27, 1, nescius Apollophanem interea in prælio, quo Leonnatus Oritas fugarat, cecidisse. Arr. Hist. Ind. 23, 5, Apollophani sufficitur Thoas (nisi forte pro Θόαντα legendum Μένωνα), quem, quum morbo interiisset, Sibyrtius excepit, ab Alexandro nuperrime Carmaniæ præfectus. Menon et a Curtio, VII, 3, 5, et ab Arriano III, 28, 1, Arachotis præfectus fuisse scribitur.

21. *Aspastes* (alii Codd. Aspastis, Aspartis, Aspatis) *erat satrapa gentis* Carmaniorum, etc. Fuerat igitur Carmania diu ante, quam Alexander ex Gedrosia reversus eam intraret, provincia Macedonum; quod ipsum ex Arriano quoque colligitur. Sed quando subacta sit, nemo memoriæ prodidit. Puto eodem tempore, quo Persidem Alexander armis caperet, ante Darii mortem. — Aspastes, Alexandro jubente, interfectus est. Curtius, IX, 10, 29. Successit primo quidem Sibyrtius; quo vero paullo post Gedrosiis et Arachosiis præfecto, Tlepolemus, Pythophanis filius, Arr. Exp. VI, 27, 2, et Hist. Ind. 36, 8.

22. *Inde præfecti.* Freinshem. multique alii scripserunt : *Quum Indiæ præfecti;* sed quid hic Indiæ præfec-

mentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quæ sub imperio erat, regione misissent; quibus deerant
23 impedimenta, restituit. Arma quoque ad pristinum refecta sunt cultum: quippe haud procul a Perside
24 aberant, non pacata modo, sed etiam opulenta. Igitur, ut supra dictum est, æmulatus Patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam famam; sive illud triumphus fuit, ab eo primum

tis? ad finitimarum regionum præfectos miserat Alexander, supra § 17. In nostris Codd. pro *Indiæ* est *inde*, hoc est, post hæc. Quod non dubitavi restituere, cum Schmiedero. — *Quibus deerant impedimenta.* Freinshemius emendat: *ad impedimenta;* restituta esse jumenta ad impedimenta vehenda. Quod mihi non necessarium videtur. Sine dubio enim magna pars jumentorum istorum rebus necessariis onusta venerat, quæ Alexander, sicut jumenta ipsa, quibus deerant, distribuit. Propter defectum enim jumentorum sarcinas suas et spolia de hostibus cremaverant, § 12. Quum exercitus aliquando prope torrentem exiguum aquæ caussa consedisset, noctu torrens imbribus improvisis auctus (neque enim exercitus pluviam senserat), tanto impetu exundavit, ut plerasque feminas et pueros agmen sequentes, omnemque apparatum regium, et jumenta reliqua secum rapuerit, adeo ut ipsi milites ægre cum armis, ac ne iis quidem omnibus evaserint. Arrian. VI, 25, 10.

23. *Haud procul a Perside.* Carmania enim media est inter Gedrosiam et Persidem.

24. *Ut supra dictum est.* Lib. VIII, 10, 18. De bacchabundo Alexandri exercitu per Carmaniam in Persidem redeunte, præter Curtium, testantur Diodor. XVII, 106; Plut. Vit. Alex. c. 106; Athen. XII, 9, et alii quos Freinshemius ad hunc locum recensuit. Negat autem Arrianus, lib. VI, cap. 28: neque enim Ptolemæum Lagi filium, neque Aristobulum, Aristobuli filium, neque alium quemquam, qui fide sit dignus, ea narrasse; se potius cum Aristobulo scribere, Alexandrum in Carmania gratias diis agentem sacrum fecisse ob victoriam de Indis partam, et ob exercitum ex Gedrosiis servatum, ludosque musicos atque gymnicos edidisse. — *Æmulatus Patris Liberi non gloriam solum.* Quod æque ac ille Indos vicerat. — *Ex illis gentibus.* Ex Indis, de quibus supra VIII, 10, loquitur. — *Sed etiam famam.* Ταῦτα, refert Arr. VI, 28, 2, πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου Βακχείας ἀπεικάσθη Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο, καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διονύσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν. Καὶ Θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους. Schefferus non videt quæ differentia sit inter *gloriam* et *famam:* pro hac igitur voce substituendum proponit, *insaniam*, quod præfert *Schmieder.* Freinshem. pro glossa habet, *statuit imitari.* Ego vero, quum sententia in omnibus scribatur Codd. ut eam fert vulgata, sic explicare ten-

itutus, sive bacchantium lusus, statuit imitari;
no super humanum fastigium elato. Vicos, per 25
s iter erat, floribus coronisque sterni jubet; limi-
is ædium crateras vino repletos, et alia eximiæ
nitudinis vasa disponi; vehicula deinde constrata,
lures capere milites possent, in tabernaculorum
lum ornari, alia candidis velis, alia veste pretiosa.
ni ibant amici et cohors regia, variis redimita flo- 26
is coronisque : alibi tibicinum cantus, alibi lyræ
ıs audiebatur; item in vehiculis, pro copia cujus-
adornatis, comessabundus exercitus, armis, quæ
ime decora erant, circumpendentibus. Ipsum
vivasque currus vehebat, crateris aureis ejusdem-
materiæ ingentibus poculis prægravis. Hoc modo 27
dies septem bacchabundum agmen incessit; parata
da, si quid victis saltem adversus comessantes
ni fuisset; mille, hercule, viri modo et sobrii,

. Alexander non solum veram et ınam Bacchi laudem æmulatus uam ille sibi victoria sua ex Indis erat, sed etiam æmulatus est fa- nempe τὸν λόγον ὁ ὑπὲρ ἐκείνου, uit Arrianus, ἐλέγετο· eamque ı, illud (sive triumphus fuit, sive , statuit imitari; statuit reipsa lere, quod de Baccho tantum ıtur, et fama solummodo notum — *Sive bacchantium lusus*. Sive stratagema, ut putabat Polyæ- , 1, 1, quem rideo qualiacumque ıtagemata vertentem.

Alia... vasa. Bacchus cantharis uisse dicitur. — *Vehicula con-* . Asseribus, scil. obliquis. Ar- , loco laudato, duas armamaxas s esse dixit; nec omnem exer- curribus vectum esse, sed re- ıntum et amicos : exercitum co- ım et ludentem sequutum esse.

— *Alia veste pretiosa*. Ex. c. purpurea. *Vestis* nomen, ut notat Freinshemius, late patet, etiam vela ista candida, quæ intellige ex Indica bysso confecta, comprehendit.

26. *Cohors regia*. Cohors puerorum nobilium. — *Coronisque*. Præsertim ex hedera. Plin. XVI, 34. — *Item*. Schefferus mavult: *tum*.

27. *Bacchabundum agmen*. Ita se gerens, ut solebant orgia Bacchi celebrantes, qui tanquam furore acti cum ululatu discurrebant. — *Parata præda*. Non dubitavi sic scribere cum Codd. Theocr. et Schmiedero, quamvis Freinshem. vulgatam *parta præda* ex Virg. Eclog. 3; 68, et Sallust. Jug. 10, 4, defendat. Hic revocanda sunt quæ dixit Livius, lib. IX: « Longe alius Italiæ quam Indiæ, per quam temulento agmine comessabundus incessit, visus illi habitus esset. »

septem dierum crapula graves in suo triumpho capere
28 potuerunt. Sed fortuna, quæ rebus famam pretium-
que constituit, hic quoque militiæ probrum vertit in
gloriam; et præsens ætas, et posteritas deinde mirata
est, per gentes nondum satis domitas incessisse temu-
lentos, barbaris, quod temeritas erat, fiduciam esse
29 credentibus. Hunc apparatum carnifex sequebatur:
quippe satrapes Aspastes, de quo ante dictum est,
30 interfici jussus est; adeo nec luxuriæ quidquam cru-
delitas, nec crudelitati luxuria obstat.

30. *Adeo nec*. His et talibus sententiis, quæ in Curtio interdum occurrunt, probatur, ipsum, si non historicus fuerit omni numero absolutus, dignum saltem fuisse qui iisdem verbis depingeretur, quibus oratorem depingit Fabius: « Vir bonus, dicendi peritus. »

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

REGIS MACEDONUM

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Alexandri severitas in præfectos improbos; Nearchi prior ad regem reditus; Alexandri consilia de orbe terrarum subigendo. Orsinis insontis supplicium. Literæ ex India et Europa.—II. Dum Alexander turbatum Græciæ statum pacare, ex militibus ære alieno liberatis seniores remittere domum, reliquos retinere cogitat, in castris oritur seditio, quam gravi oratione et regia auctoritate compescit. — III. IV. Seditiosis supplicio affectis, totius exercitus dissipat consilia, et Persis credit corporis custodiam. (*Sequitur magna lacuna.*) — V. Alexander moribundus exercitum salutat. Dicta et gesta ejus ante obitum. Quantum a suis fuerit desideratus, præcipue vero a Darii matre; quæ, dolori succumbens, paullo post exstincta est. Alexandri elogium. — VI. De rege, qui Alexandrum exciperet, inter Macedonas consultatio et variæ sententiæ. — VII. Aridæum, Alexandri fratrem, regem salutat Meleager; filio ex Roxane futuro Perdiccam et Leonnatum tutores destinat Pithon; regiam peditibus stipatus irrumpit Aridæus cum Meleagro; equitibus comitibus ex urbe excedere statuunt Perdicca et Leonnatus. — VIII. Perdicca e vitæ periculo servatus campis occupatis Babylonem fame premit. Aridæus autem, pacis studiosus, tumultum media quadam ratione componere conatur. — IX. Perdicca, dum patrio more exercitum lustrat, Meleagrum et

trecentos fere alios discordiæ auctores dolo opprimit. — **X.** Alexandri imperium dividit Perdicca, summam Aridæo et sibi, provincias copiarum ducibus tribuens. Rumor de Alexandro, veneno necato. Corpus ejus Ægyptiorum et Chaldæorum more curatum Ptolemæus Alexandriam transfert.

1 Cap. I. Iisdem fere diebus Cleander, et Sitalces, et cum Agathone Heracon superveniunt, qui Parmenionem jussu regis occiderant: quinque millia peditum
2 cum equitibus mille; sed et accusatores eos e provincia, cui præfuerant, sequebantur; nec tot facinora, quot admiserant, compensare poterant cædis per-
3 quam gratæ regi ministerio. Quippe quum omnia profana spoliassent; ne sacris quidem abstinuerant: virginesque et principes feminarum, stupra per-
4 pessæ, corporum ludibria deflebant. Invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido barbaris fe-
5 cerat. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constupratam servo suo pelli-

1. *Iisdem fere diebus.* Quum Alexander per Carmaniam duceret. Conf. Arrian. lib. VI, cap. 27, § 8 sqq. qui Agathonem reticuit. Curtius supra lib. VIII, cap. 2, Cleandrum solum nominavit. — *Quinque millia peditum.* Scil. sequebantur. Emendavi pravam editionum interpunctionem. Reliquæ Parmenionis copiæ diu ante, quum Arachosiam subigeret, ad Alexandrum pervenerunt.

2. *Cædis..... ministerio.* Quamvis Alexandro per cædem Parmenionis bene de se meriti viderentur, tanta tamen deliquerant, ut facinora sua merito illo compensare non possent.

5. *Servo suo dederat.* Qua majorem indigrioremque injuriam ne excogitare quidem poterant. Justin. XVI, 5, 2: « Ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores filiasque eorum nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit » Clearchus Heracliensis tyrannus. Et fere semper tyrannis, injustis prætoribus, etc., in feminas injuria omnium malorum et exitii caussa fuit. Caussam docuit *Montesquieu, Grandeur des Romains,* cap. 1: « Le peuple à qui une « action pareille fait si bien sentir sa « servitude, prend d'abord une réso« lution extrême. Un peuple peut aisé« ment souffrir qu'on exige de lui de « nouveaux tributs; il ne sait pas s'il ne « retirera point quelque utilité de l'em« ploi qu'on fera de l'argent qu'on lui « demande : mais quand on lui fait un « affront, il ne sent que son malheur, « et il y ajoute l'idée de tous les maux « qui sont possibles. »

ederat. Plerique amicorum Alexandri non tam 6
ıum, quæ palam objiciebantur, atrocitatem, memoriam occisi per eos Parmenionis, quod :n prodesse reis apud regem poterat, intueban- ɜti recidisse iram in iræ ministros, nec ullam tiam, scelere quæsitam, cuiquam esse diutur- Rex, cognita caussa, pronunciavit, ab accusa- 7
ıs unum, et id maximum, crimen esse præteri-]esperationem salutis suæ: numquam enim talia ɔs, qui ipsum ex India sospitem aut optassent :i, aut credidissent reversurum. Igitur hos qui- 8
vinxit; DC autem militum, qui sævitiæ eorum tri fuerant, interfici jussit. Eodem die sumptum 9
pplicium de iis quoque, quos auctores defectio- ersarum Craterus adduxerat. Haud multo post 10
:hus et Onesicritus, quos longius in Oceanum dere jusserat, superveniunt. Nunciabant autem 11
ım audita, alia comperta; insulam ostio amnis

ıod tacitum. Plerosque ami- Alexandri gavisos dicit Clean- orumque calamitate, non tam ninum, quæ his objiciebantur na, quam quod eos memine- :idendi Parmenionis ministros cujus obsequii recordatio re- d tacite, in animo, impellere ut iis ignosceret. Opponitur palam objecto. Fuerunt, qui *e*, vel *tantum* legerent; posses *ıod factum.* Sed nihil mutan- ıseo. — *Nec ullam potentiam.* am scripsit noster, ut fere so- ›: læti, nec hisce hominibus atem, quam scelere quæsive- ıturnam esse.

ılutis suæ. Salutis Alexandri. ıs ad Tacitum, Arr. lib. II, , § 2, ostendit illud familiare bus esse, ut omnia perperam facta ad crimen majestatis trahant.

8. *Hos quidem vinxit.* Occisos esse tradiderunt Just. XII, 10; Diod. XVII, 106; Plut. Vit. Alex. c. 68; Arrian. VI, 27, 10; sed eorum nomina non dederunt.

9. *Auctores defectionis Persarum.* Conf. notam ad IX, 10, 3. Pervenerat Nearchus ad Ananin fluvium (hodie *Ibrahim*) in litoribus Carmaniæ, ubi quum castra Alexandri quinque dierum itinere abesse audiret, subductis in terram navibus, sua castra muniit, atque cum sex aliis ad Alexandrum tendit. Arrian. Hist. Indic. c. 34 sqq. Diodorus urbem, ubi tum castra habebat Alexander, Salmuntem appellat.

11. *Quædam audita, alia comperta.* Hoc est, alia auditu, alia oculis comperta, ut dixit Curtius, V, 4, 10. Omnia narrantur ex relatione nauta-

subjectam auro abundare; inopem equorum esse: singulos equos ab iis, qui ex continenti trajicere aude-
12 rent, singulis talentis emi: plenum esse belluarum mare: æstu secundo eas ferri magnarum navium cor-

rum et militum gregariorum. Alexandri enim scire intererat, qualia litora, quales incolas, portus, insulas invenerit Nearchus. Hæc, sine dubio, regi præfectus classis narrabat; eadem vero a studio et cura vulgi aliena erant: cupide potius audiebantur hæc de balænis et insulis fabulosis. Hinc factum est, ut de his tantum rebus in Diodor. c. 106, et Curtio mentionem factam reperiamus. De illis gravioribus Arrianus, ne Alexandri res gestæ interrumperentur, sed ad mortem ejus universæ in conspectu darentur, sicut tempore cohærent, ita opere conjunctæ, in libro singulari scripsit. Jam vero in Arriano nihil *de insula auro abundante, equorum inope*, invenitur, nihil in Diodoro. Curtius hæc omnia ex itinerariis mercatorum posterioris ævi sumpsit, qui nec ipsi insulam viderant; sed, quum ultra Indum regionem auro abundantem esse audissent, eam et crediderunt insulam esse, *Chrysen* appellantes (Plin. VI, 21, 23; Mela, 3, 7; Dionys. Per. v. 589), et Indi ostiis objectam, aliaque multa, quæ in geographis videas, de eadem fabulati sunt. Præterea, si Curtius inopem eam equorum dixit, ne aliam famam cum alia confuderit, vereor. Chrysen saltem inopem equorum alibi dici non memini. India vero cis Gangen, qua meridien vergit, nostris adhuc temporibus equis non abundat; priori vero ævo multi equi quotannis ex Persia advehebantur. Quod si igitur jam a mercatore post Alexandri tempora ex Ægypto in Indiam profecto observatum est, in Indiam ultra Indum equos advehi, facile fieri potuit, ut alius insulam Chrysen, Indi scilicet ostio objectam, equorum inopem putaret. Hæc *Schmieder*, et sequentia quoque. — *Singulis equis.* Vocem *singulis* cum P. Burmanno pro glossa habeo.

12. *Plenum esse belluarum mare.* Hoc est, balænarum; ex quibus Plin. VI, 23, hydros marinos fecit. Sed, ut Curtius intelligi possit, quædam ex Arrian. Hist. Ind. c. 30, adscribenda sunt. Quum Nearchus præter litora Ichthyophagorum navigaret, aliquando sub auroram aquam sursum efflari, et tanquam turbinibus violenter in altum afferri videbat; quam a balænis efflari, quum a ducibus navigationis comperisset, jussit naves adversis proris in eas dirigi, ut nautæ assidue et magno strepitu remigantes una cum ipso remorum sonitu ingentes etiam clamores ederent. Signo deinde dato omnes simul remigasse, quumque jam propiores belluis facti essent, quantum capita ferre poterant, acclamasse, tubasque clanxisse, et remorum pulsum latissime sonum edidisse; atque ita cete, quæ jam ad proras navium videbantur, exterrita in profundum sese abdidisse, neque multo post ad puppes emersisse, rursusque magnam undarum vim sursum efflasse. Sic Nearchus. Jam quæro ex te, utrum ex solis Curtii verbis: *truci cantu deterritas sequi classem*, quid acciderit, intellexisses? — Addit Nearchus, nonnullas harum belluarum interdum variis locis ad litus appelli, et recedente æstu in vadis hærere; alias vero a vehementi-

a æquantes; truci cantu deterritas sequi classem; ı magno æquoris strepitu, velut demersa navigia, isse aquas. Cetera incolis crediderant; inter quæ, 13
rum mare non a colore undarum, ut plerique cre-ent, sed ab Erythra rege appellari. Esse haud pro- 14
a continenti insulam, palmis frequentibus consi-, et in medio fere nemore columnam eminere, thræ regis monumentum, literis gentis ejus scri-n. Adjiciebant, navigia, quæ lixas mercatoresque 15
issent, famam auri sequutis gubernatoribus, in in-

empestatibus in terram ejectas ı. Hoc *æstu secundo eas ferri*, Curtius, id est, et ab æstu mari- et a tempestatibus eas cum ipsis ous volvi, ad ea litora deferri. n quoque Strabo. XV.

. *Rubrum mare*, etc. Vide not. [, 2, 9, et VIII, 9, 14. Græcum nomen, ex quo mare appellatio- habere dicitur, jam satis docet, n fabulam esse Græcorum.

. *Insulam*. Oaracta apud Arrian. Ind. XXXVII, 2, 3. Plures de ı cum Erythræ monumento post chum scripserunt, et diversa no- etiam a commilitonibus Near- rodita videntur. *Ogyris* dicitur ›, VI, 28; Melæ, III, 8; Ste- › et Dionysio, 607; Eratostheni, *a*, Nearcho *Doracta*, aut *Bo- ta*, apud Strab. XVI. Hodie vo- *Kismis*. Apud Strab. pag. 1111, ræ tumulus magnus a Carmania ım versus MM stadia abesse di- cujus auctoritate, incertum est. s enim locus pro corrupto habe- tiam numeri corrupti sunt. Credi t, eam insulam sinus persici intel- lam esse, quæ nostris quoque ribus *magnus tumulus* (*great* appellatur. Ceterum quod mo- ntum Curtius *columnam* dixit, idem apud Arrian. *sepulcrum*, apud Strabon. *magnus tumulus silvestribus palmis consitus* vocatur. Qualecumque vero et nomen insulæ, et sepulcrum Erythræ fuerit, hoc tamen ex Nearcho certum est, Macedonas hanc insulam, cujus aliquis tumulus fabulæ de Erythra inveniendæ occasionem præbuerit, prius non vidisse, quam post reditum Nearchi ex castris Alexandri ad Anamin fluvium, et navigationem per sinum persicum continuatam. Anachronismus certus est. Nearchus narrare non poterat, quæ tum ignorabat, et postea demum comperit.

15. *Adjiciebant*. Scil. Nearchus et Onesicritus. — *Famam auri sequutis*. Longius progressis, quod in ea insula aurum reperiri dicebatur. — *In insulam.... Nosala* vocatam. Nearchus (apud Arrian. Hist. Ind. c. 31) hæc narraverat: Quum classis regionem Ichthyophagorum præternavigaret, cercurum unum, ægyptiis nautis instructum, non procul ab hac insula evanuisse; itineris duces narrasse quemcumque, qui imprudens eo deferatur, evanescere. Se vero prius navem in circumitum insulæ misisse, et nautas jussisse, ut, quam proxime ad oram navigantes, descensu quidem abstinerent, hominibus vero acclama-

sulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.
16 Rex, cognoscendi plura cupidine accensus, rursus eos terram legere jubet, donec ad Euphraten appellerent classem; inde adverso amne Babylonem subituros.
17 Ipse animo infinita complexus, statuerat, omni ad Orientem maritima regione perdomita, ex Syria pe-

rent. Tum vero nemine respondente, se ipsum eo navigasse, in insulam, licet invitis nautis, descendisse, vanamque atque inanem de insula famam spargi docuisse, etc. Reliqua non pertinent ad rem nostram. Præter litora Ichthyophagorum, duo tantum insulæ repertæ sunt: altera, eaque minima, in sinu *Guttar*, altera apud Arrian. *Carnine* vocatur, hodie *Aschtola*. Alterutra intelligenda est. Jam vides, unum cercurum a Curtio in plura navigia, Ægyptios in lixas et mercatores immutatos, et famam auri propter mercatores in navigiis vectos affictam esse. — *Ab his*. Intelligi possunt reliqui classiarii. Mallem tamen tres voculas has, *ab his postea,* abesse. Sine dubio ex glossa est vel *postea*, vel *deinde:* fortasse etiam *ab his*, quæ voculæ ex emendatione glossæ *abhinc* ortæ videntur. — *Nec postea visa*. Fingebant enim unam Nereidum in hac insula habitare, eamque cum omnibus, qui eo appellerent, congredi, et post coitum, in pisces transformatos in mare projicere.

16. *Legere*. Juxta litus navigare. Virg. Æneid. III, 292: « Litoraque Epiri legimus..... » — *Adverso amne* Euphrate *Babylonem subituros*. Potuit hæc Alexander jubere. Classis vero, quum ad Euphraten pervenisset, reversa est ad Pasitigrin, quo amne adverso vecta in Susiam, ad Alexandrum rediit.

17. *Animo infinita complexus*. Lucanus, X, 39, eadem poetice descripsit: « ..... Oceano classes inferre parabat Exteriore mari: non illi flamma, nec undæ, Nec sterilis Libye, nec Syrticus obstitit Ammon. Isset in occasus, mundi devexa secutus, Ambissetque polos, Nilumque a fonte bibisset. Occurrit suprema dies; naturaque solum Hunc potuit finem vesano ponere regi. » Ita Cæsar, ita Pyrrhus, ita Carolus duodecimus, Suecorum rex; ita major omnibus his, noster Henricus quartus multa instituebant, quum eos fatum intercepit. — *Omni ad Orientem maritima regione perdomita*. Maritima ad Orientem regio non est Arabiæ, ut putant interpretes, sed Scythiæ et Indiæ a mari Caspio ad sinum persicum usque, scil. ut opinabatur Alexander. Conf. notam ad IX, 2, 26. Si Curtius scripsit, Alexandrum ex Syria Africam, Hispaniam et Italiam petere voluisse, non intelligitur, cur classis, ex materia in Libano monte cæsa condita, Babylonem deduci potuisset, unde in Arabiam quidem Æthiopiamque et Ægyptum expeditio fieri potuisset, non in Carthaginem Hispaniamque. Scilicet Curtius duas narrationes diversas in unam confudit; quarum utraque paucis exponenda est. Alexander ex India redux Craterum in Ciliciam miserat, cum mandatis scripto comprehensis, ut mille naves longas triremibus grandiores in Phœnicia, Syria, Cilicia et Cypro ad expedi-

ıfricam, Carthagini infensus; inde, Numidiæ linibus peragratis, cursum Gadis dirigere (ibi ue columnam Herculis esse fama vulgaverat): nias deinde, quas *Iberiam* Græci a flumine Ibero 18 ant, adire; et prætervehi Alpes, Italiæque oram,

n Carthaginienses et ceteros, ıles Africæ et Hispaniæ, vicinaritimas ad Siciliam usque incolerent, exstruerentur, etc. XVIII, 4. Ad hæc respexit § 17 et 18. *Ex Syria* Aleı *petere* voluisse *Africam* pro*arthagini infensum*, quod Tyısis auxilia promisisset. *Inde, : solitudinis peragratis, cur*sis *Gadis* (antiqua est forma es, vel Gadeis) *dirigere. Ibi*, vel *ibi quoque* (ut C. P.) *co-* (columnas) *Herculis esse, fa- lgavisse*, quod etiam Strabo, pag. 258, testatur. A plurimis laustra freti Herculei Calpe, ıropæ, Abyla, mons Africæ, ımnis Herculis habentur. *Hideinde* (seu Hispaniam ulteet citeriorem) *quas Iberiam flumine Ibero*, et gente Ibe- :onf. Mannert. t. I, p. 218), *t, adire* voluisse, etc. Altera ıum est apud Arr. VII, 19, xandrum, Arabiam subactuud Babylonem magnam clasruxisse; alias eum naves hae classe Nearchi, alias ex Phœınde duæ quinqueremes, III mes, XII triremes, et XXX ıaves triginta remorum disseapsacum ad Euphraten adveent, ibique denuo compagicundo Euphrate Babylonem lias ex cupressis in Babylonia astructas esse; nautas et clas- :onductos fuisse ex Phœnicia ıa ora maritima, etc. Ad hæc respexit Curtius in sqq. Non debebat scribere: *Igitur Mesopotamiæ prætoribus imperavit*: nam, si ex Syria expeditionem ordiri vellet, eam ob caussam naves ex Syria Babylonem non erant devehendæ; nec verisimile est, Alexandrum Mesopotamiæ præfectis curam navium tradidisse: Libanus enim, ex quo materia petenda erat, Syriæ mons est; Thapsacus, ubi naves compaginandæ erant, Syriæ urbs. Igitur sine dubio Phœniciæ et Syriæ præfectis navium comparandarum cura commissa erat. Vidisti etiam ex Arriani loco, nullam navium septiremem fuisse; si etiam Euphraten septiremes ferre potuisse concederem. Pro *ingentium* in pluribus Codd. legitur *et ingentarumque*: in uno, *et octingentarum*, quod, abjecta tamen copula, restituendum esse videtur. Hæc Schmied. — *Carthagini infensus*. Vide supra IV, 4, 8. Nec illi ignorabant, aut negligebant; sed quum animadvertissent Alexandri ita magnas opes, ut Africæ quoque immineret, unum ex civibus, virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinum, jusserunt simulato exsilio ire ad regem, omnique studio in amicitiam ejus pervenire; qua is potitus, consilia ejus nota civibus suis faciebat. Front. I, 2, 3; Just. XXI, 6. Sed quum hæc loquentem Alexandrum lego, audire mihi videor Pyrrhum illum, quem tanta solertia Plutarchus, et noster *Boileau*, Satir. V, fingunt cum Cynea disserentem: « Il ne faut qu'un bon vent, et Carthage est conquise. » — *Italiæ*. Egregia est apud Livium

19 unde in Epirum brevis cursus est. Igitur Mesopotamiæ prætoribus imperavit, materia in Libano monte cæsa, devectaque ad urbem Syriæ Thapsacum, ingentium carinas navium ponere; septiremes omnes esse, deducique Babylonem. Cypriorum regibus imperatum,
20 ut æs, stuppamque, et vela præberent. Hæc agenti Pori et Taxilis regum literæ traduntur, Abisaren morbo, Philippum, præfectum ipsius, ex vulnere interisse, op-
21 pressosque, qui vulnerassent eum. Igitur Philippo substituit Eudæmonem: dux erat Thracum. Abisaris
22 regnum filio ejus attribuit. Ventum est deinde Persagadas. Persica est gens, cujus satrapes Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens.
23 Genus ducebat a Cyro, quondam rege Persarum: opes et a majoribus traditas habebat, et ipse longa
24 imperii possessione cumulaverat. Is regi cum omnis

disputatio, lib. IX, quem Italiæ expeditionis fructum relaturus Alexander fuerit, si Romanos lacessisset, nec dubitat irritum incepti abiturum fuisse.

19. *Cypriorum regibus.* Plures hujus insulæ tunc temporis erant. Ammian. XIV, 27: »Tanta tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, a fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque armamentis instructam mari committat.«

20. *Philippum præfectum.* Philippum, Machatæ, ut videtur, filium, Indiæ inter flumina ad Indi et Acesinis confluentes satrapam constituerat Alexander, Arrian. VI, 15, 4. Interfectus est dolo a mercenariis, quorum alii in ipso facto, alii paullo post capti pœnam dederunt. Philippi morte comperta, Alexander Eudemum (Eudæmonem Curtii) et Taxilen provinciæ ejus præesse jussit, donec alium satrapam misisset. Arrian. VII, 27, 3—5.

22. *Persagadas.* Vide notam ad V, 6, 10. De *Orsine* ad IV, 12, 7, 8. Ne putes, mentem Curtii esse, Persagadarum incolas esse gentem persicam, et Orsinen fuisse satrapam Persagadarum; sed dicit, venisse regem Persagadas, urbem Persidis, cujus totius provinciæ satrapen fuisse Orsinen. Similiter et alibi loquitur. Ex Arriano, VI, 29, 2, teneas, Phrasaorten, quem Alexander Persidis satrapen constituerat, dum rex in India versaretur, morbo periisse; tum Orsinen Persidis curam suscepisse, non quidem Alexandro jubente, sed quod, quum alius præfectus non adesset, sibi eam esse auctoritatem censeret, quæ Persas in officio continere posset. Videtur dynasta persicus fuisse: inde longa imperii possessio ei adscribitur.

ris donis, non ipsi modo ea, sed etiam amicis daturus, occurrit. Equorum domiti greges seque-ur, currusque argento et auro adornati, pretiosa llex, et nobiles gemmæ, aurea magni ponderis , vestesque purpureæ, et signati argenti talentum uor millia. Ceterum tanta benignitas barbaro 25
ıa mortis fuit: nam quum omnes amicos regis s super ipsorum vota coluisset; Bagoæ spadoni, Alexandrum obsequio corporis devinxerat sibi, ım honorem habuit; admonitusque a quibus- 26
, quam Alexandro cordi esset, respondit, amicos , non scorta se colere, nec moris esse Persis, :s ducere, qui stupro effeminarentur. His audi- 27
ıpado potentiam flagitio et dedecore quæsitam in t nobilissimi et insontis exercuit: namque gentis lem levissimos falsis criminibus adstruxit, moni-tum demum ea deferre, quum ipse jussisset. In- 28
ȝ quoties sine arbitris erat, credulas regis aures ebat; dissimulans caussam iræ, quo gravior cri-ıntis auctoritas esset. Nondum suspectus erat Or- 29
ı, jam tamen vilior. Reus enim in secreto ageba- latentis periculi ignarus: et importunissimum :um, ne in stupro quidem et dedecoris patientia lis oblitum, quoties amorem regis in se accen-t, Orsinen modo avaritiæ, interdum etiam defec-

Talentum quatuor millia. Tantas satrapam dono dare, et Alexan- accipere potuisse jure dubitat nemius. Fortasse cum Codd. ı, *talenta quadringenta* legen-st.

Bagoæ. Vide ad VI, 5, 23.

Nec moris esse Persis. Supra , loco laudato, Bagoæ eidem et ı fuisse assuetum scribebatur. x Orsinæ indignantis. Vide de hac sententia Perizonium, Curt. Vindic. p. 96 et sqq.

27. *Levissimos.* Eodem sensu quo *levis auctor,* IV, 3, 22; VI, 7, 33; fide indignissimos, quibus nihil credendum est. — *Adstruxit. Instruxit,* Acidalius, qui negat *adstruere* reperiri pro subornare, submittere.

29. *Vilior.* Minoris auctoritatis et gratiæ apud regem. — *Importunissimum,* nequissimum.

30 tionis, arguebat. Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia; et fatum, cujus inevitabilis sors est, appetebat. Forte enim sepulcrum Cyri Alexander jussit aperiri, in quo erat conditum ejus corpus, cui dare
31 volebat inferias. Auro argentoque repletum esse crediderat, quippe ita fama Persæ vulgaverant; sed præter clypeum ejus putrem, et arcus duos scythicos, et
32 acinacem, nihil reperit. Ceterum corona aurea imposita amiculo, cui assueverat ipse, solium, in quo corpus jacebat, velavit; miratus, tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud pretiosius sepultum
33 esse, quam si fuisset e plebe. Proximus erat lateri spado, qui regem intuens : « Quid mirum, inquit, est, inania sepulcra esse regum, quum satraparum do-
34 mus aurum inde egestum capere non possint? Quod ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram: sed ex Dario ita accepi, tria millia talentum condita
35 esse cum Cyro. Hinc illa benignitas in te, ut, quod impune habere non poterat Orsines, donando etiam
36 gratiam iniret.» Concitaverat jam animum in iram,

30. *Sepulcrum Cyri.* Quod Persagadis erat in paradiso regio. Si Arrian. VI, 29, sequimur (qui omnia, quæ ad hoc sepulcrum pertinent, diligenter ex Aristobulo descripsit § 5—17), Alexander Cyri sepulcrum re vera perfractum et spoliatum reperit. Sed auctores facinoris non poterant deprehendi. Ab Aristobulo, rege jubente, denuo instauratum est. Alii alia tradiderunt. Plutarchus scilicet, Polymachum Pellæum morte mulctatum, quia hoc monumentum spoliaverat; Strab. lib. XV, latrones fuisse hujus sceleris auctores. Strabo et Arrianus monumentum descripsere. Epitaphium insculptum erat persica lingua, cujus sensus est, ut transtulit Arrianus, VI, 29, 12 : Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρος εἰμι ὁ Καμβύσου, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας. Μὴ οὖν φθονήσης μοι τοῦ μνήματος. De hoc docte disseruit *Sainte-Croix*, pag. 421 et sqq.

32. *Corona aurea imposita.* Sic etiam Achillis monumentum coronavit, et Hephæstion Patrocli. Ælian. Hist. Var. XII, 7. — *Solium.* Hoc loco, loculum, sarcophagum; πύελον apud Arrian.

35. *Hinc illa benignitas.* Ex hoc auro illa Orsinæ munera profecta sunt, quæ tibi eo consilio attulit, ut ea donando quæ retinere impune non poterat, quia scelere parta erant, gratiam apud te iniret.

quum ii, quibus negotium idem dederat, superveniunt : hinc Bagoas, hinc ab eo subornati falsis criminibus occupant aures. Antequam accusari se suspica- 37
retur Orsines, in vincula est traditus. Non contentus supplicio insontis spado, ipse morituro manum injecit. Quem Orsines intuens : « Audieram, inquit, in Asia olim regnasse feminas; hoc vero novum est, regnare
castratum! » Hic fuit exitus nobilissimi Persarum, nec 38
insontis modo, sed eximiæ quoque benignitatis in
regem. Eodem tempore Phradates regnum affectasse 39
suspectus occiditur. Cœperat esse præceps ad repræ-
sentanda supplicia; idem ad deteriora credenda. Sci- 40
licet res secundæ valent commutare naturam, et raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paullo ante Lyncesten Alexandrum delatum a duobus
indicibus damnare non sustinuerat; humiliores quo- 41
que reos contra suam voluntatem, quia ceteris videbantur insontes, passus absolvi : hostibus victis regna

37. *Supplicio insontis.* In crucem sublatus est Orsines Persepoli, non Persagadis, et, si Arriano, VI, 30, credis, merito, quod templa et sepulcra regia (sc. quæ Persepoli erant), spoliasset, et multos Persarum injuste peremisset, convictus. De Bagoæ insidiis ne verbo quidem monuit Arrianus. — *Regnasse feminas.* Ex. c. Semiramidem. — *Novum vero esse, regnare castratum.* Hoc præ indignatione Orsinen dixisse, Curtius finxit. Nescire non poterat, sæpe in Persis alios nomine, alios, eosque castratos, auctoritate reges fuisse; ex. c. eum Bagoam, qui Ochum et Arsen occiderat, et Darium occisurus ipse perierat.

39. *Phradates.* De Phradate vide ad VIII, 3, 17. — *Cœperat esse præceps.* Idem testatur Arrian. 7, 4. — *Repræsentanda.* Exercenda. — *Idem.* Fl. Heins. et Schefferus exhibent *item.*

40. *Satis cautus est.* Similes sententias legimus in libb. III et VIII. De Conone Nepos, c. 5 : « Accidit huic quod cæteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna. » — *Paullo ante.* Quatuor annis ante. Lyncestes (de quo vide ad VII, 1, 5), occisus est Ol. 112, 3; Orxines et alii Ol. 113, 3.

41. *Humiliores quoque.* Amyntam, Polemonem, Simmiam. — *Regna reduxerat.* Legendum est vel cum Freinshemio *regna reddiderat*, vel cum Heinsio *regna adauxerat*, vel similiter. Utrumque et verum est de Poro, et indicium animi æqui, nec dum degenerantis. Sequentia in Codd. ita variantur, ut Curtii manum non superesse palam sit. Non habeo, quod pro vero venditare audeam.

42 reduxerat: ad ultimum a semet ipso degeneravit usque adeo, ut adversus libidinem animi, arbitrio scorti,
43 aliis regna daret, aliis adimeret vitam. Iisdem fere diebus literas [a Cœno] accepit de rebus in Europa et
44 Asia gestis, dum ipse Indiam subigit. Zopyrio, Thraciæ præpositus, dum expeditionem in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis, cum toto
45 exercitu oppressus erat. Qua cognita clade, Seuthes Odrysas, populares suos, ad defectionem compulerat. Amissa promemodum Thracia, ne Græcia quidem
1 [tumultibus inconcussa mansit. Nam Alexander, punita satraparum quorumdam insolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis attinetur, per summa scelera atque flagitia in provinciales exercuerant, ceterorum metum in-
2 tenderat[1]: qui in paribus delictis idem admissorum præmium exspectantes, in mercenariorum militum fidem confugiebant, illorum manibus, si ad supplicium poscerentur, salutem suam tutaturi; aut pecunia, quanta poterat, coacta,
3 fugam inibant. Ea re cognita, literæ ad omnes Asiæ prætores missæ sunt, quibus inspectis e vestigio omnes peregrinos milites, qui stipendia sub ipsis facerent, dimittere jubeban-
4 tur. Erat inter eos Harpalus[2], quem Alexander, quod ob ipsius amicitiam olim a Philippo ejectus solum vertisset, inter fidissimos habebat, et post Mazæi mortem satrapia Babyloniæ donaverat, thesaurorumque custodiæ præfecerat.
5 Is igitur quum fiduciam, quam in propensissima regis gratia habere poterat, magnitudine flagitiorum consumpsisset,

43. *Literas a Cœno accepit.* Sequutus MSS. editorumque nonnullos importuna duo verba *a Cœno* uncis inclusi cum Freinshemio et Schmiedero. Cœnus enim (supra lib. IX, 3, 21) in India mortuus erat. Mox mallem *subigeret* pro *subigit*.

44. *Zopyrio.* Eum non Thraciæ, sed Ponti præfectum facit, et ejus cladem longe ante ista tempora refert Justinus, XII, 1, 4. — *Tempestatibus.* Scytharum armis, Just. XII, 1.

45. *In Græcia quidem.* In nostro regio codice 5717, et aliquot aliis, oræ adscriptum est: *hic desunt duæ lineæ;* cætera, ad caput 2, Freinshemii supplementa sunt.

1. Curt. X, 1, 8; Plutarch. c. 117; Diodor. XVII, 106.

2. Plutarch. cap. 116.

e talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque lium mercenariorum manu, in Europam [3] evadit. lem enim [4] luxu et libidinibus in præceps tractus, 6
ıtaque apud regem venia, adversus iram ipsius in opibus subsidium circumspicere ceperat; et Athe- [5], quorum non contemnendam potentiam, et apud Græcos auctoritatem, tum occultum in Macedonas norat, sedulo coluerat. Itaque spem suis faciebat, 7
ənses, adventu suo cognito, copiisque et pecuniis lduceret coram inspectis, protinus arma consiliaque ros esse : nam apud populum imperitum et mobilem, nines improbos [6], et avaritia venales, omnia se mus consequuturum existimabat.]

Igitur triginta navibus Sunium transmittunt: 1
ıntorium est Atticæ terræ, unde portum urbis decreverant. His cognitis, rex, Harpalo Athe- 2
busque juxta infestus, classem parari jubet, as protinus petiturus. Quod consilium dum 3
clam, literæ ei redduntur; Harpalum intrasse n Athenas, pecunia conciliasse sibi principum s; mox concilio plebis habito jussum urbe ex-:, ad Græcos milites pervenisse, a quibus intern et trucidatum a quodam viatore per insidias.

.tarch. cap. 74; Arrian. III, , 14; Diodor. XVII, 108.
ıenæus, XIII, 7.
›dor. XVII, 108.
ıt. Phoc. cap. 28, et Demosth. Justin. XIII, 5, 7; Dinarchus emosth.
uum. Harpalus et mercenarii qui ex Asia profugerant, vel ırum, Laconicæ promontoodoro teste, lib. XVII, 108; unium Atticæ classem suam ıt, unde Harpalus cum paunibus et grandi pecuniæ summa profectus est contra regem cives, ut rebellarent, sollicitaturus. *Cell.*

3. *Dum agitat clam.* Plurimi Codd. *quum agitat clam, literæ redduntur;* unus: *clam agitanti literæ redduntur,* quod præfert Freinshemius, qui jure dubitat, Alexandrum in ea magnitudine fortunæ atque gloriæ clam fuisse habiturum, quem hostem peteret. — *Principum animos.* Præcipue oratorum. Demosthenem XX talentis et calice corrupisse dicitur. — *A quibus interceptum et trucidatum a quodam viatore per insidias.* Locus, si quis alius, corruptus. Codices in maxime diversa abeunt; nostri regii legunt: *a*

4 His lætus in Europam trajiciendi consilium omisit: sed exsules, præter eos, qui civili sanguine adspersi erant, recipi ab omnibus Græcorum civitatibus, quis
5 pulsi erant, jussit. Et Græci, haud ausi imperium adspernari, quanquam solvendarum legum id principium esse censebant; bona quoque, quæ exsta-
6 rent, restituere damnatis. Soli Athenienses, non suæ modo, sed etiam publicæ vindices libertatis, colluvionem hominum, quia ægre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi assueti,
7 prohibuere finibus; omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exsilii,
8 admitterent. Alexander, senioribus militum in patriam remissis, tredecim millia peditum, et duo millia

quodam auctore. Sed ex omnibus lectionibus et conjecturis præferrem quod dedere multi Curtii interpretes: *a quibus interceptum et Thimbrone quodam auctore interemptum per insidias*. A Thimbrone, uno ex amicis, dum a Tænaro Cretam navigaret, dolo interemptus narratur apud Diodor. XVII, 108, ubi, si placet, plura, quam Freinshemius in supplemento retulit, de ejus delictis legere potes.

4. *Jussit*. Per præcones in Olympiis. Exceperat sacrilegos et homicidas, Diod. c. 109; præter Thebanos, Plutarch. Apophth. Lacon. c. 59: « Infortunatum quidem, inquit Spartanus Eudamidas, præconium; sed vobis, o Thebani, gloriosum; solos enim vos metuit Alexander. »

5. *Solvendarum legum*. Hoc est, principium hoc esse libertatis suæ dissolvendæ. Græci enim, sub nomine sociorum huc usque αὐτόνομοι, nunc primam legem ab Alexandro accipiunt, quam ut aliæ sequerentur verendum erat, præcipue quum exsules reduces Macedonum magis partibus, quam libertati reipublicæ favere merito crederentur.

6. *Soli Athenienses*. Adde etiam Ætolos. Athenienses quidem publice, quandiu Alexander viveret, imperium ejus non detrectabant; simulac vero mortuum comperissent, tum ἐτόλμησαν ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. Et inde ortum est bellum lamiacum. Diod. XVIII, 8, 9. — *Quia* eam *ægre ferebant*. Scil. Athenienses. Sed totum locum, sic ut nunc legitur, ex conjectura sua dedit Modius. Plurimi Codd. *soli Athenienses non suo modo, sed etiam publice vindices colluvionem ordinem hominum...... assueti. Prohibuere igitur exsules finibus*, etc. In quibus versionem loci Diodorei, quem modo exscripsi, latere suspicatur *Schmieder*.

7. *Purgamenta*. Vide ad VI, 11, 2.

8. *Senioribus..... remissis*. Codices non variant. Sententia Curtii est: Alexander seniores militum in patriam

quinque talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque sex millium mercenariorum manu, in Europam [3] evadit. Jampridem enim [4] luxu et libidinibus in præceps tractus, 6
desperataque apud regem venia, adversus iram ipsius in alienis opibus subsidium circumspicere ceperat; et Athenienses [5], quorum non contemnendam potentiam, et apud ceteros Græcos auctoritatem, tum occultum in Macedonas odium norat, sedulo coluerat. Itaque spem suis faciebat, 7
Athenienses, adventu suo cognito, copiisque et pecuniis quas adduceret coram inspectis, protinus arma consiliaque sociaturos esse : nam apud populum imperitum et mobilem, per homines improbos [6], et avaritia venales, omnia se muneribus consequuturum existimabat.]

II. Igitur triginta navibus Sunium transmittunt: 1
promontorium est Atticæ terræ, unde portum urbis petere decreverant. His cognitis, rex, Harpalo Athe- 2
niensibusque juxta infestus, classem parari jubet, Athenas protinus petiturus. Quod consilium dum 3
agitat clam, literæ ei redduntur; Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliasse sibi principum animos; mox concilio plebis habito jussum urbe excedere, ad Græcos milites pervenisse, a quibus interceptum et trucidatum a quodam viatore per insidias.

3. Plutarch. cap. 74; Arrian. III, 1, 24; 8, 14; Diodor. XVII, 108.

4. Athenæus, XIII, 7.

5. Diodor. XVII, 108.

6. Plut. Phoc. cap. 28, et Demosth. cap. 34; Justin. XIII, 5, 7; Dinarchus contra Demosth.

1. *Sunium.* Harpalus et mercenarii milites, qui ex Asia profugerant, vel ad Tænarum, Laconicæ promontorium, Diodoro teste, lib. XVII, 108; vel ad Sunium Atticæ classem suam statuerant, unde Harpalus cum paucis comitibus et grandi pecuniæ summa Athenas profectus est contra regem cives, ut rebellarent, sollicitaturus. *Cell.*

3. *Dum agitat clam.* Plurimi Codd. *quum agitat clam, literæ redduntur;* unus : *clam agitanti literæ redduntur,* quod præfert Freinshemius, qui jure dubitat, Alexandrum in ea magnitudine fortunæ atque gloriæ clam fuisse habiturum, quem hostem peteret. — *Principum animos.* Præcipue oratorum. Demosthenem XX talentis et calice corrupisse dicitur. — *A quibus interceptum et trucidatum a quodam viatore per insidias.* Locus, si quis alius, corruptus. Codices in maxime diversa abeunt; nostri regii legunt: *a*

tuam eum regni sedem in Asia habiturum rati, vecordes, et disciplinæ militaris immemores, seditiosis vocibus castra complent, regemque ferocius quam alias adorti, omnes simul missionem postulare cœperunt; deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum
13 ostentantes. Nec aut præfectorum castigatione, aut verecundia regis deterriti, tumultuoso clamore et militari violentia volentem loqui inhibebant; palam professi, nusquam inde, nisi in patriam, vestigium esse
14 moturos. Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant,
15 quidnam dicturus esset, exspectabant. Ille, « Quid hæc, inquit, repens consternatio, et tam procax atque effusa licencia denunciat? Eloqui timeo: palam certe rupistis imperium; et precario rex sum, cui non alloquendi, non noscendi monendique, aut intuendi vos
16 jus reliquistis. Equidem quum alios dimittere in patriam, alios mecum paullo post deportare statuerim,

ducum in Susiana nuptiis; nihil de donis et coronis quæ ducibus, rebus gestis excellentibus, datæ; nihil de epigonis; de Asiaticis inter agmina macedonica receptis; nihil de Alexandri navigatione per Eulæum in sinum persicum, et reditu per Tigrin ad urbem Opin dixit, ubi tandem, quum senes et mutilati dimitterentur, militum illa consternatione Alexander irritabatur, in cujus caussa narranda Arrian. VII, 8, ab Curtio aliquid abit. Interpretatos esse milites dimissionem, ac si tanquam inutiles ad res bellicas ab Alexandro despicerentur, ægre tulisse eos vestem ejus persicam, ornatum macedonicum juvenibus barbaris (epigonis) concessum, equitesque asiaticos amicorum alis adscriptos. Audita igitur Alexandri oratione, qua dimitterentur, non amplius silentium tenuisse, sed omnes simul missionem postulantes, patre juvante (Hammone) bella eum gerere jussisse. Quo audito, desilientem Alexandrum de tribunali XIII eorum, qui ferocius obloquuti erant, ad supplicium rapuisse, et tum demum Macedonibus gravi oratione ingratitudinem exprobrasse. — *In Asia*. Babylone, credo.

14. *Dicturus*. Sic tres Codd. Vulgo *acturus*.

15. *Repens*. Repentina. *Precario*. Emendicata potestate impero. Vide ad IV, 7, 1. — *Noscendi*. Lustrandi.

16. *Paullo post deportare*. Præ se ferebat Alexander reditum in patriam agitare, dubium an ex animo: sunt enim complures qui in Asia sedem imperii fuisse constituturum arbitrantur. Eustath. ad Dionys. v. 995; Strabo lib. XV, XVI.

tam illos acclamantes video, qui abituri sunt, quam
hos, cum quibus præmissos subsequi statui. Quid hoc 17
est rei? dispari in caussa idem omnium clamor est!
Pervelim scire, utrum, qui discedunt, an qui reti-
nentur, de me querantur.» Crederes, uno ore omnes 18
sustulisse clamorem; ita pariter ex tota concione re-
sponsum est, omnes queri. Tum ille: «Non hercule, 19
inquit, potest fieri, ut adducar querendi simul omni-
bus hanc caussam esse, quam ostenditis; in qua ma-
jor pars exercitus non est, ut pote quum plures dimi-
serim, quam retenturus sum. Subest nimirum altius
malum, quod omnes avertit a me. Quando enim re- 20
gem universus exercitus deseruit? Ne servi quidem
uno grege profugiunt dominos; sed est quidam in illis
pudor, a ceteris destitutos relinquendi. Verum ego, 21
tam furiosæ consternationis oblitus, remedia insana-
bilibus conor adhibere. Omnem, hercule, spem, quam
ex vobis conceperam, damno; nec ut cum militibus
meis, jam enim esse destitistis, sed ut cum ingratissimis
oportet, agere decrevi. Secundis rebus, quæ circum- 22
fluunt vos, insanire cœpistis; obliti status ejus, quem
beneficio exsuistis meo; digni, hercule, qui in eodem
consenescatis, quoniam facilius est vobis adversam,
quam secundam regere fortunam. En tandem! Illyrio- 23
rum paullo ante et Persarum tributariis Asia et tot

20. *Profugiunt.* Pro *fugiunt.* Exempla præbent lexica.

21. *Consternationis.* Vide quæ de hoc verbo dixerim ad V, 10, 8; VII, 2, 32. His, quæ supra dedi, exemplis unum addam ex Sallust. Hist. I: «Equi sine rectoribus exterriti aut saucii consternantur;» id est, perturbantur, ut regi vix amplius possint, et, qua data via, ruant. Sic hoc loco *consternationem* accipe pro tumultu, perturbatione, et contumaci seditione. — *Damno.* Improbo, abjicio. Just. XIX, 2, 9: «Intermissa omnia sacra, omnia privata officia damnata.» — *Esse destitistis.* Alii *desiistis.* Sed vulgatam loco non movendam esse, satis probavit Cellarius similibus his locis, III, 6, 15; V, 9, 17; VIII, 3, 6; X, 8, 1. — *Cum ingratissimis.* Scilic. civibus, ut § 27.

23. *Illyriorum paullo ante et Per-*

gentium spolia fastidio sunt. Modo sub Philippo nudis amicula ex purpura sordent; aurum et a tum oculi ferre non possunt: lignea enim vasa derant, et ex cratibus scuta, rubiginemque gladi
24 Hoc cultu nitentes vos accepi, et quingenta t æris alieni, quum omnis regia supellex haud ar quam sexaginta talentorum esset, meorum o fundamenta; quibus tamen (absit invidia) imp
25 maximæ terrarum partis imposui. Asiæne per est, quæ vos gloria rerum gestarum diis pares In Europam ire properatis, rege deserto, quum ribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni æ
26 num luissem; nempe in asiatica præda. Nec profundo ventre devictarum gentium spolia ci ferentes, reverti velle ad liberos conjugesque, c pauci præmia victoriæ potestis ostendere. Nan rorum, dum etiam spei vestræ obviam istis, arm
27 que pignori sunt. Bonis vero militibus carituru pellicum suarum concubinis: quibus hoc soh

sarum tributariis. Ne Illyriis amplius tributarii essent Macedones, victoriis effecit Philippus, Alexandri pater. Conf. Diod. 16, 2, et in excerptis Vales. pag. 338 : Φίλιππος δουλεύουσαν Ἰλλυριοῖς τὴν ἡγεμονίαν παραλαβών; et Justin. VII, 5, 1. Persis vero Macedoniam stipendium tulisse, notavi ad V, 8, 16.

24. *Quingenta talenta.* Consentit Arrianus, VII, c. 9, 10; Plut. c. 23, et de Fort. Alex. 1, 3. Vide quoque Freinshemii supplementum. Operæ pretium est, Arrianeam et Curtianam Alexandri orationem conferre.

25. *Nempe in asiatica præda.* « Cum amarulento sarcasmo, inquit *Schnieder,* objicitur Macedonibus, quod interrogative sic dici potuisset: quis hoc credat, quum tantam in Asi ceperitis? » Sed hic virum mum errasse arbitror. Sens nempe ex Asiæ spoliis luisse dit eos injuria fastidire Asiai sibi comparaverint non solun sed et pecuniam. Habet il nempe insignem vim inculca quadam exprobratione, pers sæve, de qua agitur, merito Liv. XXXIV, 5, 10: « Jam a Gallis, quo redempta urbs e aurum matronæ, consensu in publicum contulerunt. »

26. *Profundo ventre.* Ho pudet vos, qui summo luxu prædam helluati estis, rever *Nam ceterorum,* hoc est, ec nulla victoriæ præmia osten

tantis opibus superest, quod impenditur. Proinde fugientibus me pateant limites: facessite hinc ocius! ego cum Persis abeuntium terga tutabor. Neminem teneo: liberate oculos meos, ingratissimi cives. Læti 28
vos excipient parentes liberique sine vestro rege redeuntes! obviam ibunt desertoribus transfugisque! Triumphabo me hercule de fuga vestra, et, ubicumque 29
ero, expetam pœnas, hos, cum quibus me relinquitis, colendo præferendoque vobis. Jam autem scietis, et 30
quantum sine rege valeat exercitus, et quid opis in me uno sit.» Desiluit deinde frendens de tribunali, et in medium armatorum agmen se immisit; notatos quoque, qui ferocissime obloquuti erant, singulos

sunt, *arma quoque pignori sunt*, sive pro pecunia mutuo sumpta oppignerata, *dum etiam spei vestræ obviam istis*, dum in reditu eratis, dum in Macedoniam redire properabatis. Ita nimirum avide spem redeundi in patriam præceperant, ut arma etiam sua, quasi nulli deinceps usui futura, pignori dedissent. *Schmieder* pro *istis* mallet vel *itis*, vel *estis*.

27. *Pellicum suarum concubinis.* Magis adhuc effeminatis quam pellices suæ. — *Quod impenditur.* Explicat *Schmieder*, quod impendio datur. Impendium est, quod alias fenus, usuræ, appellatur, quæ creditori pro pecunia mutuo sumpta penduntur. Sententia Curtii est, Macedonibus ex tantis divitiis nihil superesse, præter impendium, præter usuras creditoribus pendendas.» Modius, *Tellier*, aliique subaudiunt, *pellices*, et scribunt, *nisi in quod impenduntur.* Nempe nisi illæ pellices in quas tantæ opes impenduntur. — *Facessite hinc ocius.* Hoc est, ocius hinc vos facite, ocius abite. — *Cum Persis.* Tertio post hanc orationem die Alexander exercitum persicum in eam rationem componebat, qua Macedonicus compositus erat. Constituebantur ex Persis peditibus et agema, et pezetæri, et argyraspides; ex equitibus persis equitatus amicorum, et agema regium, etc. Cum hocce exercitu persico macedonicis nominibus ornato, satis amare dicit Alexander, se Macedones deliciis fractos tutaturum, dum discederent, ne quis a tergo adoriretur.

30. *Quantum sine rege.* Polyæn. IV, 3, 7: « Mandavit ut armati Macedones seorsim a cæteris starent; e regione vero Persæ. Qui quum discessissent: « Deligite, inquit, Macedones, ducem quem volueritis; ego vero Persis utar militibus: si viceritis, faciam omnia quæ volueritis; sin victi fueritis, experti vos nihil per vosmet ipsos posse quidem, quietem agite. » — *Notatos quoque.* Mallem *notatosque.* — *Singulos manu corripuit.* Quod post orationem fecisse Diodorus etiam testatur, lib. XXII, 109. Contra Arrianus ante orationem.

manu corripuit: nec ausos repugnare tredecim asservandos custodibus corporis tradidit.

1 III. Quis crederet, sævam paullo ante concionem obtorpuisse subito metu, et quum ad supplicium vi-
2 deret trahi nihil ausos graviora quam ceteros, [tam effusam antea licentiam, atque seditiosam militum violentiam ita compressam, ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit, verum etiam cuncti pavore exanimati, attonitis similes, quid de ipsis quoque statuendum censeret, suspensa mente exspecta-
3 rent. Itaque] sive nominis, quod gentes, quæ sub regibus sunt, inter deos colunt; sive propria ipsius veneratio, sive fiducia tanta vi exercentis imperium
4 conterruit eos; singulare certe ediderunt patientiæ exemplum: adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, quum sub noctem interfectos esse nossent, ut nihil omiserint, quod singuli magis obedien-
5 ter ac pie facerent. Nam quum postero die prohibiti aditu venissent, asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denunciantes, se protinus esse morituros, si rex perseveraret irasci.
6 At ille, pervicacis ad omnia, quæ agitasset, animi,

1. *Nihil ausos graviora.* Leg. *nihilo ausos graviora.* Acidal. Ferocissime tamen obloquutos traditos esse custodibus modo scripserat.

2. [*Tam effusam antea licentiam.... Itaque*]. Hæc asteriscis inclusa desunt in septem MStis, nullæ lacunæ nota; desunt quoque in nostris regg. Sed in 5717 margini inscribitur *hic deest.* In 5718, margo cruce signatur. Bas. et Col. edd. adscribunt *fragmentum.* In Cod. Theocr. desunt verba: *tam effusam....... exspectarent.* In ed. Gryph. a. 1588, fragmentum hoc a principio aliquot verbis auctius est: *coercitamque fuisse paucorum exemplo tam effusam*, etc.

3. *Sive nominis. Nomen regium colere inter deos* est: regem, quicumque sit, ita colere, ac si ex deorum numero esset. — *Veneratio.* Confer. III, 6, 17.

4. *Ut nihil omiserint, quod singuli magis obedienter ac pie facerent.* Sensus est: tam obedienter ac pie fecerunt, quam si singuli seorsum fuissent, nec totus simul exercitus rebellasset. Legit Heumannus: *ut nihilominus singuli omnia obedienter ac pie facerent.*

inorum militum concionem advocari jubet, onibus intra castra cohibitis; et quum frequen- issent, adhibito interprete, talem orationem : : «Quum ex Europa trajicerem in Asiam, mul- 7
biles gentes, magnam vim hominum imperio ıe additurum esse sperabam. Nec deceptus sum, de his credidi famæ. Sed ad illa hoc quoque ac- 8
quod video fortes viros, erga reges suos pieta- rictæ. Luxu omnia fluere credideram, et nimia 9
ate mergi in voluptates: at, hercule, munia mi- ıoc animorum corporumque robore æque im- toleratis; et, quum fortes viri sitis, non forti- em magis, quam fidem colitis. Hoc ego nunc 10
m profiteor, sed olim scio. Itaque et delectum s juniorum habui; et vos meorum militum cor- nmiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis: uium vero et patientia imperii longe præstan- t, quam ceteris. Ergo ipse Oxathris Persæ filiam 11

d de his credidi famæ. Quam- tantum de illa magna homi- rederem. Sed magis inclinatur *er*, ut illa verba pro glossa ad habeat. Quibus ejectis, reli- *deceptus sum*, significant: et ltas gentes imperio meo ad- *d ad illa*, quæ speraveram, *que* insperatum *accessit*, ut erga reges suos pios homi- ideo, imperio meo adjecerim. *oc ego nunc primum profiteor.* ebant: *hoc ego non nunc pri-* ıterpretes omnes negationem lam censuerunt, et abjece- ea sententia Curtius utroque ribere potuit. Omissa nega- ısus est: jam olim ita sensi, c primum aperio; si retines em, sequentia, *sed olim scio*, nihil dicunt nisi: sed olim professus sum. Nam si Alexander jam olim delectum juniorum haberi jusserat (adducti sunt ad regem in Susiana versantem), ut militibus suis immiscerentur, quid aliud quam olim jam professus est, se barbarorum fortitudinem et fidem magni facere? Erant illi juniores (Epigoni ab Alexandro appellati), macedo[illegible] mis instructi, ad militiam [illegible] o more exercitati, trigin[illegible] illia. Quorum adventum M[illegible] re tulerunt; utpote Alexa[illegible] s modis, ne in posterum [illegible] edonibus egeret, mach[illegible] VII, 6.

11. [illegible] *æ filiam.* Intelli gas R[illegible] s, Bactriani, filiam. [illegible] io. Præpositi deest i[illegible]

mecum in matrimonio junxi, non dedignatus,
12 ptiva liberos tollere. Mox deinde, quum stirp
neris mei latius propagare cuperem, uxorem
filiam duxi, proximisque amicorum auctor f
captivis generandi liberos, ut hoc sacro fœdere
13 discrimen victi et victoris excluderem. Proind
tos esse vos mihi, non adscitos milites, credite.
Europæ unum atque idem regnum est. Mace
vobis arma do. Inveteravi peregrinam novitat
cives mei estis, et milites: omnia eumdem duc
14 lorem. Nec Persis Macedonum morem adumbra
Macedonibus Persas imitari indecorum [est]. Ej
juris esse debent, qui sub eodem rege victur
15 [Hac oratione habita Persis corporis sui custodiam
dit; Persas satellites, Persas apparitores fecit. Pe
quum Macedones, qui huic seditioni occasionem de

12. *Darii filiam.* Natu majorem, quam Diod. XVII, 107, et Plut. c. 70, Statiram; Arrian. VII, 4, Barsinen appellat, ubi de nuptiis Alexandri et ducum, qui Curtio *proximi amicorum* vocantur, Susis celebratis plura videas. Minorem Darii filiam Dryperim Hephæstioni tradidit. Diodor. ibid. Adde Justin. XII, 10, 9. Cratero tum temporis Amestrin, Oxathræ, fratris Darii, filiam, in matrimonium dedit, Diod. XX, 109; quam Amastrinem vocat Arrian. loc. laud. Vide quoque Ælian. VIII, 7; Athen. XII, 9; Diod. XVIII, 4. — *Sacro fœdere.* Conjugio.

13. *Genitos.* Quia mixti in unam velut gentem coaluimus, ut recte Freinshemius. — *Inveteravi.* Ex novis ac peregrinis quasi vetustos milites vos feci. — *Eumdem ducunt colorem.* Translate, pro, referunt notam, indolem aut formam rei. Senec. Ep. 108: « Novimus quosdam, qui multis apud philosophum annis perseder colorem quidem duxerint, Tranquill. Anim. « Quæ ve parant, exspectant annos, d latim colorem diuturnitatis Senec. Trag. Hercules Furens « Ducet e genere inclyto Nov rem nostra. »

15. *Hac oratione habita.* hæc omnia ab omnibus Co Cod. Theocr. Freinshemius mentum hoc cum auctore n gnare arbitratur, qui supra, hanc concionem interfectos ditiosos, aut potius contum ostenderit. Contra *Tellier* ali ex ejusdem contumaciæ a intelligendos censet, idque sequentis orationis exordi posse. Quidquid sit, next caussa hoc supplementum vere nolui. De Persis satellit notam ad X, 2, 27.

vincti ad supplicia traherentur, unum ex iis auctoritate et ætate gravem, ad regem ita locutum ferunt:]

IV. « Quousque, inquit, animo tuo etiam per sup- 1
plicia, et quidem externi moris, obsequeris? Milites tui, cives tui, incognita caussa, captivis suis ducentibus, trahuntur ad pœnam? Si mortem meruisse judicas, saltem ministros supplicii muta. » Amico animo, 2
si veri patiens fuisset, admonebatur; sed in rabiem ira pervenerat. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) mergi in amnem, sicut vincti erant, jussit. Nec hoc quidem supplicium sedi- 3
tionem militum movit. Namque copiarum duces atque amicos ejus manipuli adeunt, petentes, ut, si quos adhuc pristina noxa judicaret esse contactos, juberet interfici: offerre se corpora iræ; trucidaret.
[Tandem præ dolore vix mentis compotes universi con- 1
currunt ad regiam, armisque ante fores projectis, tunicati adstantes, nuda et obnoxia pœnis corpora admitti flentes orabant, non se deprecari, quin suppliciis sontium expia-

1. *Externi moris.* Quia in amnem mergebantur. Id enim supplicii genus, apud barbaros usurpatum (Tac. Germ. XII, 2); apud Græcos et Romanos externi moris erat. Livius enim, I, 51, fin. de Turno Herdonio : « ut indicta caussa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta, saxisque congestis mergeretur. »

2. *In amnem.* Tigrim, ad quem Opis urbs sita erat: quod Freinshemius quum sequens supplementum texeret, non advertit: post hæc enim demum Susis movisse Tigrim versus scripsit, refragante Arrianno.

3. *Trucidaret.* Magna hic est lacuna in omnibus Codd. In Freinshemii supplemento principium sic emendare velis: primo post orationem die et postridie Alexandrum neminem admisisse; Macedones attonitos, quid dicerent facerentve, nescivisse. Tertio die regem Persarum exercitum ad rationem Macedonici instruxisse, atque inter Persarum principes ducatus agminum partitum esse; quo cognito, tandem Macedones præ dolore vix mentis compotes ad regiam concurrisse, armisque ad fores projectis veniam flentes orasse. Tum etiam Alexandrum progressum in gratiam cum ipsis rediisse. — Falsum igitur est, post honores Persis tributos biduum adhuc absumptum esse ante reditum in gratiam. Copiosiora iis, quæ in supplemento leguntur, vide apud Arrianum, VII, 9, 25 sqq. Diodorum, XVI, 109—118; Plutarchum, Vit. Alex. cap. 71 sqq.

rentur, quæ per contumaciam deliquissent : regis iracun-
2 diam sibi morte tristiorem esse[1]. Quumque dies noctesque
ante regiam persistentes, miserabili clamore habituque pœ-
nitentiam suam approbarent, biduum tamen adversus hu-
millimas suorum preces iracundia regis duravit. Tertio die
victus constantia supplicum, processit : incusataque leniter
exercitus immodestia, non sine multis utrimque lacrymis,
3 in gratiam secum ipsis redire professus est. Digna tamen
res visa est, quæ majoribus hostiis expiaretur. Itaque sacri-
ficio magnifice perpetrato, Macedonum simul Persarumque
primores invitavit ad epulas[2]. Novem millia eo convivio
excepisse, proditum est memoriæ, eosque omnes invitante
rege ex eodem cratere libavisse, Græcis barbarisque vatibus
tum alia fausta vota præeuntibus, tum inprimis ut ea utrius-
que imperii in idem corpus coalita societas perpetua foret.
4 Maturata deinde est missio, et infirmissimus quisque ex-
auctorati; amicorum quoque seniorum quibusdam commea-
tum dedit, ex quîs Clitus cognomento Albus, Gorgiasque,
5 et Polydamas, et Antigenes fuere[3]. Abeuntibus non modo
præteriti temporis stipendia cum fide persolvit, verum etiam
talentum adjecit in singulos milites, viatici nomine[4]. Fi-
lios ex Asiaticis uxoribus susceptos (ad decem millia fuisse
traditur) apud se relinqui jussit, ne in Macedoniam cum
parentibus transgressi, et conjugibus liberisque prioribus
permixti, familias singulorum contentionibus et discordiis
implerent : sibi curæ fore pollicitus, ut patrio more insti-
6 tuti, militiæ artes edocerentur[5]. Ita supra decem veterano-
rum millia dimissa sunt; additusque est Craterus, qui eos
deduceret, ex præcipuis regis amicis. Isti si quid humanitus
7 contigisset, Polyperchonti parere jussi sunt. Literis etiam
ad Antipatrum scriptis, honorem emeritis haberi præcepit,
ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordini-

1. Arrianus, VII, 2, 23; Plutarch. cap. 122; Justin. XII, 12, 6; Diod. XVII, 109.

2. Arrian. VII, 2, 27.

3. Just. XII, 12, 8.

4. Arr. VII, 2, 28; Diod. XVII, 110.

5. Diodor. XVII, 110; Justin. XII, 12, 7; Diodor. XVII, 109; Arrian. VII, 2, 31; Plutarch. c. 122; Arrian. VII, 2, 31; Justin. XII, 12, 9.

bus coronati spectarent; utque fato functorum liberi, etiam
impuberes, in paterna stipendia succederent. Craterum Ma- 8
cedoniæ continentibusque regionibus cum imperio præesse
placuit; Antipatrum cum supplemento juniorum Macedo-
num ad regem pergere: verebatur enim ne per discordiam
præfecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur.
Nam multas ad Alexandrum epistolas mater, multas An- 9
tipater miserat; vicissimque alter alterum arroganter et
acerbe pleraque facere criminabantur, quæ ad dedecus
aut detrimentum regiæ majestatis pertinerent. Postquam 10
enim rumor occisi regis temere vulgatus in Macedoniam
penetravisset, mater ejus sororque Cleopatra tumultuatæ
fuerant; et hæc quidem paternum regnum, Olympias Epi-
rum invaserat [1]. Forte dum ejusmodi literæ redduntur, 11
Hephæstion, assuetus omnium arcanorum se participem
haberi, resignatas [2] ab Alexandro simul inspiciebat. Neque
vetuit eum rex; sed detractum digito annulum ori legentis
admovit, nihil eorum quæ perscripta essent, in alios ef-
ferendum significans. Incusasse [3] autem ambos fertur, et 12
matris insolentia permotum exclamasse, eam pro habita-
tione decem mensium, quam in utero sibi præbuisset, gra-
vem mercedem exigere: Antipatrum vero suspectum ha-
buisse, quasi parta ex Spartanis victoria tollentem animos,
et imperio tot jam in annos prorogato supra præfecti mo-
dum elatum. Itaque quum ejus gravitas atque integritas a 13
quibusdam prædicaretur, subjecit, exterius quidem album
videri; sed si penitus introspiciatur, totum esse purpureum.
Pressit tamen suspicionem suam, neque ullum manifestius
abalienati animi indicium prætulit. Credidere tamen pleri-
que, Antipatrum evocari se supplicii caussa ratum, impiis
machinationibus, regiæ mortis, quæ paullo post sequuta
est, auctorem exstitisse. Interea rex ut imminuti exercitus 14
detrimenta sarciret, optimum quemque Persarum in Ma-
cedonicos ordines allegit: mille etiam præstantissimos se-

1. Plutarch. cap. 117.

2. Plutarch. Apophth. cap. 39, et de Fortuna Alex. II, 17.

3. Arrian. VII, 2, 33; Marcellin. XIV, 38; Plutarch. Apophth. c. 39; Arrian. VII, 2, 34.

gregavit ad propiorem sui corporis custodiam : aliam hastatorum manum, haud pauciores decem millibus, circa
15 regium tabernaculum excubias agere jussit [1]. Hæc agenti Peucestes supervenit cum viginti sagittariorum funditorumque millibus, quos ex sua provincia coegerat. His per exercitum distributis, profectus est Susis, Tigrique amne transmisso, apud Carrhas castra metatus est : inde quatriduo per Sittacenen ductis copiis Sambana processit; ubi
16 per septem dies quietum agmen tenuit. Tridui deinde itinere emenso, Celonas perventum est. Oppidum hoc tenent Bœotia profecti, quos Xerxes sedibus suis excitos in orientem transtulit; servabantque argumentum originis peculiari sermone, ex Græcis plerumque vocibus constante; ceterum ob commerciorum necessitatem finitimorum bar-
17 barorum lingua utebantur. Inde Bagistamen ingressus est, regionem opulentam, et abundantem arborum amœno et fecundo fœtu, ceterisque ad vitæ non usum modo, verum
18 etiam delectationem pertinentibus. Gravis inter hæc Eumeni cum Hephæstione simultas inciderat [2]. Nam servos Eumenis diversorio, quod pro hero suo anteceperant, He-
19 phæstio proturbavit, ut Evius tibicen eo reciperetur; neque diu post, quum jam sopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium,
20 et acerba utrimque convicia prorumperent. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitiæ saltem in speciem abolitæ sunt : quum ille quidem Hephæstioni etiam minatus esset, qui in flagrantissima regis gratia positus, quanquam cupidum reconciliationis Eumenem, pertinacius aversabatur.
21 Perventum deinde est in Mediæ campos, ubi maxima equorum armenta pascebantur. Nisæos [3] appellant, magnitudine et specie insignes. Supra quinquaginta millia ibi reperta, quum Alexander ea transiret, a comitibus illius adnotatum est, olim triplo plures fuisse; sed inter bellorum turbas

1. Diodor. XVII, 110; Athenæus, XII, 9; Diodor. XVII, 110; Arrian. VII, 25.

2. Arrian. VII, 3, 16; Plutarch. Eumen. cap. 12; Arrianus, VII, 3, 1.

3. Herodot. III, 106; VII, 40; IX, 120; Strabo, lib. XI; Diod. XVII, 110; Arrian. VII, 3, 1.

maximam earum partem prædones abegisse. Ad triginta 22
dies ibi substitit rex. Eo Atropates, Mediæ satrapa, centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltisque et securibus armatas : unde quidam crediderunt Amazonum ex gente reliquias fuisse. Septimis deinde castris Ecbatana attigit, Mediæ caput. Ibi sollemnia diis sacrificia fecit; 23
ludosque edidit, et in convivia festosque dies laxavit animum, ut mox in novorum operum curam atque ministeria validior intenderetur. Sed ista volventem velut injecta manu 24
fatum alio traxit, vitamque carissimo amicorum ejus, neque multo post, ipsi quoque regi extorsit. Pueros in stadia certantes spectabat; quum nuntiatur deficere Hephæstionem, qui morbo ex crapula contracto, septimum jam diem decumbebat. Exterritus amici periculo statim consurgit, 25
et ad hospitium illius celeriter pergit : neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupasset. Id regi omnium, quæ in vita pertulerat, adversorum luctuosissimum accidisse certum habetur : eumque magnitudine doloris in lacrymas et lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta edidisse. Sed ea quidem varie traduntur : illud inter omnes 26
constat, ut quam decentissimas exsequias ei duceret, non voluisse Ecbatanis sepeliri; sed Babylonem, quo ipse concessurus erat, a Perdicca deferri curasse : ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentûm millibus locavisse[1]. Per universum certe imperium lugeri eum jussit : et 27
ne memoria ejus in exercitu exolesceret, equitibus, quîs præfuerat, nullum præfecit ducem, sed Hephæstionis alam appellari voluit, et quæ ille signa instituisset, ea non immutari. Funebria certamina ludosque, quales nunquam 28
editi fuissent, meditatus, tria artificum millia coegit : qui

1. Diod. XVII, 110; Arrian. VII, 3, 2; Diod. XVII, 110; Arrian. VII, 3, 7 et 8; Diod. XVII, 110; Arrian. VII, 8; Plutarch. c. 123; Arrian. VII, 3, 12; Ælian. Hist. Var. VII, 8; Arr. in Epictet. II, 22; Diod. XVII, 110; vid. quoque Excurs. I, ad calcem hujus libri; Just. XII, 12, 12; Plutarch. c. 124; Arrian. VII, 3, 15; Diodor. XVII, 115; Arrian. VII, 3, 18; Plut. c. 124; Arrian. VII, 3, 16; Plutarch. Eumen. c. 4; Diod. XVII, 115; Lucianus, in lib. Calumniæ non temere credendum; Plut. c. 123; Polyæn. IV, 3, 31; Strab. XI; Diodor. XVII, 111; Arrian. VII, 3, 19; Strab. XI.

non multo post in ipsius exsequiis certasse feruntur. Nec
amici tam effuso affectu ad conciliandam ejus gratiam se-
gniter usi, certatim reperere per quæ memoria defuncti
29 clarior honoratiorque fieret. Igitur Eumenes, quum se ob
simultatem cum Hephæstione regis indignationem incur-
risse sensisset, multis auctor fuit, seque et arma sua He-
phæstioni consecrandi; pecuniasque ad cohonestandum
30 funus large contulit. Hoc exemplum imitati sunt ceteri;
eaque mox processit assentationum impudentia, ut regi
mœrore et desiderio defuncti insanienti persuasum tandem
fuerit, deum esse Hephæstionem. Quo quidem tempore ex
copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi
venit, quod illius tumulum præteriens illacrymasse visus
31 esset. Ac nisi Perdiccas venanti sibi Hephæstionem appa-
ruisse ementitus, per deos omnes, ipsumque Hephæstio-
nem dejerasset, ex ipso se cognovisse, Agathoclem non
ut mortuum, et vanæ divinitatis titulis frustra ornatum
flevisse, verum ob memoriam pristinæ sodalitatis lacrymas
non tenuisse; vir fortis et de rege bene meritus, pietatis
32 in amicum graves pœnas innoxio capite pependisset. Cete-
rum, ut paullisper a luctu avocaret animum, in Cossæorum
gentem expeditionem suscepit. Juga Mediæ vicina Cossæi
tenent, asperum et acre genus, et prædando vitam tolerare
33 solitum. Ab his Persarum reges annuo tributo pacem redi-
mere consueverant, ne in subjecta decurrentes infestam la-
trociniis regionem facerent: nam vim tentantes Persas facile
repulerant, asperitate locorum defensi, in quæ se recipie-
34 bant, quoties armis superabantur. Iidem muneribus quot-
annis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi[1] æstiva solebat
agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca transitus
esset. Hos igitur Alexander bipartito agmine aggressus, in-
35 tra quadraginta dies perdomuit. Nam ab ipso rege, et
Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, sæpe cæsi, ut

1. Curtius, V, 8, 1; Diodor. XVII, 111; Arrian. VII, 3, 20; Diod. XVII, 111; Curtius, X, 1, 16; Plutarch. c. 123; Arrian. VII, 3, 20; Diodor. XVII, 112; Justin. XII, 13, 5; Diodor. XVII, 112; Senec. Suas. 4.

captivos suos reciperent, permisere se victori. Ille validas
urbes opportunis locis exstrui jussit; ne abducto exercitu
fera gens obedientiam exueret. Motis inde castris, ut mili- 36
tem expeditione recenti fessum reficeret, lento agmine
Babylonem procedebat : jamque vix triginta ab urbe sta-
diis aberat; quum Nearchus occurrit, quem per Oceanum
et Euphratis ostia Babylonem præmiserat; orabatque, ne
fatalem sibi urbem vellet ingredi; compertum id sibi ex
Chaldæis, qui multis jam prædictionum eventibus artis suæ
certitudinem abunde probavissent. Rex fama eorum homi- 37
num, constantique adseveratione motus, dimissis in urbem
amicorum plerisque, alia via præter Babylonem ducit, ac
ducentis inde stadiis stativa locat; sed ab Anaxarcho per-
suasus, contemptis Chaldæorum monitis, quorum discipli-
nam inanem aut supervacuam arbitrabatur, urbem intrat.
Legationes [1] eo ex universo ferme orbe confluxerant: qui- 38
bus per complures dies studiose auditis, deinceps ad He-
phæstionis exsequias adjecit animum; quæ summo omnium
studio ita celebratæ sunt, ut [2] nullius ad id tempus regis
feralia, magnitudine sumptuum, apparatusque celebritate
non vicerint. Post hæc cupido incessit regi per Pallacopam 39
amnem ad Arabum confinia navigandi : quo delatus urbi
condendæ commoda sede reperta, Græcorum ætate aut
vulneribus invalidos, et si qui sponte remanserant, ibi col-
locat. Quibus ex sententia perfectis, jam futuri securus,
Chaldæos irridebat, [3] quod Babylonem non ingressus tan-
tum esset incolumis, verum etiam excessisset. Enimvero 40
reverteuti per paludes, quas Euphrates in Pallacopam ef-
fusus efficit, fœdum omen oblatum est; quippe rami desu-
per impendentes detractum capiti regio diadema projece-
runt in fluctus : quum deinde alia super alia prodigiosa et
minacia nuntiarentur, procurandis iis Græco simul barba-

1. Diod. XVII, 114; Arrian. VII, 4, 20.

2. Justin. XII, 13, 1; Arrian. VII, 3, 2; Diod. XVII, 113 et 116; Gregoras fine lib. X; Comment. in Curt. X, 4, 14; Plutarch. c. 127; Arrian. VII, 5, 6; Just. XII, 15, 1; Arrian. VII, 5, 11.

3. Appianus, de Bellis Civilibus, lib. II.

41 roque ritu continua sacra facta sunt. Neque tamen expiari præterquam morte regis potuere : qui quum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medii Larissæi obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret; ubi postquam tota nocte perpotasset, male habere cœpit. Ingravescens deinde morbus adeo omnes vires intra sextum diem exhausit, ut ne vocis quidem potestas esset.
42 Interea milites sollicitudine desiderioque ejus anxii, quanquam obtestantibus ducibus, ne valetudinem regis onerarent, expresserunt, ut in conspectum ejus admitterentur.]

1 V. Intuentibus lacrymæ obortæ præbuere speciem jam non regem, sed funus ejus visentis exercitus.
2 Mœror tamen circumstantium lectum eminebat; quos ut rex adspexit: « Invenietis, inquit, quum excessero,
3 dignum talibus viris regem? » Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, quum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illud ultimum persalutatus est : dimissoque vulgo, velut omni vitæ debito liberatus,
4 fatigata membra rejecit. Propiusque adire jussis amicis

1. *Intuentibus*. Theocreni Codex admonet, libri decimi finem hic esse, ac principium undecimi.

2. *Circumstantium*. Amicorum, præfectorum. — *Invenietis*, etc. Just. XII, 15, sic : « Amicos circumstantes percontatur, videanturne similem sibi reperturi regem? » Ita apud Vell. Paterc. II, 14, 3 : « Livius Drusus, quum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium mœrentiumque frequentiam, effudit vocem convenientissimam conscientiæ suæ : « Ecquando, inquit, propinqui amicique, similem mei civem habebit respublica. »

3. *In eodem corporis habitu*. In cubitum erectus (Valer. Max. V, 1, 1), sive (Arrian. VII, 26, 2) quum vox deficeret, capite tantum ægre sublevato, atque oculis indicium aliquod animi facientibus, singulis prætereuntium dextram præbuit. Milites enim ad salutandum ingressi, duabus januis apertis, alia intrabant, alia exibant. Plut. 76. Hæc sunt Valer. Max. verba : « Quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autem illam osculari non curreret, quæ jam fato oppressa, maximi exercitus complexui, humanitate quam spiritu vividiore suffecit. » Vid. quoque Lucian. Pseudomant. — *Illud ultimum*. Sic scripsi cum septem Codd. pro vulgato: *illo ad ultimum*. Conf. Curt. V, 12, 8. Ovid. Epist. XIII, 14 : « Vix illud potui dicere triste vale. » Vid. Excurs. II.

et vox deficere jam cœperat), detractum annu- :ligito Perdiccæ tradidit; adjectis mandatis, ut ıs suum ad Hammonem ferri juberet. Quærenti- is, cui relinqueret regnum; respondit, Ei, qui optimus : ceterum providere jam, ob id certa-

:*tractum annulum* (scil. cum egio) *digito, Perdiccæ tradi-*]uo, ut ait Nepos, Eum. c. 2, conjecerunt, eum regnum ei ıdasse, quoad liberi ejus in ıtelam pervenissent. Relique- ı Alexander Herculem filium ine, et Roxanen gravidam. annulus a moriente cuidam pro indicio hereditatis trans- abebatur, vel apud antiquissi- ıtes. De Pharaone et Assuero sacræ Scripturæ, Genes. 41, sth. 8, 2. Nec mos ille ignotus omanos; vid. Val. Max. VII, c. — De annulo Perdiccæ tra-]ue ultimis Alexandri mandatis nsis nec Aristobulus, nec Pto- mentionem fecerunt, Arrian. ·, 5; nec ephemerides regiæ, maxime auctoritatem de mor- s Arrianus et Plutarchus se- ınt. Alii, nempe Diod. XVII, VIII, 2, et Justin. XII, 5, ırtio consentiunt. — *Ad Ham- ferri.* Quo quum Perdiccas ·us esset, eripuit in Ægypto eus, et in sua provincia de- Strab. lib. XVII; Curt. lib. X, , § 20. *Cellar.*

i, qui esset optimus. Τῷ κρατί- iod. XVII, 17; Arrian. VII, ıoc est, ei, qui armis plurimum *Providere jam se* (sic tres *ob id certamen;* hoc est, bel- er amicos suos propter regni onem. Quo bello cui victoria sit, eidem se regnum relin- Vox *ceterum,* si Alexandro tribuitur, suo loco non est, qua, tanquam diversa, disjungerentur, quæ conjungenda sunt. Si Curtio tribuitur (*ceterum adjecit Alexander*), supervacua est, nec accurate reddidit græcum: προσθεῖναι, sive προσφθέγξασαι Ἀλέξανδρον. Ipsa amicorum interrogatio, *cui regnum relinqueret?* post annulum Perdiccæ traditum, supervacua non esse videtur, si scire expeterent, utrum Perdiccam tutorem infantis Roxanes nondum nati, an Herculis filii, an Arrhidæi fratris, qui hebete erat ingenio, constituisset. At si Alexander per annulum traditum Perdiccam ipsum imperii heredem esse voluerat, tum agnoscebat moribundus ex amicorum interrogatione, designationem suam non fore ratam, bellum civile imminere; idque significavit, respondens, τῷ κρατίστῳ, providere se bellum de successione; et metaphorice: magnos funebres ludos, μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα sibi parari. Differunt vero ludi funebres Romanorum et Græcorum ἀγῶνες ἐπιτάφιοι. Ex Romanorum more gladiatores ad rogum dimicabant, quorum, quo splendidiores erant ii ludi, eo plures ad defuncti rogum concidebantur; apud Græcos, mitioris ingenii gentem, agonibus aberant cædes. Nomine, non re ipsa ab iis ludis differebant, qui interdum diebus festis celebrabantur. Exempli caussa Alexander, Hephæstioni ἀγῶνα ἐπιτάφιον facturus, ludos gymnicos et musicos quum certantium multitudine, tum sumptuum præmiorumque magnitudine prioribus, alia occasione a se

6 men, magnos funebres ludos parari sibi. Rursus Perdicca interrogante, quando cælestes honores haberi sibi vellet, dixit, tum velle, quum ipsi felices essent. Suprema hæc vox fuit regis, et paullo post exstingui-
7 tur. Ac primo ploratu, lamentisque, et planctibus tota regia personabat: mox, velut in vasta solitudine, omnia tristi silentio muta torpebant, ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore converso. Nobiles pueri,

institutis, omnibus illustriores instituere cogitabat. Arr. VII, 14, 20. Ludus gymnicus erat certamen in iis artibus, quæ ad quinquertium numerabantur; ludus musicus erat omnium elegantioribus artibus excellentium, tragœdorum, ῥαψῳδῶν, tibicinum, citharœdorum, etc. Multi de hoc Alexandri testamento locuti sunt, et in diversa abierunt. Contrarius est omnibus veterum scriptis liber Machabæorum, I, 1, 7, quum dicit Alexandrum divisisse regnum suum, quum adhuc viveret. Id invidia fecisse contendit Lucanus, X, 43: «Qui secum invidia, qua totum ceperat orbem, Abstulit imperium; nulloque herede relicto Totius fati, lacerandas præbuit urbes.» De Alexandri fato sic *Bossuet, Discours sur l'Histoire universelle, troisième partie*, c. 4: «Mais ce qu'il «y avait de plus funeste pour sa mai«son et son empire, c'est qu'il lais«sait des capitaines à qui il avait ap«pris à ne respirer que l'ambition et la «guerre: il prévit à quels excès ils se «porteraient quand il ne serait plus «au monde. Pour les retenir, et de «peur d'en être dédit, il n'osa nom«mer ni son successeur, ni le tuteur «de ses enfans. Il prédit seulement que «ses amis célébreraient ses funérailles «avec des batailles sanglantes; et il «expira dans la fleur de son âge, plein «des tristes images de la confusion qui «devait suivre sa mort...... Aussi ce «grand conquérant, le plus renommé «qui fut jamais, a été le dernier roi «de sa race. S'il fût demeuré paisible «dans la Macédoine, la grandeur de «son empire n'aurait pas tenté ses ca«pitaines, et il eût pu laisser à ses en«fans le royaume de ses pères. Mais, «parce qu'il avait été trop puissant, il «fut cause de la perte de tous les siens; «et voilà le fruit glorieux de tant de «conquêtes.»

6. *Exstinguitur.* Ol. 114, 1; Agesia, sive Hegesia Athenis archonte, principio anni ante Christ. 323; duo et triginta annos et octo menses natus, post imperium duodecim annorum et octo mensium. Arr. VII, 28, 1; Cors. Fast. Att. tom. IV, pag. 50 seqq. mortem Alexandri refert in Ol. 114, 1; 324 ante Christ. ut vixerit duo et triginta annos, decem menses, duo et viginti dies; regnaverit duodecim annos, octo menses. Aliorum eorumque omnium in diversa abeuntium sententias collegerunt Raderus et Freinshemius. Mortuus est ex morbo per nimiam vini, ut videtur, intemperantiam contracto. Vide ad hujus libri calcem vitæ Alexandri canonem chronologicum. Alexandri mortem pulchre et vivide uno verbo expressit clarissimus noster *Montesquieu, Lysimaque*: «Alexan«dre mourut, et toutes les nations «furent sans maître.»

iæ corporis ejus assueti, nec doloris magnitu-
capere, nec se ipsos intra vestibulum regiæ re-
potuerunt; vagique et furentibus similes totam
luctu ac mœrore compleverant, nullis questi-
ıissis, quos in tali casu dolor suggerit. Ergo qui 9
egiam adstiterant, Macedones pariter barbari-
oncurrunt; nec poterant victi a victoribus in
ıni dolore discerni. Persæ, justissimum ac mitis-
dominum, Macedones, optimum ac fortissi-
egem invocantes, certamen quòddam mœroris
ıt. Nec mœstorum solum, sed etiam indignan- 10
oces exaudiebantur; tam viridem, et in flore
fortunæque, invidia deûm ereptum esse rebus
is. Vigor ejus et vultus educentis in prælium
, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes
ro concione donantis, occurrebant oculis. Tum 11
onas, divinos honores negasse ei, pœnitebat;
que et ingratos fuisse se confitebantur, quod
ejus debita appellatione fraudassent. Et quum
nc in veneratione, nunc in desiderio regis hæ-
; in ipsos versa miseratio est. Macedonia pro- 12
ltra Euphraten, mediis hostibus, novum impe-
dspernantibus, destitutos se esse cernebant;
erto regis herede, sine herede regni, publicas

ımen quoddam mœroris. Hoc o potius crederem quam Ju-i, XIII, 1, Alexandri mor-i potius quam doloris caus-donibus fuisse contendit.

vidia deûm. Vide Livium, — *Pro concione donantis.* militum conventu fortitu-dantis et præmio ornantis.

bita appellatione. Dei no-od ipsi merito debebatur.

ra Euphraten. Intelligas Euphraten, qua Syriam a Mesopotamia dirimit. Qui Babylone, licet ad ipsum Euphraten sita, versabantur, longe ultra Euphraten superiorem profecti erant. Ceterum hæc periodus, si qua alia Curtii, glossematibus contaminata videtur. Præferrem cum Schmiedero: *In ipsos versa miseratio est; ultra Euphraten, in mediis hostibus novum imperium adspernantibus, destitutos se; sine certo regis herede publicas vires ad se quemque tracturum.*

13 vires ad se quemque tracturum. Bella deinde civilia,
quæ sequuta sunt, mentibus augurabantur: iterum,
non de regno Asiæ, sed de rege, ipsis sanguinem esse
14 fundendum: novis vulneribus veteres rumpendas ci-
catrices; senes, debiles, modo petita missione a justo
rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis
15 alicujus ignobilis. Has cogitationes volventibus nox
supervenit, terroremque auxit: milites in armis vigi-
labant; Babylonii, alius e muris, alius culmine sui
quisque tecti prospectabant, quasi certiora visuri:
16 nec quisquam lumina audebat accendere, et, quia
oculorum cessabat usus, fremitus vocesque auribus
captabant; ac plerumque vano metu territi per obscu-
ras semitas, alius alii occursantes, invicem suspecti
17 et solliciti ferebantur. Persæ, comis suo more deton-
sis, in lugubri veste, cum conjugibus ac liberis, non
ut victorem et modo hostem, sed ut gentis suæ justis-
simum regem, vero desiderio lugebant. Assueti sub
rege vivere, non alium, qui imperaret ipsis, dignio-
18 rem fuisse, confitebantur. Nec muris urbis luctus
continebatur; sed proximam regionem ab ea, deinde

15. *Quasi certiora visuri.* Tanquam visuri audituríque certiora de morte regis, quam vix poterant credere. Vir doctus in Act. Erud. 1725, pag. 102, transpositione locum integritati suæ restituendum censet, sic: *prospectabant; nec quisquam lumina audebat accendere, quasi certiora visuri, et quia*, etc., me non probante. Prospectabant Babylonii regiam; per lumina domi accensa certiora in loco remotiori videre non poterant. Lumina non accendebant Babylonii, ut sic quoque luctum suum testarentur Macedonibus, ne in minimam incurrerent suspicionem.

17. *Comis suo more detonsis.* Mos ille fuit multarum in Oriente gentium, comas in luctu tondere, ut ex sacris etiam Literis accepimus. Vide Job. I, 20; Is. 15, 2, et quos laudat ad hunc locum Freinshemius. — *Vero desiderio lugebant. Montesquieu, Esprit des Lois*, X, 13: « Qu'est-ce que « ce conquérant qui est pleuré de tous « les peuples qu'il a soumis? qu'est-ce « que cet usurpateur sur la mort duquel « la famille qu'il a renversée du trône « verse des larmes? C'est un trait de « cette vie dont les historiens ne nous « disent pas que quelque autre conquérant puisse se vanter. »

magnam partem Asiæ cis Euphraten tanti mali fama
pervaserat. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata 19
est: abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem
sumpsit; laceratisque crinibus, humi corpus abjecit.
Assidebat ei altera ex neptibus, nuper amissum He- 20
phæstionem, cui nupserat, lugens; propriasque caus-
sas doloris in communi mœstitia retractabat. Sed 21
omnium suorum mala Sisygambis una capiebat. Illa
suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam
præterita revocaverat : crederes modo amissum Da-
rium, et pariter miseræ duorum filiorum exsequias
esse ducendas. Flebat mortuos simul vivosque. Quem 22
enim puellarum acturum esse curam? quem alium
futurum esse Alexandrum? iterum se captas, iterum
excidisse regno : qui mortuo Dario ipsas tueretur, re-
perisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non
reperturas. Subibat inter hæc animum, octoginta fra- 23
tres suos eodem die ab Ocho, sævissimo regum, trucida-
tos, adjectumque stragi tot filiorum patrem; e septem
liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse; ipsum
Darium floruisse paullisper, ut crudelius posset exstin-

18. *Cis Euphraten.* Cur tantum Asiæ cis Euphraten, non intelligitur. Fortasse et hæ voces ex glossa sunt.

20. *Altera ex neptibus.* Drypetis vocatur ap. Arr. VII, 4, 7. De Hephæstionis morte vid. suppl. ad X, 4, 24 sqq. — *Propriasque caussas doloris.* Præter publicum luctum, Drypetis recogitabat caussam dolendi sibi propriam.

21. *Vivosque.* Oxathren fratrem; Barsinen, sive potius Statiram et Drypetin, Alexandri et Hephæstionis viduas, quæ mox *puellæ* vocantur; Ochum nepotem. Mortuorum erant plures, sex liberi, duo generi, et alii, de quibus mox.

22. *Iterum se captas.* Hoc est, captivas esse Macedonum.

23. *Octoginta fratres.* Ochus, cognomento Artaxerxes, « sævitia et atrocitate, » ut Plut. in Vit. 49, ait, « omnes superavit; » qui « regiam cognatorum cæde, et strage principum replevit; » Just. X, 5, 1. Ocham sororem, atque eamdem socrum, vivam capite defodit, et patruum cum centum et amplius filiis ac nepotibus eodem die interemit. Vide Val. Max. IX, 2, 6, ext. Æl. Hist. Var. VI, 8; Athen. IV, 10, et Diod. XVI. — *Unum superesse.* Oxathren scilicet, inter amicos ab Alexandro receptum.

24 gui. Ad ultimum dolori succumbit, obvolutoque ca-
pite accidentes genibus suis neptem nepotemque
aversata, cibo pariter abstinuit et luce; quinto, post-
25 quam mori statuerat, die exstincta. Magnum pro-
fecto Alexandro indulgentiæ in eam, justitiæque in
omnes captivos documentum est mors hujus, quæ,
quum sustinuisset post Darium vivere, Alexandro
26 esse superstes erubuit. Et, hercule, juste æstimanti-
bus regem liquet, bona naturæ ejus fuisse; vitia vel
27 fortunæ, vel ætatis. Vis incredibilis animi; laboris
patientia promemodum nimia; fortitudo non inter
reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum
28 hæc sola virtus fuit; liberalitas sæpe majora tribuentis,
quam a diis petuntur; clementia in devictos; tot regna
aut reddita, quibus ea dempserat bello, aut dono data;

24. *Accidentes.* Hoc est, procidentes ad genua ejus, exorandi sc. caussa, ut ipsarum miserta cibum caperet. Vulgo *assidentes*, male.

25. *Alexandro superstes esse erubuit.* Tanta beneficia Alexandrum in se contulisse, tantum virum ac regem eum fuisse censebat Sisygambis, ut, illo abrepto, se ipsam vita prorsus indignam judicaret, vivere puderet.

26. *Bona naturæ ejus fuisse.* Hoc est, opus virtutis illi ingenitæ, *vitia* opus *vel fortunæ*, *vel ætatis.* « Parum, inquit *Schmieder*, laudare videntur, qui sic laudant. Laudandus est, qui vitiis fortunæ ætatisque virtute restiterit; quo nomine etiam Alexander laudem meruit. Quamvis enim interdum debilitati naturæ humanæ succumberet, sæpe tamen et fortunæ et ætatis vitia vicit. » Ego vero huic doctissimi viri sententiæ minime adscribo; Curtium arbitror fuisse ex omnibus historicis eum qui de Alexandro optime judicaverit. Arrianum enim heroi suo plus justo favisse existimo; Curtius vero optime distinxit quæ ipsi vitia, quæ virtutes fuerint.

28. *A diis.* Schefferus mavult *a piis*; sine caussa. Liberalitas Alexandri tanta fuit, ut sæpe majora tribueret, quam votis expeterentur. Ordo verborum est hic: *ingentes profecto dotes erant vis incred. animi; laboris patientia; fortitudo; liberalitas; clementia in devictos* (ex. c. tot regna aut reddita, aut dono data); *mortis contemptio; gloriæ cupido* (ut justo quidem major, ità et juveni condonanda, et in tantis rebus admittenda), etc. *Et juveni* scripsi ex Cod. Theocr. Vulgo *ut juveni.* Multorum testimonia retulit Freinshemius à quibus Alexandri liberalitas meritis fertur laudibus. Imperator Julianus id aliquoties prædicavit, Alexandrum Magnum, ubi haberet thesauros, interrogatum; apud amicos, benevole respondisse.

s, cujus metus ceteros exanimat, perpetua con- 29
io; gloriæ laudisque ut justo major cupido, ita
'eni, et in tantis admittenda rebus; jam pietas 30
)arentes, quorum Olympiada immortalitati con- 31
'e decreverat, Philippum ultus erat; jam in om-
re amicos benignitas; erga milites benevolentia;
ium par magnitudini animi, et quantam vix po-
ætas ejus capere, sollertia; modus immodica- 32
:upiditatum; Veneris intra naturale desiderium
nec ulla nisi ex permisso voluptas, ingentes
:to dotes erant. Illa fortunæ: diis æquare se, et 33
tes honores accersere, et talia suadentibus ora-
credere, et dedignantibus venerari ipsum vehe-
ius, quam par esset, irasci; in externum ha-

)*lympiada*. Vide lib. IX, c. 6, ıc carissimam ipsi fuisse, prædocet Curtius, III, 6, 15, ubi ejus, nomine sæpius ingesto, ægroti spiritus excitat. Ejus aussa etiam cum patre simulercuit; Arrian. III, 1, 24; omleinceps illius impotenter facta ıanquam sentiret esse prægra- VII, 3, 33. — *Philippum ultus* ıppl. I, 10, 28. Hæc vero ultam ex pietate profecta crediım ad suspicionem (nam ipse necis particeps habebatur) din, vel etiam ne cuiquam re- :idisse impune foret.

In amicos benignitas. Omnium nullus forte veros amicos ha- ;loriari potest, nisi Alexander ı, et noster Henricus quartus. xandri amicis vide Phocium, XC. Osculandi ejus jus amicis :tiam quum deus credi vellet, ex Arriano, IV, 2, 28, et aliis. '*rtia*. Ea est, quam vocat *Mon- u*, l. l. *saillie de raison*.

32. *Veneris intra naturale desiderium usus*. Conf. notas ad lib. VI, 2, 2; VI, 2, et 5, 23. Si vera sunt quæ prius dixit de Bagoa, ipse sibi contradicit. — *Ingentes profecto dotes erant*. Cum Acidalio legendum est: *ingenii* (sive *ingenitæ*) *profecto dotes erant*. Ille enim: « In tres veluti classes vitia virtutesque Alexandri supra digestæ, in naturam, fortunam, ætatem. *Bona naturæ* enumerata a verbis *vis incredibilis animi* ad hæc usque. *Vitia*, quæ fortunæ adscribit, his porro memorat: *illa fortunæ*, etc. quæ *ætati*, illis complectitur: *nam iracundiam et cupidinem vini.... potuisset*. Addenda et sua nota virtutibus fuerat in prima classe, quæ nulla est, si *ingentes* retinetur. *Ingenium* et *naturam* eadem tum probem, si nescire elegantiorem quempiam putem. »

33. *Diis*. Baccho, Herculi. — *Quas*. De moribus loquitur; *quos* ergo scribendum, Freinshemius et margo ed. Gryph. nam ad *gentium* male congrueret.

bitum mutare corporis cultum; imitari devictarum
34 gentium mores, quas ante victoriam spreverat. Nam
iracundiam et cupidinem vini sicuti juventa irritave-
35 rat, ita senectus mitigare potuisset. Fatendum est tamen, quum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ; quam solus omnium mortalium in potestate
36 habuit. Quoties illum a morte revocavit? quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? Vitæ quoque finem eumdem illi, quem gloriæ, statuit. Exspectavere eum fata, dum Oriente perdomito aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat,
37 impleret. Huic regi ducique successor quærebatur: sed major moles erat, quam ut unus subire eam posset. Itaque nomen quoque ejus et fama rerum in totum

34. *Cupidinem vini.* Cui, quod multi testantur, postremis potissimum annis nimis indulserat. In comessatione apud Medium solus plus biberat, quam XX reliqui convivæ, Nicobulo auctore apud Athen. X, 10. Vide præterea Plut. Sympos. 6, 1; Dion. Chrysost. Orat. 64; Julian. in Cæsar. Ælian. Hist. Var. II, 41; Liv. IX, 18, 4; Plin. XIV, 5, etc.

35. *Fortunæ.* Hoc capiendum de obsequio fortunæ semper Alexandro promptæ, nunquam adversantis. Contra Curtium, Plutarchus, duabus Orat. de Fort. Alexandri affirmat, virtutem in eo priorem fuisse, quam ei laudem vindicat quoque Apuleius, Florid. I: « Solus a condito ævo, quantum hominum memoria exstat, inexsuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit; successusque ejus amplissimos et provocavit ut strenuus, et æquiparavit ut meritus, et superavit ut melior: solusque sine æmulo clarus; adeo ut nemo ejus audeat vel sperare virtutem, vel optare fortunam.

36. *Vectum.* Ruentem. Legit Heinsius *abjectum:* sed qua de caussa non satis video. — *Quidquid mortalitas.* Perficeret quæcunque mortalis natura potest.

37. *Itaque nomen quoque ejus.* Sententia esse videtur: itaque, quum unus tantam molem subire non posset, accidit, ut imperium Alexandri, toti promemodum orbi (sc. quem norant veteres) æquale, in plures reges, in plura regna divideretur, maxime propter auctoritatem nominis Alexandri, ex fama rerum gestarum ortam; dum vel satrapæ ejus reges fierent, vel præfecti excellentiores, in quos aliquid auctoritatis transierat. Quorum clarissimi habiti sunt, qui etiam minimam partem tanti imperii amplecti et continere valuerunt. Duo Codd. *ex fama rerum*, quod non sperno. — *Minimæ parti.* Plut. de Fort. Alex. II, 12, narrat Demetrium, cui Alexandreæ potentiæ parvam fortuna portiunculam contulerat, passum esse *Catæbatem*, tanquam deum qui

modum orbem, reges ac regna diffudit; claris-
unt habiti, qui etiam minimæ parti tantæ for-
adhæserunt.

Ceterum Babylone (inde enim divertit oratio) 1
ris ejus custodes in regiam principes amicorum
que copiarum advocavere: sequuta est militum
, cupientium scire, in quem Alexandri fortuna
transitura. Multi duces, frequentia militum ex- 2
regiam intrare non poterant; quum præco, ex-
, qui nominatim citarentur, adire prohibuit: sed
rium spernebatur imperium. Ac primum ejulatus 3
s ploratusque renovatus est: deinde futuri ex-
tio, inhibitis lacrymis, silentium fecit. Tunc Per- 4
, regia sella in conspectum vulgi data, in qua dia-
vestisque Alexandri cum armis erant, annulum
ridie traditum a rege in eadem sede posuit; quo-
adspectu rursus obortæ omnibus lacrymæ inte-

s descendisset, appellari. Ea essit *Bayle*, *Dictionnaire phi-ue*, art. *Macédoine*: « Ses con-, à la vérité, furent brisées en rs pièces après sa mort; mais rceaux en furent bons, et ren-célèbre et puissante pendant emps la nation grecque dans »

eterum Babylone. His, quæ narrantur, ingens haud dubie ccenderent decem libri, quos s post Alexandrum gestis Ar-aut quatuor, quos Dexippus sit. Juvant sic quoque non-Photio inde excerpta, quem d. LXXXII et XCII. Arria-Exped. Alexandri Magni, et ejus Ptolemæus ac Aristobu-ius, ut opinor, post mortem dri relatam cum regis lauda-nem fecerunt Historiæ. Mortuo enim heroe, cujus res gestas et fata cum studio legebamus, reliqua leviora videntur, nec æque tenent lectores. Cur tamen abesse nollem, alia est caussa, quod solus fere Curtius inter historicos superstites de proximis ob successionem inter Macedones turbis copiosior est. Præter Photium loc. laud. conferendi sunt Just. lib. XIII; Appian. in Syriacis; Diod. XVIII, 2 sqq.; Nepos in Eumene, et inter se et cum Curtio non prorsus consentientes. — *Corporis ejus custodes*. Majoris dignitatis, quorum tum præter Perdiccan aderant Aristonus, Leonnatus, Lysimachus, Ptolemæus, Pithon et Peucestas.

2. *Prohibuit*. Plurimi Codd. *prohiberet*.

4. *In qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant*. Conf. notam ad VI, 6, 4.

5 gravere luctum. Et Perdicca: «Ego quidem, inquit, annulum, quo ille regni atque imperii vires obsignare
6 erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. Ceterum quamquam nulla clades huic, qua affecti sumus, par ab iratis diis excogitari potest, tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte completa, cito repeterent eum suæ
7 stirpi. Proinde, quoniam nihil aliud ex eo superest, quam quod semper ab immortalitate subducitur, corpori nominique quam primum justa solvamus; haud obliti, in qua urbe, inter quos simus, quali præside ac
8 rege spoliati. Tractandum est, commilitones, cogitan-

5. *Imperii vires.* Potentia mandata sua; aut, ut loquitur *Tellier,* mandata quibus regni vires continebantur; quæ erant imperii vis. Tumidam esse hanc locutionem non nego; contra frigent conjecturæ Schefferi *imperii res obsignare*, et Heinsii *imperii sui res obsignare.*

6. *Quarum sorte.* Ut, earum sorte completa, repeterent eum suæ stirpi; inter deos, unde venerat, eum reciperent. Sic de Julio Cæsare Ovidius, Metam. XV, 816: «Hic sua complevit, pro quo, Cytherea, laboras, Tempora, perfectis quos terris debuit annis, Ut deus accedat cælo, templisque colatur.» Eodem tendit usitata acclamatio, Horat. Carm. I, 2, 45: «Serus in cælum redeas.....»

7. *Quam quod semper ab immortalitate subducitur.* Omnes Codd. etiam Cod. Theocr. *seducitur*, quod restituere non dubitavi. *Semper seduci*, disjungi, *ab immortalitate* est, necessario mortalem esse. Sententia Perdiccæ est: quia nobis ex Alexandro nihil superest præter corpus, necessario mortale, *corpori nominique quam primum justa solvamus*, hoc est, huic corpori quam primum exsequias ducamus, dignas rege tanti nominis, haud obliti, quod in maxima Asiæ urbe, inter Babylonios luxu excellentes, simus, quod rege spoliati simus omnium gentium et omnis ævi, hoc primum. Deinde tractandum est, etc. Ne cum Heumanno pro *nomini* legas *homini;* qui, ceterum, optime percipit quid intelligendum sit his verbis, *subducitur.....* hunc affert Ciceronis locum pro P. Sextio: «Cogitemus corpus virorum fortium magnorumque hominum esse mortale; animi vero motus, et virtutis gloriam sempiternam.» Et Ovid. IV, de Ponto, Eleg. 13: «Nam patris Augusti docui mortale fuisse Corpus, in ætherias corpus abisse domos.» Curiosum est epitaphium quod ex postrema edit. Romæ subterr. III, 22, profert Steph. Baluzius et Heumannus ad hunc locum: ALEXANDER. MORTUUS. NON. EST. SED. VIVIT. SUPER. ASTRA. ET. CORPUS. IN. HOC. TUMULO. QUIESCIT.

ue, ut victoriam partam inter hos, de quibus
est, obtinere possimus. Capite opus est: hocne
ın pluribus, in vestra potestate est. Illud scire de-
militarem sine duce turbam corpus esse sine
u. Sextus mensis est, in quo Roxane prægnans 9
)ptamus ut marem enitatur; cujus regnum diis
›bantibus futurum, quando adoleverit: interim,
bus regi velitis, destinate.» Hæc Perdicca. Tum 10
chus, Alexandri modo sanguinem ac stirpem re-
najestati convenire, neminem ait posse mirari.
:um exspectari nondum ortum regem, et, qui jam 11
ıræteriri, nec animis Macedonum convenire, nec
ıori. Verum esse e Barsine filium regis: huic
:ma dandum. Nulli placebat oratio: itaque suo 12
: hastis scuta quatientes obstrepere persevera-

It victoriam partam, etc. Ut um Asiæ in media Asia, in mestibus destituti, obtinere possi- — *Hocne uno, an pluribus.* Hoc rum summa imperii uni an plu- :ribuenda sit. Non probanda est quorumdam Codd. *hoc me unọ.* :cas enim, si palam se summam i appetere professus esset, non :unctatus accipere, infra § 18. :st potius ex aliorum *hocine* pro *e.* — *Corpus sine spiritu.* Max. erm. IX: « Epaminondas, quum ım et pulchrum videret exercine duce: Quanta, inquit, bellua! nullum habet. » Dictum De- et Demostheni tribuit Plutar- Apopht. 42, et de Fortit. Alex. , huic simile, macedonicum : exercitum hoc momento esse pem excæcatum.

Sextus mensis. Octavus, Justin. , 2. — *Ut marem enitatur.* Paullo filium enixa est, quem Alexan- appellavit, ut plures testantur. Vid. Pausan. in Attic. et Bæotic. Dexippum apud Phot. Diod. XIX, 115. — *Cujus regnum.* Sic MSSti omnes; hoc est, cujus possessionem regnum futurum. Vulgo *ejus regnum.*

11. *Tempori. Verum esse....* Antea legebatur: *Nec tempori rerum. Esse e Barsine*, etc. Lego cum Heinsio et C. Pal. 1, *nec tempori. Verum esse e Barsine filium regis*, Herculem. Plutarcho teste Barsine erat Artabazi filia, Memnonis vidua, apud Damascum capta, cum qua sola Alexander ante nuptias rem habuit; Vit. Alex. c. 21; Eum. I. Puer Hercules Pergami educabatur, et, quum Alexander obiret, tertium annum agebat, si vera scripsit Diod. XX, 20, eum anno Ol. 117, 3, septemdecim annos habuisse.

12. *Suo more.* Ammian. XV, 21: « Quum hastis clypei feriuntur, iræ documentum est, et doloris. » Liv. XXVIII, 29: « Vix finem dicendi fecerat, quum ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque

bant. Jamque prope seditionem pervenerant, Near-
13 cho pervicacius tuente sententiam. Tum Ptolemæus:
«Digna prorsus est soboles, inquit, quæ Macedonum
imperet genti, Roxanes vel Barsinæ filius; cujus no-
men quoque Europam dicere pigebit, majore ex parte
14 captivi. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum servia-
mus? quod justi illi reges Darius et Xerxes tot
millium agminibus tantisque classibus nequidquam
15 petiverunt. Mea sententia hæc est, ut, sede Alexandri
in regia posita, qui consiliis ejus adhibebantur, co-
eant, quoties in commune consulto opus fuerit, eo-
que, quod major pars eorum decreverit, stetur; duces
16 præfectique copiarum his pareant.» Ptolemæo quidam,
potiores Perdiccæ assentiebantur. Tum Aristonus or-
sus est dicere, «Alexandrum consultum, cui relinque-
ret regnum, voluisse optimum deligi: judicatum
autem ab ipso optimum Perdiccan, cui annulum tra-
17 didisset. Neque enim unum eum assedisse morienti;
sed circumferentem oculos ex turba amicorum dele-
gisse, cui traderet. Placere igitur, summam imperii
18 ad Perdiccan deferri.» Nec dubitavere, quin vera cen-
seret. Itaque universi, procedere in medium Perdic-

est offusus. Exercitus qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit.» Adde Polyb. XV, 12. — *Prope*. Plurimi Codd. *prope ad*.

13. *Digna prorsus*. Per ironiam hæc dicta. — *Majore ex parte captivi*. Cujus mater captiva sit.

14. *Justi illi reges*. Legitimi, e captivis non nati. Conf. VII, 4, 17.

15. *Sede Alexandri*. Si noster hæc ex fide narrat, hinc stratagema suum desumpsit Eumenes, cujus hominem prudentissimum ipsum architectum fuisse libens credebat Freinshemius: ut nempe ab argyraspidibus receptus, quum satis scirent haud in longum dicto audientes sibi habiturum, nisi arte exprimeret obsequium, quod auctoritate non poterat; in castris suis aureum solium cum diademate et sceptro, armisque, quibus Alexander solebat uti, collocari juberet, juxta quod de communibus rebus consilia capientes, non ab Eumene, sed ab Alexandro regi sibi viderentur. Vid. Diod. XVIII, 60; Nepotem et Plutarchum in Eumene, 13; Polyæn. IV, 8, 2. — *In regia*. Tum quidem Babylone.

16. *Optimum Perdiccan*. Prior vox rectius, ut opinor, abest a Cod. Th.

et regis annulum tollere, jubebant. Hærebat inter itatem pudoremque, et, quo modestius, quod ctabat, appeteret, pervicacius oblaturos esse bat. Itaque cunctatus, diuque, quid ageret, in- 19
s, ad ultimum tamen recessit, et post eos, qui int proximi, constitit. At Meleager, unus e du- 20
, confirmato animo, quem Perdiccæ cunctatio rat: «Nec dii siverint, inquit, ut Alexandri fortantique regni fastigium in istos humeros ruat: ies certe non ferent. Nihil dico de nobilioribus, hic est, sed de viris tantum; quibus invitis nihil ti necesse est. Nec vero interest, Roxanes 21
, quandoque genitus erit, an Perdiccan regem tis; quum iste sub tutelæ specie regnum occuis sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui noniatus est: et in tanta omnium festinatione, non

uod exspectabat, appeteret. inverso verborum ordine, *petebat, exspectaret.*
'ec dii siverint. *Schmieder* ret, *nec dii ferant*, quia videbaiæc Codd. Pal. I, et Theocr. gantior, propter seqq. *homi- non ferent.* Ego vero non ita nec enim eamdem vocem in de diis et de hominibus potuit Curtius. Quod enim sinunt, nunquam fit: quod nt homines, fit primum, sed st tempore ab iis qui eam i possunt, diruitur. — *Ho- n ferent.* Perdiccan regnare nt dii: et prohibebunt, ut Quidquid autem illis tandem i sit, id certo mihi constat, non passuros. Nec jam loquor ioribus quam Perdicca est, quidem maxime refert obconatibus hominis; sed omiliis cujuscumque conditionis Alexandri commilitonibus: modo viri sint, animosque mares habeant. Ego quidem, meique similes, qui servitio mortem anteponimus, compertum habemus, viros fortes nihil invitos perpeti, nec posse cogi, ut quod nolint faciant. Hic illorum verborum sensus est haud dubius. — *De nobilioribus.* Quinam amicorum Alexandri nobiliores Perdicca? erat enim stirpe regia genitus, ut patet ex X, 7, 8. Sed Leonnatus ibidem itidem; et forte propiori gradu Alexandrum hic contigerit. Aridæus autem Alexandri frater erat, Ptolemæus credebatur. Nullam de Neoptolemo, Alexandri avunculo, adhuc superstite, de quo Arrian. II, 27, 9, a Curtio mentionem fieri miratur Freinshemius. Utrum Neoptolemus tum superfuerit, nec ne, incertum est. Fuit forte pater Meleagri (Arrian. I, 14, 2), unde cur et Meleager ad summam rerum adspiraret, intelligeretur.

justa modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus exspectat, et jam divinat, marem esse conceptum;
22 quem vos dubitatis paratum esse vel subdere? Si medius fidius Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex iis, quæ imperasset, non faciendum
23 esse censerem. Quin igitur ab diripiendos thesauros discurritis? harum enim opum regiarum utique popu-
24 lus est heres. » Hæc eloquutus per medios armatos erupit, et, qui abeunti viam dederant, ipsum ad pronunciatam prædam sequebantur.

1 VII. Jamque armatorum circa Meleagrum frequens globus erat, in seditionem ac discordiam versa concione, quum quidam, plerisque Macedonum ignotus,
2 ex infima plebe: « Quid opus est, inquit, armis civilique bello habentibus regem, quem quæritis? Aridæus, Philippo genitus, Alexandri paullo ante regis frater, sacrorum ceremoniarumque consors modo, nunc so-

21. *Quem vos dubitatis.* L. *ne quem vos dubitetis paratum esse*, etc. Heinsius. *Dubitetis* est e pluribus Codd. Cum Scheffero tamen signum interrogationis addere satis habuit *Schmieder.* — *Vel subde e.* An dubitatis paratum esse Perdiccan, si Roxane feminam pepererit, pro hac masculum supponere, quo, tutelæ specie, regnum interim occupet.

22. *M dius fidius.* Juramenti formula, veteribus usitata; quasi diceres: *Ita me dius fidius amet*, id est, deus qui fidei præest.

24. *Ad pronunciatam.* Ad publice promissam. Plurimi Codd. *prænunciantem prædam.*

1. *Philippo genitus.* Ex Philinna Larissæa, saltatrice, ignobili scorto. Dicitur Philippus, quum Thessalorum gentem sibi conciliare cuperet, liberos sustulisse ex duabus thessalis mulieribus, quarum altera erat Nicasipolis Pheræa, quæ Thessalonicam ipsi peperit; altera Philinna. — *Sacrorum.* Sc. gentiliciorum, ut recte interpretatur Pitiscus. Aridæus ideo solus heres appellatur, quod Hercules et Roxanes fil. nondum natus, quia ex captivis essent, successione indigni credebantur. De hoc Aridæo talia Themistius, Orat. XII: « Alexandro apud Babylonem defuncto, Macedones successorem nullum idoneum repererunt: sed Ptolemæo, Lagi filio, Aridæum stolidum prætulerunt, tanquam pecunias, mortui fratris loco, superstiti persolverent, non imperium conferrent, cujus heres ille unicus est, qui illud conservare ac tueri noverit. » Et Senec. de Benef. IV, 31, 1: « Interdum solemus dicere: quid sibi vult Providentia, quæ Aridæum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum est et fratri.

:eres, præteritur a vobis. Quo merito suo? quidve
, cur etiam gentium communi jure fraudetur? Si
andro similem quæritis, nunquam reperietis; si
imum, hic solus est.» His auditis, concio primo 3
tium velut jussa habuit: conclamant deinde pa-
, Aridæum vocandum esse, mortemque meritos,
concionem sine eo habuissent. Tum Pithon, ple- 4
lacrymarum, orditur dicere, nunc vel maxime
rabilem esse Alexandrum, qui tam bonorum ci-
. militumque fructu et præsentia fraudatus esset.
en enim memoriamque regis sui tantum intuen-
ad cetera caligare eos.* Haud ambigue in juve- 5
m, cui regnum destinabatur, impensa probra;
magis ipsi odium, quam Aridæo contemptum
erunt: quippe dum miserentur, etiam favere cœ-
nt. Igitur, non alium se quam eum, qui ad hanc 6
ı genitus esset, regnare passuros, pertinaci accla-
ɔne declarant, vocarique Aridæum jubent. Quem 7
ager, infestus invisusque Perdiccæ, strenue per-
: in regiam; et milites *Philippum* consalutatum,

)ui tam bonorum. Legas cum ro, *qui jam bonorum*, etc. Sen- ;st: Miserabilem esse Alexan- quod regnum condiderit brevi m; jam nullum fructum esse ex ivibus, qui universi pravo con- ı Aridæum regnum conferendi, lebeant. Diod. 18, 2, Aridæum ; πάθεσι ἀνιάτοις συνεχόμενον – *Caligare.* Cæcos esse et insa-

npensa probra. Freinshemius ısius malunt *intensa probra;* conjecta a Pithone; oblique gnificabat, præter stirpem ni- in Aridæo., quod rege dignum :eterum paullo ante hæc verba ɜst, etiam in Cod. Theoc. conspicua. Deficere videntur quædam Pithonis verba, quibus contra consilium suum, ut milites Aridæi misererentur, effecit. Ex scriptura Codd. in reliquis quoque multum variante, locum turbatum esse intelligitur. — *Dum miserentur;* Aridæi. Solet hoc fieri, inquit Freinshemius, et plerumque perperam. Est enim etiam misericordia affectus, ut reliqui, cæcus et improvidus, et in deteriora ferri pronus, quoties ratione non regitur.

7. *Philippum.* Sensus est: Aridæum regem appellantes, nomen ei *Philippum*, ob memoriam patris, imponunt. Hic Philippus Aridæus est, a quo appellati sunt *anni Philippi*, quibus astronomi græci et arabes usi sunt;

8 regem appellant. Ceterum hæc vulgi erat vox; principum alia sententia. E quibus Pithon consilium Perdiccæ exsequi cœpit, tutoresque destinat filio ex Roxane futuro, Perdiccan et Leonnatum stirpe regia
9 genitos. Adjecit, ut in Europa Craterus et Antipater res administrarent. Tum jusjurandum a singulis exactum, futuros in potestate regis geniti Alexandro.
10 Meleager, haud injuria metu supplicii territus, cum suis secesserat. Rursus Philippum trahens secum irrupit regiam, clamitans, suffragari rei publicæ de novo

ducto hujus æræ initio ab exordio anni ægyptiaci, in quem Alexandri mors et Philippi exordia inciderunt. Vid. Petavium de Doctrina temporum, t. II, l. X, c. 38 et 39. Hæc *Tellier.*

10. *Philippum.* Aridæum. — *Suffragari reipublicæ.* In Codd. quibusdam legitur *conceptæ* pro *concepto;* in Cod. Theocr. *opperirentur* pro *experirentur.* « Utroque non sanatur locus male vexatus, inquit *Schmieder,* nisi fortasse sic explicari potest: *clamitans,* jubens, *suffragari rei,* vel, si mavis, *spei publicæ de novo rege paullo ante* (in utero Roxanes) *concepto! opperirentur robur ætatis!* hoc est, exspectarent, quando puer nondum natus adoleverit, ut tum demum regem habeant quo nunc opus sit: *modo stirpem Philippi, et filium ac fratrem duorum regum*, Philippi, Alexandri, *sibimet ipsis potissimum crederent,* non Perdiccæ et reliquis principibus; defenderent Aridæum ab illorum injuriis. » Alii locum ex conjectura sic emendarunt. Acidalius : *Suffragari rei publicæ de novo rege paullo ante* recepto *robur ætatis* (*scilic.* Aridæi): *experirentur modo, stirpem Philippi, et filium ac fratrem duorum regum; sibimet ipsis potissimum crederent.* Sebisius : *Suffragari rei publicæ de novo rege paullo ante concepto robur ætatis experirentur, modo stirpem Philippi, et filium ac fratrem regum duorum semet ipsis potiorem crederent.* Heinsius et Tellier: *Suffragari spei publicæ de rege paullo ante conceptæ*, etc. Schefferus : *Suffragati rei publicæ de novo rege paullo ante concepto, robur ætatis experirentur modo, stirpem Philippi, et filium ac fratrem regum duorum, ac sibimetipsis potissimum crederent.* Si omnes inter has interpretationes unam eligerem, interpretatio esset Acidalii. Solummodo pro *recepto,* quod ille admisit, relinquerem *concepto,* quod in plerisque Codd. legitur, et nihil mutandum haberem, interpungendo, ut ipse in textu feci. *Robur* enim *ætatis* non ad Aridæum, sed ad Roxanis filium pertineret, et ironice acciperetur; hoc sensu : Viro in ætatis robore egemus, et sane magnum est ætatis robur, de puero, nempe quum de puero agitur paullo ante concepto. Satius est milites experiri Aridæum, et sibimet ipsis tantum, non aliorum sententiis credere de rege eligendo et habendo. Omnia sic, credo, recte fluunt, et nihil in Codd. lectione mutare necesse est.

aullo ante concepto robur ætatis; experirentur stirpem Philippi, et filium ac fratrem regum m; sibimet ipsis potissimum crederent. Nullum 11
ıdum mare, nullum vastum fretum et procelloıntos ciet fluctus, quantos multitudo motus hatique si nova et brevi duratura libertate luxu'auci Perdiccæ modo electo, plures Philippo, 12
speraverat, imperium dabant. Nec velle, nec quidquam diu poterant; pœnitebatque modo ıi, modo pœnitentiæ ipsius. Ad ultimum tamen 'pem regiam inclinavere studiis. Cesserat ex 13
ıne Aridæus principum auctoritate conterritus; eunte illo, conticuerat magis, quam languerat :is favor. Itaque revocatus vestem fratris, eam , quæ in sella posita fuerat, induitur. Et Melea- 14
horace sumpto, capit arma, novique regis sasequitur. Phalanx hastis clypeos quatiens, exam se sanguine illorum, qui affectaverant nihil ıos pertinens regnum, minabatur: in eadem 15
familiaque imperii vires remansuras esse gaudehereditarium imperium stirpem regiam vindica: assuetos se nomen ipsum colere, venerarique, ıemquam id capere, nisi genitum ut regnaret.
Perdicca territus conclave, in quo Alexandri 16
; jacebat, obserari jubet. Sexcenti cum ipso

uam speraverat. Legit, *quem* , Acidalius; nostri Codd. *eraverant.*

ıduitur. In signum imperii se translati.

ovique regis satelles sequitur. :ocr. *novi regis satelles,* omisıis. Meleager induitur thoraıuam novi regis satelles; quo ejus gratiam iniret, quum ıuctoritatem ejus agnosceret, atque defendere polliceretur. Confer. Arrian. I, 25, 3. — *Expleturam se.* Se expleturam, satiaturam sese sanguine, etc. In sqq. quædam glossæ eliminandæ sunt; *minabatur* cum multis Codd. *esse gaudebant* cum paucis. Tum pro *imperii vires* cum Acidalio legendum est *imperii vices.*

16. *Adservari.* Codd. omnes *observari.* Non dubitavi ex Palmerii conjectura *obserari* scribere. Perdiccas fu-

erant spectatæ virtutis: Ptolemæus quoque se
17 xerat ei, puerorumque regia cohors. Ceterum
difficulter a tot millibus armatorum claustra pe
sunt. Et rex quoque irruperat stipatus sat
18 turba, quorum princeps erat Meleager: ira
Perdicca, hos, qui Alexandri corpus tueri v
sevocat; sed qui irruperant, eminus tela in ips
ciebant: multisque vulneratis, tandem seniores
ptis galeis, quo facilius nosci possent, preca
cum Perdicca erant, cœpere, ut absisterent bel
19 gique et pluribus cederent. Primus Perdicca
deposuit; ceterique idem fecere. Meleagro
suadente, ne a corpore Alexandri discederent; i
locum quæri rati, diversa regiæ parte ad Eup
20 fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobilissi
venum constabat, Perdiccan et Leonnatum fr
sequebatur; placebatque excedere urbe, et ten
21 campis. Sed Perdicca ne pedites quidem sequ
ipsum desperabat: itaque, ne abducendo equite
pisse a cetero exercitu videretur, in urbe subst

gerat in conclave, ubi Alexandri corpus jacebat; idque obserari, occludi, jubet. Sed Macedones claustra perfringunt. — *Ptolemæus*. Idem quoque affirmat Pausanias in Atticis. — *Puerorum*. Nobilium adolescentium, regii corporis custodum.

17. *Et rex quoque*. Jure abest a quibusd. Codd. *quoque*, et mox *erat*.

18. *Sevocat*. Arripit Perdiccas occasionem, quasi Alexandri corpus contra vim in hoc tumultu defendendum sit, sperans hoc nomine plures ad se transituros, quam ad Meleagrum læsæ auctoritatis regiæ per irruptionem in Alex. conclave auctorem. — *Seniòres*. Ex Meleagri agmine. — *Qui cum Perdicca erant*. In græco auctore, unde hæc transtulit Curtius fuisse τοὺς περὶ Περδίκκαν, negotio hic prodiret sensu *Perdiccan cœpere, ut abstin* *regique et pluribus cederet.* *dicca cum suis arma deposuit* *idem fecere.* — *Absisterent* cum Codd. omnibus. Vulg *rent*.

19. *Ne discederent*. Ut sc quam honoris caussa defun rent: at illi sic putabant, loco, velut carceri, inclu quando inimicis libuisset, in portuni forent.

20. *In campos*. Plurimi *campis*, hoc est, castra habe pis. *Freinshemio* placuit *in c*

I. At Meleager regem monere non destitit, jus 1
ii Perdiccæ morte sanciendum esse: ni occupe-
ıpotens animus, res novaturum. Meminisse eum,
le rege meruisset, neminem autem ei satis fidum
quem metuat. Rex patiebatur magis, quam as- 2
batur. Itaque Meleager silentium pro imperio
t, misitque regis nomine, qui Perdiccan arces-
:: iisdem mandatum, ut occiderent, si venire
ıret. Perdicca, nunciato satellitum adventu, sex- 3
omnino pueris regiæ cohortis comitatus, in li-
domus suæ constitit; castigatosque, et Meleagri
pia identidem appellans, sic animi vultusque
ıntia terruit, ut vix mentis compotes fugerent.
cca pueros equos jussit conscendere, et cum 4
s amicorum ad Leonnatum pervenit; jam fir-
præsidio vim propulsaturus, si quis inferret.
ro die indigna res Macedonibus videbatur, Per- 5
ı ad mortis periculum adductum; et Meleagri
itatem armis ultum ire decreverant: atque ille, 6
one provisa, quum regem adiisset, interrogare

ıpotens animus. Cum impetu ı appetens rerum.
eminisse eum. Perdiccan. *Ne- autem ei.* Perdiccan autem ı satis fidum esse posse, quod tuat. « Nam, inquit Minutius ıaturale est, et odisse, quem ꞉t quem oderis, infestare, si — *Patiebatur magis.* Non ısilio, quam ignavia et imbe- animi.
ımi vultusque constantia. Non e exemplum est apud Diod. ꞉, 51, de Olympiade, ad quam endam, quum Cassander du- ıatellites misisset, omnes ejus tu et majestate territi refuge- assicus est de Mario locus ap. Valer. Max. II, 10, 6; Plut. Vit. et Appian. de Bellis civilibus. Multa alia exempla reperire foret, inter quæ omnibus occurrit ille *Coligny,* quem celebravit *Voltaire, Henriade,* cant. II.

4. *Ad Leonnatum..* Qui cum equitibus in campis tendebat.

6. *Atque ille, seditione provisa....* *cœpit.* Sic plerique Codd. quod interpretantur: atque Meleager, eam rem in suam perniciem erupturam prævidens, adit regem, et militibus coram interrogat, an ille Perdiccan comprehendi jussisset; sperans, confitente rege, omnem invidiam omneque periculum posse declinari. Sed vix ferenda est ellipsis: *militibus coram.* Aridæus respondere debuerat, *ipsius* instinctu

eum cœpit, an Perdiccan comprehendi ipse jussisset: ille Meleagri instinctu se jussisse respondit. Ceterum non debere tumultuari eos; Perdiccan enim vivere.
7 Igitur, concione dimissa, Meleager, equitum maxime defectione perterritus, inopsque consilii (quippe in ipsum periculum reciderat, quod inimico paullo ante intenderat), triduum fere consumpsit incerta consilia
8 volvendo. Et pristina quidem regiæ species manebat: nam et legati gentium regem adibant, et copiarum duces aderant, et vestibulum satellites armatique com-
9 pleverant. Sed ingens sua sponte mœstitia ultimæ desperationis index erat: suspectique invicem non adire propius, non colloqui audebant, secretas cogitationes intra se quoque volventes; et ex comparatione regis
10 novi desiderium excitabatur amissi. Ubi ille esset, cujus imperium, cujus auspicium sequuti erant, requirebant: destitutos se inter infestas indomitasque

se jussisse, non debere tumultuari *milites*. De *concione dimissa* sermo esse non poterat, si Meleager cum aliquot tantum militibus regem adierat. Ceterum vix crediderim, Meleagrum ipsum hæc interrogare ausum esse. Ipsa locutio, *interrogare cœpit*, de homine, qui consulto aliquem adit interrogandi caussa, adhiberi vix potest; intelligi potest de multitudine tumultuante, paullatim eo progressa, ut adeo regem interrogare cœperit. In quibusdam edd. legitur: *illi quum regem adissent, interrogare eum cœperunt*, sine ulla auctoritate. Scheffero ex conjectura legendum videtur: atque illi, seditione provisa, quum regem *adissent, interrogare eum, an Perdiccan comprehendi ipse jussisset*. Sed nec hoc satisfacit. Locus laborat, nec habeo certam medelam. Maxime eo inclinor, ut quædam deficere putem: Meleagrum, seditione provisa, concionem convocasse ad tentandos confirmandosve animos, ubi militem, quum regem adisset, interrogare eum cœpisse, etc. Hæc *Schmieder*. Ego vero haud ægre crediderim, in tanta rerum omnium perturbatione, Meleagrum ausum fuisse, inprimis cum tam imbecillo principe.

9. *Quoque volventes*. Acidalius alii que legunt: *quisque volventes*. — *Et ex comparatione*. Sic apud Suetonium, Calig. VI, 4: « Auxit gloriam desideriumque defuncti (Germanici) etiam atrocitas insequentium temporum. » Tacit. XIV, 51, 3: « Civitati grande desiderium ejus mansit, per memoriam virtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia et adulteria. »

10. *Requirebant*. Acidalius aliique expungunt hoc verbum. Sed adest in

gentes, expetituras tot cladium suarum pœnas, quandoque oblata esset occasio. His cogitationibus animos 11
exedebant, quum annunciatur, equites, qui sub Perdicca essent, occupatis circa Babylonem campis, frumentum, quod in urbem invehebatur, retinuisse. Ita- 12
que inopia primum, deinde fames esse cœpit; et qui in urbe erant, aut reconciliandam gratiam cum Perdicca, aut armis certandum esse, censebant. Forte 13
ita acciderat, ut, qui in agris erant, populationem villarum vicorumque veriti, confugerent in urbem; oppidani, quum ipsos alimenta deficerent, urbe excederent, et utrique generi tutior aliena sedes, quam sua videretur. Quorum consternationem Macedones ve- 14
riti, in regiam coeunt; quæque ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem, legatos ad equites mitti de finienda discordia, armisque ponendis. Igitur 15
a rege legatur Pasas Thessalus, et Amissas Megalopolitanus, et Perilaus: qui quum mandata regis edidissent, non aliter posituros arma equites, quam si rex discordiæ auctores dedidisset, tulere responsum. His re- 16
nunciatis, sua sponte milites arma capiunt; quorum tumultu e regia Philippus excitus: «Nihil, inquit, seditione est opus; nam inter se certantium præmia, qui quieverint, occupabunt. Simul mementote, rem 17
esse cum civibus; quibus spem gratiæ cito abrumpere, ad bellum civile properantium est. Altera lega- 18
tione an mitigari possint, experiamur: et credo, nondum regis corpore sepulto, ad præstanda ei justa

omnibus Codd. — *Quandoque.* Sic et hoc loco quinque Codd Vulgo: *quandocumque.* Vide notam ad IX, 6, 26.

11. *Animos exedebant.* Maximo cruciatu conficiebantur.

16. *Occupabunt.* Utraque pugnantium factione mutuis cladibus attrita, ipsi integri nullo suo damno, id, de quo certatur, obtinebunt.

17. *Quibus spem gratiæ.* Quibus si spem pacis adimitis, civile bellum accelerabitis.

19 omnes esse coituros. Quod ad me attinet, reddere
hoc imperium malo, quam exercere civium sanguine:
et si nulla alia concordiæ spes est, oro quæsoque,
20 eligite potiorem. » Obortis deinde lacrymis, diadema
detrahit capiti, dextram, qua id tenebat, protendens,
21 ut, si quis se digniorem profiteretur, acciperet. In-
gentem spem indolis, ante eum diem fratris claritate
suppressæ, ea moderata excitavit oratio. Itaque cuncti
instare cœperunt, ut, quæ agitasset, exsequi vellet.
22 Eosdem rursus legat petituros, ut Meleagrum tertium
ducem acciperent. Haud ægre id impetratum est: nam
et abducere Meleagrum Perdicca a rege cupiebat; et
23 unum duobus imparem futurum esse censebat. Igitur
Meleagro cum phalange obviam egresso, Perdicca
equitum turmas antecedens occurrit. Utrumque
agmen, mutua salutatione facta, coit; in perpetuum,
ut arbitrabantur, concordia et pace firmata.

1 IX. Sed jam fatis admovebantur Macedonum genti
bella civilia : nam et insociabile est regnum, et a plu-

21. *Suppressæ.* Quam Alexander gloria sua hactenus obscuraverat. Sic scripsi cum Acidalio, Schmiedero et aliquot Codd. pro *suppressam.* Ceterum, ut notavit Cellarius, hæc indoles non tam fratris claritate, sed per se etiam suppressa fuit. Siquidem Aridæus mentis non compos erat ex corporis vitio, non naturali quidem (festiva enim nec ignava indoles in puero eluxerat), sed novercæ fraude contracto: quippe fama erat, medicamentis ab Olympiade vitiatum, mente debilitatum fuisse. Plut. Alex. c. 77.

22. *Ut Meleagrum tertium ducem acciperent.* Videtur Aridæus, postquam equites in se regem consenserant, Perdiccæ et Leonnato imperii tutelam et procurationem concessisse, sed ea conditione, ut tertium Meleagrum in consilio haberent. Quod si ponis, reliqua non sunt difficilia intellectu. At Just. XIII, 4, et Arr. ap. Photium rerum curam duobus tantum, Perdiccæ et Meleagro, ita assignatum scripserunt, ut hic illius vicarium præfectum ageret; Leonnati tertii præfecti mentionem non fecerunt.

1. *Insociabile est regnum.* Ennius apud Ciceronem, Offic. 1, 8 : Nulla sancta societas, nec fides regni est. Lucan. I, 93 : « Nulla fides regni sociis ; omnisque potestas Impatiens consortis erit. » Inde apud Tac. XIII, 17, 1 : « Neroni Britannicum opprimenti plerique ignoscebant, antiquas fratrum discordias, et insociabile regnum existimantes. »

ribus expetebatur. Primum ergo collegere vires; deinde 2
disperserunt: et quum pluribus corpus, quam capie-
bat, onerassent; cetera membra deficere cœperunt:
quodque imperium sub uno stare potuisset, dum a
pluribus sustinetur, ruit. Proinde jure meritoque po- 3
pulus Romanus salutem se principi suo debere profi-
tetur, cui noctis, quam pæne supremam habuimus,
novum sidus illuxit. Hujus hercule, non solis ortus, 4
lucem caliganti reddidit mundo, quum sine suo capite
discordia membra trepidarent. Quot ille tum exstinxit 5
faces? quot condidit gladios? quantam tempestatem
subita serenitate discussit? Non ergo revirescit solum,
sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, exci- 6
piet hujus sæculi tempora ejusdem domus utinam per-
petua, certe diuturna posteritas. Ceterum ut ad ordi- 7
nem, a quo me contemplatio publicæ felicitatis aver-
terat, redeam; Perdicca unicam spem salutis suæ in
Meleagri morte deponebat: vanum eumdem et infi-

2. *Primum ergo collegere vires.* Uni summam imperii tradentes; *deinde disperserunt* vires, singulis præfectorum provincias committentes, pluribus quasi regibus imperiu onerantes; *et quum corpus* unum metaphorice pro uno regno) *pluribus* capitibus (regnantibus), *quam capiebat, onerassent, cetera* ejus corporis *membra deficere cœperunt*, non suffecere pluribus capitibus ferendis.

3. *Proinde jure meritoque*, etc. Ansam præbuit hic locus editoribus de tempore, quo Curtius vixerit, conjectandi. Vide quo modo ea fusius illustraverimus in præfatione. — *Cui noctis.* Pro *cui noctis*, vel cum Cod. Theocr. *cujus nocti;* vel, quod malo, cum Heumanno et Heinsio legendum est: *qui nocti.* Simillima hæc Senecæ de Claudio: «Sidus hoc, quod præcipitato in profundum ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat.» Cic. pro Flacco, c. 40: «O nox illa, quæ pæne æternas huic urbi tenebras attulisti.» Liv. VI, 17, 5: «Non observatam esse memoriam noctis illius, quæ pæne ultima atque æterna nomini romano fuerit.»

6. *Diuturna posteritas.* Ea dici potuere Vepasiano, non parenti modo, sed jam avo. Sane similis Curtiano est locus Sil. Ital. III, 625, ubi Jupiter sic Vespasiani filium compellat: «Tunc, o nate deum, divosque dature, beatas Imperio terras patrio rege; tarda senectam Hospitia excipient cæli, solioque Quirinus Concedet, mediumque parens fraterque locabunt. Siderei juxta radiabunt tempora nati.»

7. *Deponebat.* Freinshemius *ponebat*, Heinsius *reponebat* legunt.

dum, celeriterque res novaturum, et sibi maxime infe-
8 stum occupandum esse. Sed alta dissimulatione consi-
lium premebat, ut opprimeret incautum. Ergo clam
quosdam ex copiis, quibus præerat, subornavit, ut,
quasi ignoraret ipse, conquererentur palam, Melea-
9 grum æquatum esse Perdiccæ. Quorum sermone Me-
leager ad se relato, furens ira, Perdiccæ quæ compe-
risset, exponit. Ille, velut nova re exterritus, admirari,
queri, dolentisque speciem ostentare ei cœpit; ad ul-
timum convenit, ut comprehenderentur tam seditiosæ
10 vocis auctores. Agit Meleager gratias, amplexusque
Perdiccan, fidem ejus in se ac benevolentiam collau-
11 dat. Tum, communi consilio rationem opprimendi
noxios ineunt: placet, exercitum patrio more lustrari:
et probabilis caussa videbatur præterea discordia.
12 Macedonum reges ita lustrare soliti erant milites, ut
discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem de-
duceretur exercitus, ab utraque abjicerentur parte;

8. *Dissimulatione premebat.* Plane Virgilian. Æn. I, 213: « Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. »

12. *Lustrare milites.* Illustrat hunc Curtii locum Jo. Meursius in Græcia Feriata, voce *Xanthica*, his verbis: ΞΑΝΘΙΚΑ Macedones celebrant, eratque militum lustratio. Hesychius: Ξανθικά, ἑορτὴ Μακεδόνων. Ξανθικοῦ μηνὸς ἡ ἀγομένη, ad diem VIII Xanthici, quem Aprili respondere putant. De lustratione militum quod subjungit tum peracta: eam ita describit Livius XL, 6, 1: « Forte lustrandi exercitus venit tempus; cujus solemne est tale. Caput mediæ canis præcisæ et prior pars ad dextram cum extis, posterior ad lævam viæ ponitur: inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur; præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum, deinde rex ipse cum liberis sequitur; proxima est regia cohors, custodesque corporis: postremum agmen Macedonum cetera multitudo claudit. Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ.» Et mox XL, 13, 3, in Demetrii oratione ad patrem Philippum: «Quis dies? quo lustratus exercitus, quo inter divisam victimam, prælatis omnium, qui unquam fuere Macedoniæ regum, armis regiis, duo soli tua tegentes latera, pater, prævecti sumus, et sequutum est Macedonum agmen.» — *Ultimo in campo...... ab utraque parte.* In dextro sinistroque margine, in extremo campi.

intra id spatium armati omnes starent, hinc equites,
illinc phalanx. Itaque eo die, quem huic sacro desti- 13
naverant, rex cum equitibus elephantisque constite-
rat contra pedites, quîs Meleager præerat. Jam eque- 14
stre agmen movebatur, et pedites subita formidine
ob recentem discordiam, haud sane pacati quidquam
exspectantes, parumper addubitavere, an in urbem
subducerent copias; quippe pro equitibus planities
erat. Ceterum veriti, ne temere commilitonum fidem 15
damnarent, substitere, præparatis ad dimicandum
animis, si quis vim inferret: jam agmina coibant,
parvumque intervallum erat, quod aciem utramque
divideret. Itaque rex cum una ala obequitare pediti- 16
bus cœpit, discordiæ auctores, quos tueri ipse debe-
bat, instinctu Perdiccæ ad supplicia deposcens; mina-
baturque, omnes turmas cum elephantis inducturum
se in recusantes. Stupebant improviso malo pedites; 17
nec plus in ipso Meleagro erat aut consilii, aut animi:
tutissimum ex præsentibus videbatur, exspectare po-
tius, quam movere fortunam. Tum Perdicca, ut tor- 18
pentes et obnoxios vidit, ccc fere, qui Meleagrum
erumpentem ex concione, quæ prima habita est post
mortem Alexandri, sequuti erant, a ceteris discretos,
elephantis in conspectu totius exercitus objicit; om-
nesque belluarum pedibus obtriti sunt, nec prohi-
bente Philippo, nec auctore; apparebatque id modo 19
pro suo vindicaturum, quod approbasset eventus.
Hoc bellorum civilium Macedonibus et omen et prin-
cipium fuit. Meleager, sero intellecta fraude Perdiccæ, 20

13. *Constiterat contra pedites.* Quia exercitui bifariam diviso ad simulacrum pugnæ concurrendum erat. — *Quos tueri ipse debebat.* Quia per eosdem ad summam imperii provectus erat.

18. *Erumpentem ex concione.* Vide supra X, 6, 14.

19. *Vindicaturum.* Philippum nihil approbaturum tanquam se auctore factum, quam quod felix exitus approbaret.

tum quidem, quia ipsius corpori vis non afferebatur, in agmine quietus stetit: at mox, damnata spe
21 salutis, quum ejus nomine, quem ipse fecerat regem, in perniciem suam abutentes videret inimicos, confugit in templum; ac ne loci quidem religione defensus, occiditur.

1 X. Perdicca, perducto in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam ejus obtineret; satrapes Ptolemæus, Ægypti et Africæ gentium, quæ
2 in ditione erant. Laomedonti Syria cum Phœnice data est; Philotæ Cilicia destinata: Lyciam cum Pamphylia et majore Phrygia obtinere jussus Antigonus: in Cariam Cassander, Menander in Lydiam missi. Phrygiam majorem Hellesponto adjunctam Leonnati pro-

1. *Imperium dividi.* Divisio provinciarum inter duces Alexandri plerisque memoratur, quorum consensum aut discrepantiam, itemque depravationes, secundum literarum seriem, velocioris intellectus ergo, in secundo excursu, ad hujus libri calcem ex Freinshemio subjecimus, paucis tantum ex Schmiedero præmissis. — *Ptolemæus.* Lagi filius, Eordæus, corporis custos, *Ægypti et Africæ gentium, quæ in ditione erant,* hoc est, nomi libyci, qui Ægypto ad occasum adjacet, et Hammoniorum, atque ὅσα τῆς Ἀῤῥάβων γῆς ξύνορα Αἰγύπτῳ circa Heroopolin ἄρχειν ἐπετάχθη. — *Laomedonti,* Larichi filio, Erigyii fratri, Mitylenæo, *Syria cum Phœnice* et Palæstina *data est.* — *Philotæ,* eidem forte, qui supra V, 2, 5, *Angæus* appellabatur, et in Arr. III, 29, 13, et IV, 24, 17, intelligi potest. Præfuerat agmini peditum. — *Antigonus,* Philippi filius: apud Justinum, Antigono Phrygia tantum magna; Nearcho autem Lycia et Pamphylia assignantur. Quod si verum, easdem post mortem Alexandri provincias retinuerunt, quas ab rege diu ante acceperant. — *Cassander,* Antipatri filius, ex junioribus erat, non multo ante ad Alexandrum profectus; quem, Justino auctore, et stipatoribus satellitibusque regis præfectum fuisse, et Cariæ provinciæ, verisimile non est. Caria potius cessit *Asandro*, Philotæ filio cf. Arrian. IX, apud Photium. Asander, sub Alexandro, Lydiæ et Ioniæ præfectus fuerat, et sæpius occurit in Arrian. Exped. — *Menander* Lydiæ satrapa sub Alexandro fuit; Arrian. III, 6, 12. — *Leonnatus,* Anteæ fil. Pellæus (vide not. ad Arrian. III, 5, 7), somatophylax fuerat, sub mortem regis equitum amicorum præfectus. — *Eumenes*, Hieronymi filius, Cardianus, alæ equitum præfectus, γραμματεὺς βασιλικὸς, de quo vide Nepotem.

iam esse jusserunt. Cappadocia Eumeni cum Pa- 3
gonia cessit. Præceptum est, ut regionem eam
:e ad Trapezunta defenderet, bellum cum Arbate
ret: solus hic detrectabat imperium. Pithon Me- 4
ı, Lysimachus Thraciam, appositasque Thraciæ
:icas gentes obtinere jussi. Qui Indiæ, quique
ris, et Sogdianis, ceterisque aut Oceani, aut rubri

Præceptum est, ut...... bellum !rbate gereret. Lege cum Frein-ɔ : *defenderet, et bellum cum ıthe gereret,* Cappadociæ rege, aliquanto post Perdiccas vicit, et exuit. Hinc scripsit Nep. Eum. « Eumeni *datam esse Cappado- sive potius dictam; nam tum in n fuisse potestate.* » Si Eumenes imperium detrectasse dicitur, retantur *imperium* de provincia, , quod bello capienda esset, re noluisset; me non assen- Mens Curtii est, Eumenem ni- ıplius quam præfectum esse vo- et, quum reliqui præfecti ad um quisque provinciæ suæ im- ı et regis titulum adspirassent, pro posteritate Alexandri bel- ɜssisse. Conf. Nep. Eum. 13, 2. *Python.* Sic vulgo. Sed scripsi :, ut supra X, 4, 7 et 8, græce ı, Crateæ filius, somatophylax, ordæus, Arrian. VI, 28, 6. sive eneus, Arrian. Hist. Ind. 18, 6. Diodorum et Pithon et Atropa- ediæ præfecti dicuntur, quod sic intelligendum, Atropaten : minori, quæ post hæc Atropa- ppellabatur, Pithonem Mediæ præfectum fuisse. — *Lysima-* Agathoclis filius, Pellæus, soma- ax, cui cum Thracia Chersone- ıoque tradita est. — *Ceterisque eani, aut rubri maris* (sinus per- :ccolis. Hoc est, Gedrosiæ, Carmaniæ, Persidi, Susianæ. Non integer est numerus præfectorum. Addendum erat, quod Curtius supra c. 7, 9, commemoravit, in Europa Cratero et Antipatro res administrandas fuisse. Præerant Illyriis, Triballis, Agrianis, ipsi Macedoniæ, Epiro et Græciæ universæ. Addendum erat, quod ex Diodoro, lib. XVIII, 3 (cum quo Justinus, 13, 4, qui multa tamen perverse tradidit, conferendus est), adjicit *Schmieder :* Reliquas in Asia satrapias non movere, sed pristinis relinquere ducibus visum est. Contigua his provincia (India inter flumina) Taxilli regi data est, Parapamisadarum prov. Oxyartæ Bactriano, Roxanes patri; Arachosia et Gedrosia Sibyrtio; Aria et Drangiana Stasanori; Bactriana et Sogdiana Philippo; Parthyæa et Hyrcania Phrataphemi; Persis Peucestæ; Carmania Tlepolemo; Media Atrapæ (l. Atropatæ); Babylonia Archoni; Mesopotamia Arcesilao; Taxili et Poro regnorum suorum, ut ab Alexandro ipso constitutum erat, imperium concedebatur. Seleucus amicorum equitatui præfectus est, qui locus post regem primus erat in toto exercitu. — Inde scripsit Justinus, summum castrorum tribunatum Seleuco, Antiochi fil. cessisse. Ex eodem addendum est, Scynum accepisse Susianam; Assyriam Mesopotamiæ junctam fuisse ex secunda provinciarum distributione (ap. Photium) conjicio. Cyprus Syriæ ac-

maris accolis præerant, quibus quisque finibus ha-
5 buisset, imperii etiam jus obtineret. Decretum est, ut Perdicca cum rege esset, copiisque præesset, quæ regem sequebantur. Credidere quidam, testamento Alexandri distributas esse provincias; sed famam ejus rei, quanquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse
6 comperimus. Et quidem suas quisque opes, divisis imperii partibus, tuebantur, quas ipsi fundaverant, si unquam adversus immodicas cupiditates terminus sta-
7 ret. Quippe paullo ante regis ministri, specie imperii alieni procurandi, singuli [ingentia] invaserant regna; sublatis certaminum caussis, quum et omnes ejusdem gentis essent, et a ceteris suis quisque imperii regione
8 discreti. Sed difficile erat, eo contentos esse, quod obtulerat occasio : quippe sordent prima quæque, quum majora sperantur. Itaque omnibus expeditius
9 videbatur augere regna, quam fuisset accipere. Septi-

cessisse, et India cis Indum maritimaque Pithoni, Agenoris fil. et Oxyartæ mansisse videntur. Cui Armenia cesserit, nemo tradidit. Justini enim locus, ubi Armenia Phratapherni tradita legitur, corruptus, et ex parte sic legendus est: *sortitur.....* *Hyrcanos Phrataphernes, Carmanios Tlepolemus, Persas Peucestes, Archon Babylonios*, etc. — *Imperii etiam jus obtinerent.* Sic legitur ex nostris regiis Codd. sed *Schmieder* aliique scribunt *obtineret:* illustrior sententia, quam in textum recepimus.

5. *Ut Perdicca.* Orontis filius ex Orestide, *cum rege esset*, tutor et administrator regni. — *Famam ejus rei vanam fuisse.* Indignatur hoc judicium *Tellier*, cui religio est, dissentire ab auctore Machab. c. 1, vs. 17, ubi scripsit de morituro Alexandro : διεῖλεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἔτι ζῶντος αὐτοῦ. Sed Curtii sententiam veram esse satis constat, ex certamine amicorum post mortem Alexandri de divisione. Quin et citior mors eripuit ei facultatem disponendi. Lucian. Mort. Dialog. inter Diogen. et Alex. Αὐτὰρ εἰπέ μοι, τίνι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν καταλέλοιπας; — Οὐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· οὐ γὰρ ἔφθασα ἐπισκῆψαί τι περὶ αὐτῆς, ἢ τοῦτο μόνον ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸ δακτύλιον ἐπέδωκα.

6. *Suas quisque opes tuebantur.* Hoc est, habebant, et suæ parti præerant. Sic sæpe Curtius *cornu* dextrum lævumve *tueri* pro : cornu præfectum esse.—*Fundaverant.* Fundaturi erant, fundare poterant. Sic supra V, c. 9, 9. *Patron egregiam gloriam tulerat*, ubi Freinshemius alia hujus formulæ exempla ex priscis scriptoribus collegit.

7. *Ingentia.* Abest a duobus Codd.

; dies erat, ex quo corpus regis jacebat in solio; is omnium ad formandum publicum statum a tam :mni munere aversis. Et non aliis quam Meso- 10
amiæ regione fervidior æstus exsistit, adeo ut pleue animalia, quæ in nudo solo deprehendit, exguat: tantus est vapor solis et cæli, quo cuncta it igne torrentur! Fontes aquarum et rari sunt, et 11
lentium fraude celantur: ipsis usus patet; ignotus advenis. Ut tandem curare corpus exanimum ami- 12
racavit; nulla tabe, ne minimo quidem livore cortum videre, qui intraverant: vigor quoque, qui stat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque 13
rptii Chaldæique, jussi corpus suo more curare, no non sunt ausi admovere velut spiranti manus: ide precati, ut jus fasque esset mortalibus attre-

Septimus dies erat. Æl. V. Hist. 64, 2, triginta diebus inhumaacuisse narrat. Fieri potest, ut r fallat, inquit Raderus, qui mox it de corpore in Ægyptum aveuasi sentiret, Ælianum triginta :omputasse a morte Alexandri, Alexandriæ humaretur. Sed ex XVIII, 28, patet, biennium exm fuisse, antequam id fieret. m ea super re Olympiadis expolian. Hist. Var. 13, 30.

Mesopotamiæ. Hoc est, Baby-, cujus ea pars, quæ inter fluest, sæpius Mesopotamia appel- Corpus Alexandri Babylone t. Sed, quæ est Curtii incuria, cælum Babyloniæ describere it, per nomen *Mesopotamia,* in auctore repertum, ad naturam otamiæ desertæ describendam hitur, quæ ad rem non pertinet. niæ quidem æstus æque ac Meimiæ desertæ fervidissimus est, quo cadavera citissime corrumpi solent; fontes vero aquarum nec desunt in Babylonia, Euphrate, Tigri et canalibus irrigua, nec faciunt ad cadavera a tabe defendenda. — *Pleraque.* Freinshemius mavult *plerumque.*

12. *Nulla tabe*, etc. Freinshemio verisimile est, fabulam hanc sparsam esse ad eximendam opinionem de veneno regi dato. — *Vigor.* Nam alias spiritu et anima excedente e corpore, statim expallescit corpus, vultus horret, artus obrigescunt, incipitque mox putere, fœtere, tabescere, corrumpi. Sallust. Catil. cap. 64: « paullum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens; » ubi plura doctissimus Joh. Wasse.

13. *Corpus suo more curare.* Corpus expurgare, condire, odoribus imbuere. De Ægyptiorum condiendi more allegat Raderus Herod. II, 86. — *Attrectare eum.* Radero et Freinshemio legendum videbatur *deum.* —

ctare eum, purgavere corpus; repletumque est odo-
ribus aureum solium, et capiti adjecta fortunæ ejus
14 insignia. Veneno necatum esse credidere plerique:
filium Antipatri inter ministros, Iollam nomine, pa-
tris jussu dedisse. Sæpe certe audita erat vox Alexan-
dri, Antipatrum regium affectare fastigium; majorem-
que esse præfecti opibus, ac titulo Spartanæ victoriæ
15 inflatum, omnia a se data asserentem sibi. Credebant
etiam, Craterum cum veterum militum manu ad in-
16 terficiendum eum missum. Vim autem veneni, quod
in Macedonia gignitur, talem esse constat, ut ferrum
quoque exurat, ungulæ jumenti duntaxat patiens.
17 Stygem appellant fontem, ex quo pestiferum virus
emanat. Hoc per Cassandrum allatum, traditumque
fratri Iollæ, et ab eo supremæ regis potioni inditum.
18 Hæc utcumque sunt tradita, eorum, quos rumor ad-
sperserat, mox potentia exstinxit. Regnum enim Mace-
19 doniæ Antipater, et Græciam quoque invasit: soboles
deinde excepit; interfectis omnibus, quicumque Ale-

Aureum solium. Loculum aureum, quem postea Ptolemæus Cybiosactes abstulit, vitreo substituto. Strabo, lib. XVII, p. 1144.

14. *Credidere plerique.* Eorum quoque, qui exstant, quos recensuit Freinshemius. Potior est auctoritas eorum, qui morbo ex vinolentia contracto decessisse tradiderunt. Res saltem dubia est. Conf. *Ste-Croix, Examen*, p. 157—159, et nostrum excursum tertium ad hujus libri calcem, in quo de Alexandri morbo et morte tractatur. — *Iollam.* Pincernam regium.

16. *In Macedonia.* Jam notarunt Freinshemius et Cellarius non in Macedonia, sed prope Nonacrin in Arcadia Stygium hoc venenum gigni traditum esse. Pitiscus Curtium ex Senecæ Q. N. III, 25, excusat, qui hujusmodi venenatam aquam etiam in Thessalia circa Tempe fuisse scripsit. — *Jumenti.* Vel asini, vel equi, vel mulæ, ut alii scripserunt; vel asini scythici cornu. Æl. de Anim. X, 40.

17. *Fratri Iollæ.* Jollas, Antipatri filius securitatis caussa potum Alexandri prægustare solitus, venenum supremæ regis potioni immisit: unde Justin. lib. XII: « accepto poculo, inquit, media potione repente, veluti telo confixus, ingemuit. » Persas autem primum instituisse ministrorum gustu cibos et potum explorare Suidas refert. De prægustatoribus regum et principum virorum, vide quæ dixit Popma in libro de Operis Servorum, verbo *Prægustatores.*

19. *Interfectis omnibus.* Cassander, Antipatri fil. interfecit *Olympiadem.*

ım etiam longinqua cognatione contigerant. ım corpus ejus a Ptolemæo, cui Ægyptus ces- Memphin, et inde paucis post annis Alexan- translatum est; omnisque memoriæ ac nomini habetur.

ı matrem. Diodor. 19, 61; V, 6, 11; Eusebius et Pau- Att. c. 25. *Alexandrum*, ejus ae filium, cum ipsa matre, , 104; Eusebius. *Herculem*, jus filium, Pausan. in Bœot. ɔ Just. XVI, 2, 5, ait: *Cas- somum Alexandro Magno stinctæ pœnas luisse*. Ex *Ra- dæus* Olympiade jubente oc- Diod. 19, 11.

lexandriam. Alexander ad em transferri voluerat, su- ʒ, 4. Plura vide in Arriano ɔtium; Diodoro, 18, 26 sqq. in Atticis, c. 6; Ælian. V. H. 12, 64; Suet. Aug. 18. Vide quartum excursum ad hunc librum, et tabulam qua funebris currus ex Diodoro Siculo repræsentatur.


Hunc sequetur, voluminique finem magnifice imponet rerum ab Alexandro gestarum vivida repræsentatio et quasi tabula, quam splendidis ornavit coloribus Nostras ille *Bossuet*, qui omnes omnium ætatum et populorum opes rapidissimo ingenii vigore suas faciens, solus temporum rerumque vices, universamque generis humani historiam uno obtutu poterat amplecti, suo semper Deo fretus, et quasi totius mundi dominator sublimis, et arbiter.

Q. CURTII RUFI FINIS.

In illa præfatione, quam primo volumini præmisimus, Heph[illegible]
rogum, Alexandrique funebrem currum, utriusque scilicet
nem quam liceret vero proximam, lectorum oculis haud in[illegible]
nec inutile forsitan oblectamentum polliciti sumus. Cujus nu[illegible]
missi fidem exsolvimus. Materiam præbuit Diodorus Siculus
tianæ brevitatis mirus explanator; operam vero suam, o[illegible]
numeris absolutam, V. C. *Quatremère de Quincy*.[1] Is quum
ante annos in regia Literarum et Inscriptionum Academi[illegible]
VII mensis decembris, anno M DCCCX, libellum de Hephæstion[illegible]
omnium consensu plausuque exceptum recitavisset[2], exara[illegible]
jam biennio ante et editam ibidem haberet similem de Ale[illegible]
feretro lucubrationem, utramque nobis pro sua humanitate
sit, novæ Q. Curtii editioni inserendam; quantam operi
accessionem! hoc, ultra quam dicere fas est, beneficio læti f[illegible]
quod in nimia copia fieri solet; divitias nostras partiti sum[illegible]
statim quidem rogum illum Hephæstionis, deinde in fine vol[illegible]
secundum munus edendum curabimus. Habebis, lector e[illegible]
sime, non integras Cl. viri commentationes; quippe quas, [illegible]
dum instituti nostri excederent, parca manu circumcide[illegible]
fuit. Annuerat ipse : tu ne succenseas, precamur. Ea fuit reli[illegible]
plerumque ipsa scribentis verba retinuerimus : nam illa in [illegible]
linguam vertere consilium non fuit, ne quid ponderis au[illegible]
tis v[illegible] singulis ad probationem pertinentibus argumentis det[illegible]
tur. Adde quod salva latinitate vix ac ne vix quidem roma[illegible]

PL. VI.

icile. (L. 17.



bitu donare licuisset tot usitatas nostris artificibus voces, quas gallicis auribus familiares non sub illo tegumento facile agnovisset lector indigena, nedum aliquis Germanus Britannusve aut intelligeret, aut probaret.

Porro Curtii locus (lib. x, cap. 4, § 13) ad quem primus hic Excursus referendus est, ita se habet : « in monumentum ei faciendum plus quam duodecim millia talentorum impensa fuere. » Nunc quo pacto descripti operis magnificentiam tibi effingere possis, vel quas impensas sterilis in ornando cadavere luxus, insanique amoris libido profuderit, ex ipsa docti viri dissertatione intelliges, cujus synopticam imaginem hic affixam junximus.

« M. Quatremère donne d'abord le texte de Diodore de Sicile (liv. XVII, chap. 115), accompagné d'une version latine; 2° il examine l'ensemble du monument; ce qui lui donne l'occasion d'établir son idée fondamentale, savoir, qu'il représentait un ordre architectonique, destiné à recevoir les ornemens que Diodore a décrits exclusivement à tout autre objet; 3° il cite à l'appui de son opinion, par voie d'analogie, la description du bûcher destiné aux apothéoses des empereurs romains, par Hérodien; 4° il prend, phrase par phrase, le texte grec, qui, grâce à sa théorie, ne lui présente aucune difficulté quant à la coordonnance des ornemens, et il termine par l'évaluation des dimensions et proportions de l'édifice, en rapportant les mesures antiques aux modernes.

« Nous croyons devoir nous dispenser de rapporter le texte grec, qui n'est point aussi nécessaire pour l'intelligence de cette dissertation, que pour celle du char funèbre d'Alexandre. Nous le remplaçons par la traduction française de M. Quatremère.

Antigonus Philippi F. cum Pamphylia et Lycia, Phrygiam obtinere jussus. Curtius; Diodorus, XVIII, 2; Appianus, Syriacis; Arrian. I et IX, apud Phot. qui Lycaonas etiam nominat, IX, ubi hæc sors ei confirmatur. Dexippus Pamphyliam et Cilices usque ad Phrygiam tribuit, quo loco apparet κι syllaba temere duplicata, καὶ Κιλίκων factum, ex καὶ Λυκίων. Certe idem auctor apud Eusebium diserte ei Lyciam adscribit; Phrygiam autem minorem. Cedrenus tamen etiam Ciliciam ad Taurum ei largitur. Justinus, XIII, 4, solius Phrygiæ meminit. Latino-barbarus alia omnia: « Illam autem, qui circuit contra Aquilonis partes, et illam, qui habet Ircaniam, Antigono donavit regnare. » Postea vero toti fere Asiæ imperavit: ut fere omnes citati produnt; et cum his adjuncta Eusebiana, in successione regum Macedoniæ.

Antipater sub Alexandro Macedonibus, Thessalis, Thracibusque præfuerat, supra X, 4, 8; tum exercitus per Europam dux constituitur. Arrianus, lib. I, apud Phot. Justinus Macedoniam et Græciam; Diod. Macedoniam cum vicinis populis attributam ei ait: quod eodem recidit. Dexippus apud Photium Cod. LXXXII, latius: « Universæ Macedoniæ et Græciæ, Illyriis item, et Triballis, atque Agrianis, omnibusque adeo iis, quibus in continente [Europæ] fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum plena et summa potestate imperator præfectus. » Idem apud Eusebium Cassandrum filium collegam ei adjicit. Item Arrianus: « Quæ ultra Thraciam usque ad Illyrios, Triballos, et Agrianos pertinent; ipsaque adeo Macedonia, et Epirus ad Ceraunios usque montes pertingens, cum Græcia universa Cratero et Antipatro obvenerunt. » Latino-barbarus: « Spaniam autem usque Alyo fluvio et Eracleoticum terminum, Antipatrum ordinavit regnare; » ubi quid per Spaniam intelligat, non video: non enim Iberiam, ut opinor, quamquam sic in margine notatum video a Magno editore; sed qui non tanti quisquilias istas æstimarit, ut serio mentem intenderet. Forte Græcus auctor scripsit τὰ Ἑσπέρια Antipatro data, hoc est, occidua imperii: quod ille mutarit in Spaniam, reperto regionem illam aliquando Hesperiam fuisse vocatam. Alyo fluvio Halyn intelligere videtur; Eracleotico termino columnas Herculis designat. Eusebiana Ponticam regionem assignant Antipatro, quo auctore, non exputo: nam Cedrenus inde sumpsit. Verum Antipater haud diu post ipse pro arbitrio distributis provinciis, pristinum arbitrium rerum Europæarum sibi retinuit; Diod. XVIII, 38; Arrian. IX.

Arcesilaus sortitur Mesopotamiam. Diod. Cedrenus. Dexippo est Archelaus; vitiose, ut videtur: nam etiam Justino est Arcesilaus. Orosio tamen, fine lib. III, Arcelaus: et fuerit forte Archelaus Androclis F. cujus mentio apud Arrianum, III, 6, 6.

Archon Babyloniam, Diodorus; ex quo emendandus Justinus, XIII, 4, 23, loco corruptissimo, ubi fere omnia confusa et luxata sunt, ut mox videbimus: hic igitur legendum: « Babylonios Archon (sic et Orosius vocat) Pellæus. » Illud de Babylonia certum, non Peucesti, cui ademptis Persis imperiti librarii Babylonios adjecerunt, sed Archoni vel Archonti huic hos evenisse: de Pellæo, patriæ nomine, conjectura tantum est. Vulgo fuerat, Archos Pelasgos, quasi nomen homini fuerit Archos, provinciæ Pelasgi: quod sua sponte falsi manifestum est. In quibusdam MSS. est *Argos pellagas*, inde conjicio patriæ nomen adjectum fuisse, ut Archon hic Macedo fuerit Pella oriundus. Quam quidem conjecturam insigni fulcimento firmat Arrianus, Ind. 3, 10; Ἄρχων ὁ Κλεινίου, καὶ Δημόνικος ὁ Ἀθηναίου, etc., οὗτοι μὲν Πελλαῖοι. Archon Cliniæ F. Pellæus, alium a nostro fuisse ut credas, nulla ratione poteris. Sic igitur totus iste Justini locus emendandus videtur: « Bactrianos Amyntas (de quo paullo supra) sortitur; Sogdianos Philippus; Stagnor Parthos; Hyrcanos Phratafernes; Armenios Tlepolemus; Persas Peucestes; Babylonios Archon Pellæus; Arcesilaus Mesopotamiam. » Quomodo et in Orosio reponendum omnes nunc videre possunt.

Aridæus quidam apud Arrian. et Diodor. Phrygiæ ab Antipatro præponitur, postquam Alexandri corpus in Ægyptum transportasset; non autem fuisse regem Aridæum, ut in Justino XIII, 4, 6, editur, ex multis Diodori, lib. XVIII, locis colligi potest.

Asander; vide Cassander.

Atropates Mediæ majori præficitur. Orosius, cui Atropatus est: Justino Acropatos: Diodoro Ἀτράπης mendose, ut animadvertit etiam Bongarsius. Fuerat autem jam olim Mediæ præfectus ab Alexandro. Arrian. IV, 3, 18, qui ejus filiam Perdiccæ despondit: Arrian. VII, 1, 19. Turpe mendum in Justino et Orosio: « Mediæ majori Acropatos, minori socer Perdiccæ, præponitur; » tolle illud *minori*, et constabunt sibi omnia.

Axiarches. Vide Oxyartes.

Cassander Antipatri F. in Cariam mittitur, Curtius; Diodorus; Justinus; Orosius; Arrianus, lib. I, apud Phot. nam libro IX, ibid. et in excerpto Dexippi vitiose scribitur, Asander, ut advertit And. Schottus. Balbutire mihi videtur etiam de Caria Cassandro tradita

Latino-barbarus. « Phrygiam autem et illam magnam Cæsaria Deasandro tradidit. » Lyciam ad Hellespontum assignat ei Cedrenus, vel potius Lyciam ac Hellespontum, ut legendum sit Λυκίας καὶ Ἑλλησπόντου, ut quidem exstat in Eusebianis. Justinus, denuo ejus inducta mentione, stipatoribus regis satellitibus præficit : quod forte postea factum, non suo loco retulit Justinus : nam a patre equitum chiliarcha constitutus est. Arrian. lib. IX, demum eo mortuo Macedoniæ regnum obtinuit. Quo forte intuitu Dexippus apud Euseb. λόγῳ πρώτῳ patri collegam datum autumat.

Cleomenes additur Ptolemæo qui provinciam Ægypti assignatam illi traderet; Justinus. Fuerat enim Cleomenes Alexandriæ ædificandæ præfectus, non quidem ut architectus (quo nomine non recte cum Dinocrate confunditur), sed ut satrapa, vel potius juxta nostrum supra IV, 8, 5, Africæ vel Ægypti vectigalibus præpositus: ubi quædam de eo disputata. Justinum obscure satis loquentem, cum modo dictis egregie explicat Dexippus : « Cleomenes ab Alexandro rege huic satrapiæ (Ægyptiæ) impositus, vicariam Ptolemæo præstare operam jussus est, » quod et Arrianus firmat. Quem postea occidit Ptolemæus, Perdiccæ faventem, ut refert Pausanias.

Clitus Lydiam accepit ab Antipatro; Arrian. IX; Diod. XVIII, 39. Qui non potest esse alius, quam superbus ille apud Plut. de Fort. Alex. II, 12, de quo supra ad VIII, 1, 20. Quod et Justin. XIII, 6, 16, firmat : « Clito cura classis traditur. » Tunc enim victoriam illam navalem, de qua Plutarchus, et Justini Prolog. XIV, obtinuerit. Vide Diodorum, XVIII, 72.

Craterus, Alexandri F. ex Orestide, quæ Macedoniæ pars est; Arrian. Ind. 10, 12. Alexandri jussu in Europam proficiscebatur, Antipatri loco Macedonibus, Thessalis Thracibusque præfuturus, supra X, 4, 8; hoc interim mortuo, regiæ pecuniæ custos constitutus, Justin. et cum Antipatro Macedoniam vicinaque regna obtinere jubetur; Arrianus. Curatoris etiam officio, quæque ad regiam pertinent tutelam, mandatis; Dexippus.

Extarches. Vide Oxyatres.

Eumenes Hieronymi F. Cardianus, Arrian. Ind. 3, 12; apud L. Ampel. vitiose Carduenus. Cappadociam cum Paphlagonia habuit, cum præcepto : « ut regionem eam usque ad Trapezunta defenderet, et bellum cum Ariarathe gereret, » qui solus detrectabat imperium Macedonum : et, Alexandro alibi occupato, jus regni retinuerat; Curtius. Sic enim legendum : addita conjunctione post *defenderet*, quam etiam ex MSS. restituit Livio XXVIII, 10, 3, Si-

gonius : « Brutii ambobus, et ut cum Annibale bellum gererent. » Nam Ariarathe, non Arbate legendum clare ostendunt Plut. Eum. 5; Arrianus, Dexippus, Diodorus, xxxi ; Appian. in Mithrid. Ex quibus auctoribus haurire poteris, quæ promisimus supra ad iii, 4, 1. Latino-barbarus : « Paphlagonia autem in Cappadocia Eumenium scriba memoratum præordinavit regnare, » ubi scriba non est ὁ συγγραφεὺς, sed quarto casu τὸν γραμματέα. Justinus eadem : sed adjuncta Eusebiana unam Cappadociam largiuntur, quibus, ut solet, assentitur Cedrenus. Cares etiam post adjecit Perdicca, Lyciamque et Phrygiam, Just. xiii, 6, 14.

Laomedon Mitylenæus Syriam cum Phœnice; Curtius; Diodor. Just. Oros. Dexippus; Arrian. Inde pulsus postea a Ptolemæo, Diod. xviii, 43; Appian. Mithr. Quamquam ei satrapiam suam jam confirmasse videretur Antipater, altera divisione apud Arrian. ix.

Leonnatus Euni F. Pellæus, Arrian. Indic. 3, 12. Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam, Curtius. Justin. Diodor. Arrian. Dexippus, Nepos, Eumene : « Præfecerat eum Perdiccas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet, atque Hellespontum. » Eusebiana; Pausanias, Atticis; Appianus, Syriacis; Latino-barbar. « Ponton autem Leona dixit regnare. » Quod de Hellesp. accipe.

Lysimachus Agathoclis F. Pellæus, Arrian. Ind. 3, 12. Thraciam adpositasque Thraciæ Ponticas gentes obtinere jussus, Curtius; Diodorus; Cedrenus : τὴν εἰς δεξιὰ τοῖς πλέουσι τὸν Πόντον ἡγεμονίαν, provinciam quæ pontum navigantibus ad dextram jacet; Dexippus apud Euseb. nam apud Photium, Thraciam et Cherronesum adscriptas ait, « usque ad mare quod Salmydessum Ponti Euxini urbem attingit, » ut addit Arrianus.

Meleager Neoptolemi F. Arrian. iii, 2, 24, secundum Curtium et Arrian. occisus est ante divisionem factam, quod veritati consonum arbitror: nec enim ante hunc occisum Perdicca tantum potuisset. Non ergo miror de provincia ei tradita dissentire scriptores, quum ei, qui non amplius in rebus humanis exstabat, nulla fuerit assignata. Cedrenus ergo cum Eusebianis Paphlagoniam ei tribuit; Diodorus Lydiam; Latino-barbarus Syriam quæ Cœle dicitur, et Phœnicem.

Menander in Lydiam mittitur. Curtius, Justinus, Dexippus, Arrianus; vel potius remittitur. Statim enim a principio, Alexander eum ibi satrapam constituerat; Arrian. iii, 1, 27.

Nearchus Androtimi F. Cretensis, Arrian. Indic. 3, 12, Lyciam et Pamphiliam sortitur; Justinus.

Neoptolemus ex Æacidarum gente; Arrian. II, 5, II, Carmaniæ præficitur, Dexippus. Verum dubito, num *Armeniæ* legi verius sit ex Plutarchi Eumene, cap. 7. Quamquam ne de nomine quidem res satis certa. Armeniis apud Justinum emendatum Tlepolemus præficitur: qui tamen in MSS. legitur etiam *Neptolemus*. Apud Diodorum tamen, et Arrian. lib. IX, Carmaniæ præficitur Tlepolemus. De quo nomine infra.

Nicanor nominatur apud Justinum. Cujus tamen MSS. magnopere turbant: ex quibus omnia potius elicias, quam Nicanorem. Immo Stagnorem quemdam signare videntur, cui et XLI, 5, I, Parthos ait traditos. Ceterum Nicanori cuidam Cappadociam in altera divisione tribuit Antipater; Arrianus, lib. IX; Diod. XVIII, 39; Appian. de B. Mithrid. Est quidem Nicanor alius Σέλευκος, ὁ καὶ Νικάνωρ, διὰ τὸ ἀναβῆναι εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κρατῆσαι τῶν βαρβάρων, Cedrenus: sed qui nihil huc pertineat.

Oropius partem Sogdianæ tenuit, Dexippus.

Oxyartes, sive Oxathres, Alexandri socer, Bactrianam; Eusebiana; Cedrenus. Parapamisadas, Diodorus, XIX, 14, qui tamen et Bactrianorum regem facit. Latino-barbarus: « Super Parapamisadum autem Oxydarcum ordinavit regnare. » Idem Dexippus, Arrianus; Justinus, si legas; « Parapamisadas, fines Caucasi montis Oxyartes accepit. » Quod et vidit ex Diodoro Bongarsius.

Perdiccas Orontis F. Macedo ex Orestide, Arrian. Indic. 3, 12, imperium dividens suo arbitratu, Curtius; Arrianus; Appianus; Justinus: sibi sumit, « ut cum rege esset, copiisque præesset, quæ regem sequebantur: » hoc est, ut rex esset, Curtius. Unde et macedonicum ei regnum evenisse credidere Cedrenus et Jornandes Getic. c. 10, qui et Atheniensium principatum adjicit. Ob eam vero potestatem regni procuratorem faciunt Arrianus et Diodorus; Archistratigum Latino-barbarus. Phrygiæ majori præficit Dexippus apud Eusebium; si tamen illud excerptum est Dexippi: nam apud Phot. Arriano consentit.

Peucestas Alexandri F. Miezæus, Arrianus emendatus Indic. 3, II, Persidis satrapa constitutus ab Alexandro, Arrian. VI, 5, I; in ea provincia remanet, Diodorus; Justin. emendatus. Latino-barbarus: « Persidem totam Perco donavit. » Confirmavit ei potestatem eam Antipater etiam, Arrianus, lib. IX.

Philippus præficitur Dragænæ, Cedrenus; sive potius Drangianæ, ut in Eusebianis, quæ Cedrenus sequi videtur: Φίλιππος Δραγγιανῆς. Δραγγινὴ est Diodoro, quæ Cedreno Δραγαίνη. De Drangis supra

quoque dictum ad VIII, 2, 17. Diodorus Philippo Bactrianam et Sogdianam tribuit, quem minorem facit Latino-barbarus: « Togdianiam (Sogdianam intelligit) Philippo minori dedit dominare. » Cui consentit et Dexippus; et Justinus, si legas; « Sogdianos Philippus, Stagnor Parthos, Hyrcanos Phratafernes, » etc. Quæ quidam lectio conciliaret auctorem non magis aliis, quam sibimetipsi: si tamen malis ita jungere *Parthos Philippus*, intelligere poteris de posteriori divisione, apud Arrian. IX.

Philo accipit Illyrios, Justinus; Orosius. Mediam dant Cedren. et Eusebiana. Sed pro Φίλων ibi scribendum Πείθων, reliqui auctores convincunt. Philonis istius iidem non meminerunt; ut vix firmum inter Alexandri duces locum tueri possit, qui unius Justini, ejusque ipsius dubia adhuc lectione nititur.

Philotas obtinet Phrygiam ad Hellespontum primo, Diod. XVIII, 12; deinde Ciliciam, Curtius, Arrianus, Diodorus, Dexippus, Justinus, Orosius. Latino-barbarus: « Ciliciam autem et Isauria, et omnia circuitu ejus Philone ordinavit. » Sed provincia ei haud multo post adimitur; Justin. XIII, 6, 16, ob amicitiam Antigoni, ut conjicio ex Diodoro, XVIII, 62; Ciliciæ autem imponitur .

Philoxenus, Justin. ibid. Is, opinor, qui sub Alexandro oræ maritimæ præfectus fuerat; Plutarch. cap. 37. Provinciam ei confirmat Antipater apud Arrian. lib. IX.

Phrataphernes sub Dario quoque prætor Hyrcanorum fuerat, Arr. III, 2, 7: dedit se Alexandro apud Nostrum, VI, 4, 23, a quo in provinciam restituitur, VIII, 3, 17, ubi, pro *Mardos* cum Tapuris, videtur legendum *Parthos*, ex dicto Arriani loco, et Cedreno; qui ait, in hac provinciarum divisione obvenisse ei Parthiam et Hyrcaniam: certum autem est, relictum tantum in imperio, quod antea habuerat, non novum ipsi adjectum aut datum. Idque confirmant Diod. et Eusebiana. Hyrcaniam tantum assignat Justinus cum Dexippo, in quo corrupte Ῥαδαφέρνης scribitur.

Pithon Agenoris F. quod nomen etiam sæpe scribitur *Python*, de quo Latino-barbarus: « India autem, quæ dicitur sub Indo, et usque Hydaspen fluvium extendens, Pythonæ dominare præcepit. » Quæ intelligas ex Dexippo: « Pithon quidam (nempe Agenoris; nam de Crateæ filio supra dixerat) horum (Pori et Taxilis) finitimis imperavit, exceptis Parapamisadis. » Justinus; Orosius: « In colonias in Indis conditas Pithon Agenoris F. mittitur; » quo Justini loco eum cum altero Pithone confundunt. Hujus etiam sortem ratam habuit Antipater; Arrian. IX: « Indorum ea ora, quæ Parapamisadis adjacet,

Pithoni Agenoris F. tributa. » Nam ab ipso Alexandro acceperat; Arrian. vi, 3, 9.

Pithon Crateæ, vel Cratevæ F. Alcomenæus; Arrian. Ind. 3, 11: qui tamen Eordensem facit, vi, 5, 9. Parthum, Diodorus, xix, 14; sed Parthinum scribi poterat rectius, cujus nationis meminit Appian. pr. Illyric. et quos citat Reinecc. in Regno Illyr. Mediam obtinere jussus; Curtius, Diodorus, Dexippus, Arrianus utroque loco. Contra quos parum valet auctoritas Cedreni, et Eusebianorum, qui Phrygiam et Lydiam ei dant; aut Latino-barbari, qui Syriam usque Mesopotamiam videtur assignare.

Porus regnum suum retinuit. Justinus; Orosius implicite; Dexippus expresse. Rationem aperit Arrianus, ix: « De proximis deinde satrapiis ea quæ ad Indum flumen est, et Patala urbs, quæ in illa India est maxima, Poro regi cessit: at quæ ad Hydaspen flumen pertinet, Taxilæ item Indo, attribuitur; quando non facile esset ipsos dimovere, qui ab Alexandro ipso in imperio constituti, magnam satis potentiam nacti essent. » Quod etiam de cæteris provinciarum prætoribus intellige: quibus fere vides pristinum jus esse relictum. Adde Diod. xviii, 39.

Ptolemæus Lagi F. Eordensis. Arrian. vi, 5, 9. « Satrapes Ægypti et Africæ gentium, quæ in ditione erant. » Curtius, ubi pro *satrapes* lego *satrapiam*: sustinetur enim hic sensus a proxime præcedenti verbo *obtineret*. Cæterum idem fere dicunt Cedrenus, Eusebiana, Justinus, Orosius, Constantinus Manasses, Diodorus, Dexippus, et Arrianus utrisque locis. Latino-barbarus: « Ægyptum autem, et quæ circa eum, usque superiorem Lybiam Philippo, qui vocabatur Ptolemæus, donavit; » quod etiam aliquanto inferius repetit. Fuerit græce: Πτολεμαίῳ τῷ λεγομένῳ Φιλίππου, Ptolemæo, qui Philippi filius dicebatur. Quippe regis ejus filium habitum supra ad ix, 8, 23, ostensum est. Hujus quoque sortem ratam habuit Antipater, quum etiam si voluisset, non potuisset extorquere homini præpotenti; Diod. xviii, 39, et Arrianus, lib. ix.

Scythæus in Justini exemplaribus editur: sed corruptus est locus; nec quisquam, opinor, inter istos Alexandri duces hoc nomine reperitur.

Seleucus Antiochi F. Justin. xv, 4, 3. Syria et Babylone potitur, Cedrenus, Eusebiana, Dexippus, Latino-barbarus, Appianus: quod quidem Arrianus et Diod. xviii, 3, 9, docent in posteriori divisione demum accidisse; licet priori tribuat L. Ampelius: et sane a Perdicca Babylonios Archon acceperat, ut supra ostensum. At in hac

distributione præficitur equitatui amicorum (sic enim supra ad VI, 9, 21, τὴν ἱππαρχίαν τῶν ἑταίρων reddidimus), quem prius Hephæstion, exinde Perdiccas habuerat; quod erat munus summæ dignitatis. Ἡγεμὼν τῆς ἵππης τῆς ἑταιρικῆς vocatur ab Appiano; Diodorus; de qua re Dexippum et Arrianum vide. Ideoque summum castrorum tribunatum interpretatus est Justinus. Postea a Babylonia incipiens tenuit regna Persidis, imperiumque suum auxit mirum in modum, Marcellin. XIV, 26, ut pluribus imperitaret gentibus, quam post Alexandrum quisquam unus; Appianus, Syriacis.

Sibyrtius, Diodoro, XIX, 14. Sibyritus, nanciscitur Arachosiam et Gedrosiam, Diodorus, Dexippus, Justinus. Latino-barbar. « Arachusia autem et Cedrusia Sibartam ordinavit regnare. » Firmavit et huic imperium suum Antipater; Arrian. lib. IX. Ei Antigonus tradidit Eumenis proditores Argyraspidas; Plut. Eum. c. 34. Sic enim ibi legendum pro *Ibyrtio* monuit Bongarsius ad Just. hoc loco. Hic autem etiam ab ipso Alexandro præfectus iis regionibus fuerat; Curtius IX, 10, 20.

Stagnor. Vide in *Nicanor*.

Stasander Cyprius consequitur Ariam et Dranginam ab Antipatro; Diod. XIX, 14; Arrian. quam prius habuerat.

Stasanor Solius ex eadem insula, Diodorus, Dexippus, Justinus; qui postea ab Antipatro Bactrianam et Sogdianam accepit; Arrianus; Diodorus; pro *Ariana* nobis *Arabiam* obtrudit Latino-barbarus : Arabiam autem totam Stasanoro donavit.

Taxiles itidem regnum suum retinuit, ut Porus.

Tlepolemus Pythophanis F. Carmaniam Alexandro largiente tenuit; Arrianus, VI, 5, 1. Quapropter nequicquam Persidem ei tribuit Cedren. qui et vitiose Tripolemum vocat, Eusebiana sequutus. Carmaniam enim ei a Perdicca quoque tributam constat ex Diodoro. Latino barbarus etiam Germaniam, hoc est, Carmaniam, Tripolemo adjudicat, Dexippus Neoptolemo: sed utrobique corruptum esse nomen, certum est ex supra dictis; item Arriani apud Phot. lib. IX, et Diodor. XVIII, 39, ubi firmatam ei ab Antipatro hanc provinciam legimus. Apud eumdem tamen Diodorum, XIX, 14, Polemon appellatur. Hujus autem Tlepolemi provinciam Carmaniam ab Armenia Neoptolemi vix certo distinguas, adeo et hominum illorum et locorum nomina, per vicinitatem soni mutuæ corruptioni sunt opportuna.

Habes nomina procerum, in quos prægrandis imperii membra distributa sunt. Ad pleniorem autem tam magnæ rei intellectum,

ipsas etiam provincias, quibusque traditæ fuerint, eadem serie percurremus. Quod quamquam tædii nonnihil et laboris plurimum habeat (nam de temporis penuria diu queri ejus est, qui possit perdere), tamen utilitatis facilitatisque caussa, quam ipse æstimare poteris, lubenti animo suscipimus. Notandum autem, plurimam istarum provinciarum partem brevi in pauca regna cessisse : Macedoniæ Antipatri, Asiæ Antigoni, Ægypti Ptolemæi, Syriæ Seleuci, Thraciæ Lysimachi, et Indiæ Sandrocotti; qui ceteros commilitones suos potentia vitaque multum supergressi feruntur. Igitur :

Ægyptus ab Alexandro pluribus præsidibus credita, Curtius, IV, 8, 4; post mortem ejus tota traditur Ptolemæo, cujus posteri ad Augustum usque ibi regnavere.

Africa etiam, quoad perdomita erat, eidem Ptolemæo tribuitur. Ex cujus familia Ptolemæus, cognomento Apion, Cyrenarum regnum, quod habebat, in populum romanum testamento transtulit; Justinus, XXXIX, 5, 2.

Agriani jussi Cratero et Antipatro parere, post mortem Crateri cum cæteris Macedonici regni accessionibus, in unius Antipatri arbitrium concedunt.

Arabia quatenus perdomita fuerat, Ptolemæo assignatur. Majorem tamen ejus partem Seleucus tenuit; Appiano teste.

Arachosia diu sub Sibyrtio fuit; postea accessit etiam imperio Seleuci.

Arbelitis regio apud Diod. XVIII, 39, et Arr. lib. IX, Amphimacho traditur; mox cum vicinis regionibus in Seleuci potestatem concedit.

Aria Stasanori primum a Perdicca : deinde ab Antipatro Stasandro subjicitur. Inter utramque divisionem biennio minus interfuit.

Armeniam Tleptolemo obvenisse Justinus videtur tradere, sive potius Neoptolemo, ut in eo nomine disquisitum est nobis. Postea et ipsa concessit in Seleuci ditionem; Appianus.

Asia, quæ minor dicitur, Antigono fere tota diu paruit, cujus *ἐπίσκοπος* et curator factus fuerat; Appian. sed et

Assyria aliquamdiu. Quapropter in prima divisione eam illi obvenisse credidit auctor anonymus apud Eusebium.

Babyloniam prius Archon habuisse videtur: mox Seleucus, qui etiam invasam Antigono egregie recuperavit; Appianus.

Bactriana ulterior, ut Justinus ait, priores præfectos retinuit; quod Curtius et Arrianus confirmant. Inter quos eminebat Oxathres, vel Oxyartes, Alexandri socer, qui et rex Bactriorum vo-

catur a nonnullis. Ergo de citeriore videtur intelligendum, cui a Macedonibus sive Philippus, sive Amyntas, et mox Stasanor impositus legitur. Totam postea possedisse fertur Seleucus.

Cappadocia Eumeni data est, vel potius dicta; nam tum in hostium erat potestate. Probus; Ariarathis nimirum. Quo interfecto, quum etiam Eumenes hostis a Macedonibus appellatus esset, ademptæ provinciæ Nicanor quidam præficitur. Postremo Seleucus obtinuit.

Caria data Cassandro, Diod. XVIII, 3; mox Eumeni; Justin. XIII, 6, 14; cui illam cum vita extorsit Antigonus.

Carmania commissa Tlepolemo; videtur mox Seleuci imperio accessisse.

Cherronesus Thracia Lysimacho paruit; Dexippus, Arrianus.

Cilicia amplissima regio in partes divisa fuisse videtur; quarum eam, quæ ad Phrygiam pertinet, Antigonus obtinuerit; nisi tamen error est in Dexippi aliorumque scriptura, ut supra monui. Verius ergo dicemus, totam Philotæ primum, mox Philoxeno fuisse traditam. Ad postremum Seleucus ea potitus est.

Drangiana secundum aliquos Philippo obvenit; potiores pluresque Stasanori, qui Statanor est Justino, tribuunt. Altera divisio Stasandro fuit commissa.

Epirus cum Macedonia adhæsit Antipatro.

Gedrosiam Sibyrtius habuit.

Græciam Antipater: dein Polyperchon; Justinus, XIII, 6, 9; a quo translata in Cassandrum filium, effecit, ut ab initio ei tradita videretur Dexippo apud Euseb. et Latino-barbar.

Hyrcania Phratapherni mansit; quo pulso aut mortuo adjicitur imperio Seleuci. Latino-barbarus Antigono frustra tribuit.

Illyrii Philoni cuidam apud Just. tradi videntur; verum vitiosa est lectio. Cum Macedonia mansisse penes Antipatrum, haudquaquam ambigitur.

Indiæ major pars sub Taxile et Poro mansit; adjectis etiam aliis, quæ prius non possederant. Certe Pithon Agenoris F. Parapamisadis propinqua tenuit; hoc est, colonias in Indis conditas, ut Justinus explicat: *κατοικίας ἰδίας* ('Αλεξάνδρου) Strabo, lib. XV, vocat: aitque a Seleuco postea traditas esse Sandrocotto, qui sub ea tempora amplissimam Indiæ regionem possidebat; Justin. XV, 4; Appianus. Sandrocontum vocat Arrianus, V, 1, 25.

Isauria Latino-barbari calculo Philotæ tribuitur, cum Cilicia; nec abhorret a vero vicinia locorum.

Lycaonia Antigono data; Arrian. IX; unaque vicina Lycia; quam frustra Cassandro, Cedrenus et Eusebiana; Nearcho, Justinus asserunt. Eam Antigono extorquere cupiens Perdiccas, Eumeni demandavit; sed ille prævaluit.

Lydiam Menandro tribuunt plures: Meleagro Diodorus; Pythoni Eusebiana et Cedrenus. Cessit in ditionem Antigoni, ejecto Clito, quem Antipater præfecerat; Diod. XVIII, 52.

Macedonia demandatur Cratero et Antipatro, penes quem post mortem illius manet, et in Cassandrum transmittitur; cui ea de caussa obvenisse dicitur apud Dexippum Eusebii, et Appianum. Cedrenus, qui Perdiccæ, et Latino-barbarus, qui Aridæo tribuunt, non terram Macedoniæ, sed imperii arbitrium intellexere.

Mediam Atropates Alexandri auctoritate, et mox affinitate Perdiccæ, supra proprias vires, validus. Ideo quamvis Pithon Mediæ præficeretur, ipse tamen permissu Macedonum, dein etiam invitis ipsis portionem ejus tenuit, quæ ab ipso vocata fuit Atropatia; Strab. XI. Cætera Seleucus postea occupavit, occiso Antigoni satrapa Nicatore, secundum Appianum.

Mesopotamia post Arcesilaum et Amphimachum satrapam accipit Blitorem, imponente Antigono. Ad postremum Seleuco subjicitur.

Palæstina in Eusebianis Antigono tribuitur. At ex Josepho aliisque constat, Ptolemæo paruisse, cum vicina Syriæ parte. Ejus tamen præsidia ejecerat Antigonus; Appian. diuque inter eos, postea etiam inter Seleucidas Syriæ reges, et Ptolemæos Ægypti, de ejus possessione pugnatum est.

Pamphylia Antigono data, retentaque contra Eumenem; Justin. lib. XIII, 6.

Paphlagonia cum Cappadocia eosdem dominos habuit.

Parapamisadæ commissi Oxyartæ, cui videntur a Sandrocotto fuisse erepti.

Parthia Phratapherni tradita erat; mox Philippo, vel secundum Justin. Stagnori mandata; tandem accessit Seleuco.

Patala traduntur Poro; Arrian. lib. IX.

Persidem Tripolemo quidam (*Tlepolemum* videntur velle), potiores Peucestæ tribuunt. Postea cum omnibus circa regnis Seleuco paruit.

Phœnice cum Syria et forte Palæstina Laomedonti obvenit. Vide *Syria*.

Phrygiam majorem accepit Antigonus; quæ ad Hellespontum pertinet, Leonnatus. Sunt qui Pythoni, Cassandro, Perdiccæ,

Philotæ tribuant, quos falli puto. Eumeni Perdiccas postea adjecerat; sed obtinuit validior Antigonus, quum interim Leonnatus occubuisset.

Pontus haud dubie majori ex parte Lysimacho obtigit, pro quo Antipatrum, aut Leonnatum falso videntur substituere. Eumenes tamen etiam partem ejus acceperat; confinia utriusque ex Curtio, Dexippo, Arriano colligere poteris.

Sogdiana Philippo prius, vel Amyntæ; dein Stasanori data fuit. At Dexippus Oropium præficit, ignoratum aliis. Ad ultimum Seleucus possedit.

Susiana post Perdiccæ finem, in præmium navatæ operæ Antigeni traditur, Argyraspidarum duci, ab Antipatro; Arrian. IX; pro quo, vitio manifesto, apud Diodorum, XVIII, 39, legitur Antigonus, cui geminum mendum sup. quoque in Curtio, VIII, 14, 15, sustulimus. De ista satrapia Antigenis, ipse Diod. XVIII, 62. Pellenæum fuisse colligas ex Plutarcho, de Fort. Alex. II, 15 et 16, nisi forte legendum ibi Πελλαῖος. Ejusdem, puto, mentionem facit idem auctor in Alex. cap. 120.

Syria Laomedonti fuerat tradita, quem Ptolemæus expulit: vicissim pulsus ab Antigono; postea Seleucus totam obtinuit; cui ea caussa statim adjudicatam putabant Dexippus, Eusebianus, cum Cedreno; inter Pithonem et Meleagrum, nescio quo auctore, partitur eam Latino-barbarus.

Tapyri, amissis satrapis suis, cum Parthis et Hyrcanis accesserunt Seleuco; Appianus.

Thracia quidem Lysimacho obvenerat, qui et magnam ejus partem obtinuit: superabant tamen adhuc nationes regesque liberi, quorum Seutha ipse captus fuit; Plut. Apophth. c. 49; non enim interfectus, ut Arrianus videbatur scribere, quum enim ipse postea multam ejus mentionem faciat; apparet τὸ ἀνῃρέθη accipiendum, ut debellatus intelligatur, non etiam ut occisus.

Triballi cum Macedonia paruerunt Antipatro. Sed hæc hactenus.

De rebus post Alexandri mortem gestis scripsere Diodorus, in lib. XVIII; Dexippus et Arrianus, apud Photium; Justinus, in lib. XIII, extremo; exstant et oracula Danielis, et quædam apud Machabæos ipso principio, quam nos divisionem in tabulis, ut omnia clarius pateant, spectandam proponemus, quas et Andreas

Schottus in Photii sui tralatione composuit et proposuit, quibus nos alias quoque, a Schotto præteritas, adjiciemus, ac principe loco nostri Curtii subjiciemus, deinde Diodori Siculi, tum Dexippi, Arriani, Justini, Orosii, ex Radero.

CURTIANA REGNORUM ET PROVINCIARUM DESIGNATIO.

Rex obtineret summam imperii;
Ptolemæus, Ægyptum et Africæ gentes, quæ in ditione erant;
Laomedon, Syriam cum Phœnice;
Philotas, Ciliciam;
Antigonus, Lyciam cum Pamphylia et majore Phrygia;
Cassander, Cariam;
Menander, Lydiam;
Leonnatus, Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam;
Eumenes, Cappadociam cum Paphlagonia usque ad Trapezunta;
Pithon, Mediam;
Lysimachus, Thraciam, appositasque Thraciæ Ponticas gentes;
Perdiccas, præfecturam copiarum, quæ regem sequebantur.

DIODORI SICULI.

Siculus pauca in hæc verba præfatus, lib. XVIII : « Meleagro sibi duce creato, Macedones cum armis in refragantes suis studiis procedunt. Quumque et stipatores regii Babylonem egressi ad bellum se præpararent, gratiosissimi inter illos, ut concordiam resarcirent, utrisque persuaserunt. Nec mora : Aridæum, Philippi filium, inque Philippi nomen adoptatum, regem, et Perdiccam, cui etiam rex moriens annulum tradiderat, regni procuratorem designant; et amicorum stipatorumque primarias administrare provincias, regique et Perdiccæ obedientiam præstare jubent. Ille rerum summam adeptus, consilio ducum advocato, »

IN ASIA,

Ptolemæo Lagi F. tradit Ægyptum;
Pythoni, Mediam;
Eumeni, Paphlagoniam, et Cappadociam, et conterminas illis regiones;
Antigono, Pamphyliam, Lyciamque, et quæ magna vocatur, Phrygiam;
Cassandro, Cariam;

Meleagro, Lydiam;
Leonnato, Phrygiam ad Hellespontum.

IN EUROPA,

Lysimacho[1] tradit Thraciam cum finitimis ad Pontum gentibus;
Antipatro, Macedoniam cum vicinis populis.

Ducibus reliquis, in Asia prætermissas provincias;
Indiam et Indis proxima tradit,
Oxyartæ, socero Alexandri Magni, Caucasum et Parapamisadas;
Sibyrtio, Arachosiam et Gedrosiam;
Stasanori Solio, Arianam et Drangianam.

Philippo prætori committit Bactrianam et Sogdianam;
Phrataphernі, Parthiam et Hyrcaniam;
Peucestæ, Persidem;
Tlepolemo, Carmaniam;
Atrapæ, Mediam;
Archoni, Babyloniam;
Arcesilao, Mesopotamiam;
Seleuco, regium omnem equitatum, cui primum Hephæstio, dein Perdicca præfuerat;
Taxili et Poro, sua utrique regna ab Alexandro reddita et aucta, relicta.

Perdiccam rex secum retinuit, et præfectum prætorio, copiisque, quæ regem sequebantur, præfecit.

DIVISIO

PROVINCIARUM IMPERII ALEXANDRI MAGNI A PERDICCA FACTA,

APUD ARRIANUM.

Quum prius ex pacto pedites inter equitesque fuissent constituti,[2]

Antipater, exercitus dux per Europam;
Craterus, tutor regni Aridæi;
Perdiccas, tribunus militaris pro Hephæstione.

[1] Hunc Curtius cæsum a Perdicca affirmat.
[2] Photius Lat. pag. 85.

Ptolemæus Lagi F. imperare jussus Ægypto, Libyæ et Arabiæ, quo hæc ad Ægypti fines attingit.

Cleomenes imperare jussus loco Ptolemæi vicaria potestate;
Laomedon, Syriæ;
Philotas, Ciliciæ;
Pithon, Mediæ;
Eumenes Cardianus, Cappadociæ, Paphlagoniæ, et Euxino Ponto finitimis, Trapezuntem usque;
Antigonus, Pamphyliis, Lyciis, et Phrygiæ majori;
Cassander, Caribus;
Menander, Lydis;
Leonnatus, Phrygiæ, quæ est ad Hellespontum.

Sic Asia partita.

IN EUROPA,

Lysimachus imperare jussus Thraciæ, Cherroneso, omnibusque Thracibus finitimis gentibus, ad Salmydessum Euxini Ponti;

Craterus, omnibus, quæ ultra Thraciam sunt locis, usque ad Illyrios, Triballos et Agrianos; ipsi quoque Macedoniæ, et Epiro ad Ceraunios usque montes, et omnibus Græcis.

ALTERA PROVINCIARUM DIVISIO,
PER ANTIPATRUM.

Ex eodem Arriano apud Photium:

Ptolemæus accepit Ægyptum, Lybiam, et vastam, quæ has ultra est, regionem;
Laomedon Mitylenæus, Syriam;
Philoxenus, Ciliciam;
Amphimachus, Mesopotamiam et Arbelen;
Seleucus, Babyloniam;
Antigenes, Susianam satrapiam;
Peucestes, Persida;
Tlepolemus, Carmaniam;
Pithon, Mediam usque ad Caspias portas;
Philippus, Parthyæorum regionem;
Stasander, Artiorum et Drangenorum provinciam;
Stasanor Soliensis, Bactrianen et Sogdianen;
Sibyrtius, Arachotos;
Oxyartes, Roxanes pater, Parapamisadas;
Pithon, Agenoris filius, finitimos Parapamisadibus;

Porus Indus, quæ ad Indum fluvium sunt, et Patala urbem;
Taxiles Indus, provinciam ad Hydaspen fluvium,
Nicanor, Cappadocas;
Antigonus, Phrygiam majorem, Lycaonas, Pamphylios, Lycios, ut prius;
Asander, Cariam;
Clitus, Lydiam;
Aridæus, Phrygiam ad Hellespontum;
Antigenes, collectionem vectigalium Susianorum.

Antolicus, Agatholis filius;
Amyntas, Alexandri filius;
Amyntas, Peucestiæ frater;
Ptolemæus, Ptolemæi filius;
Alexander, Polysperchontis filius,
acceperunt regii corporis custodiam.

Cassander, Antipatri filius, accepit præturam equitum;
Antigonus, imperium in Perdiccæ olim copias et regum præsidium.

DIVISIO

IMPERII MACEDONICI, PERDICCA DISTRIBUENTE,

APUD DEXIPPUM SUP. PAG. 116.

IN ASIA,

Ptolemæo obvenit Ægyptus universa, et Lybia, et quidquid ultra Ægyptum attingit;
Cleomeni, Ptolemæi vicarium præfectum agere;
Laomedonti Mitylenæo, Syria,
Philotæ, Cilicia;
Pithoni, Media;
Eumeni, Cappadocia, Paphlagonia, et quidquid ad Pontum Euxinum vergit Trapezuntem usque;
Antigono, Pamphyli et Cilices usque ad Phrygiam;
Asandro, Cares;
Menandro, Lydi;
Leonnato, Phrygia ad Hellespontum.

IN EUROPA,

Lysimacho obvenit Thracia et Cherronesus;
Antipatro, omnes Macedones, Græci, Illyrii, Triballi, Agrianes, et quæcumque in Epiro;

Cratero, tutoris ac curatoris regii dignitas;
Perdiccæ, chiliarchia Hephæstionis.

APUD INDOS,

Poro obvenerunt Indum inter et Hydaspen populi;
Taxilæ, Indi reliqui;
Pithoni alteri, Indorum finitimi, exceptis Parapamisadibus;
Oxyarti Bactrio, Roxanes patri, Caucaseis subjecti montibus populi, Indis proximi;
Sibyrtio, Arachosii atque Gedrosii;
Stasanori Soliensi, Arei et Drangi;
Philippo, Sogdiani;
Rhadapherno, Hircania;
Neoptolemo, Carmania;
Peucestæ, Persæ;
Oropio, Sogdianorum pars;
Seleuco, Babylonii;
Archelao, Mesopotamia.

MACEDONICARUM PROVINCIARUM PARTITIO,

APUD JUSTINUM, LIB. XIII.

Accipiunt a Perdicca,

Ptolemæus, Ægyptum et Africæ Arabiæque partem;
Laomedon Mitylenæus, Syriam;
Philotas cum filio, Ciliciam et Illyricos;
Atropatos, Mediam majorem;
Alcetas, Perdiccæ frater, Mediam minorem;
Scynus, Susianam gentem;
Antigonus, Philippi filius, Phrygiam majorem;
Nearchus, Lyciam et Pamphyliam;
Cassander, Cariam;
Menander, Lydiam;
Leonnatus, Phrygiam minorem;
Lysimachus, Thraciam et regiones Pontici maris;
Eumenes, Cappadociam cum Paphlagonia;
Seleucus, Antiochi filius, summum castrorum tribunatum;
Cassander, Antipatri filius, præfecturam stipatorum regis, satellitumque;
Taxiles, rex Indum inter et Hydaspen flumina;
Pithon, Agenoris filius, colonias in Indiis conditas;
Parapomenus, fines Caucasi montis;

Extarches, Drancas;
Statanor, Argæos;
Amyntas, Bactrianos;
Scythæus, Sogdianos;
Nicanor, Parthos;
Philippus, Hyrcanos;
Phrataphernes, Armenios;
Tleptolemus, Persas;
Peucestes, Babylonios;
Archos, Pelasgas;
Archesilaus, Mesopotamiam.

Orosius suæ divisioni præfatus, lib. III, cap. ult., Macedoniam, inquit: « Duces mortuo Alexandro diversas sortiti provincias, mutuis se bellis consumpserunt; quorum ego tumultuosissimum tempus ita mihi spectare videor, quasi aliqua immensa castra per noctem de specula montis aspectans, nihil in magni campi spatio præter innumeros socios cernam. Ita per totum Macedoniæ regnum, hoc est, per universam Asiam et plurimam Europæ partem, Libyæque vel maximam, horrendi subito bellorum globi colluxerunt: qui quum ea præcipue loca, in quibus exarsere, populati sunt, reliqua omnia terrore rumoris, quasi fumi caligine, turbaverunt. Sed nequaquam tantorum regum ac regnorum bella excidiaque explicabo, nisi prius ipsa cum regibus regna prodidero. Igitur Alexander per duodecim annos trementem sub se orbem ferro pressit. Principes vero ejus XIV annis dilaniaverunt, et veluti opimam prædam, a magno leone prostratam, avidi discerpsere catuli: seque ipsos invicem in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaque prima Ptolemæo Ægypti et Africæ Arabiæque pars sorte provenit. Confinem huic provinciæ Syriam Laomedon Mitylenæus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt. Mediæ majori Atropatus, minori socer Perdiccæ præponitur. Susiana gens Scyno, Phrygia major Antigono, Philippi filio, assignatur. Lyciam et Pamphyliam Nearchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur; Leonnatus minorem Phrygiam accipit. Thracia et regiones Pontici maris Lysimacho; Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data: summa castrorum Seleucho, Antiochi filio, cessit; stipatoribus regis satellitibusque Cassander, filius Antipatri, præficitur. In Bactriana ulteriore et Indiæ regionibus præfecti, qui sub Alexandro esse cœperant, permanserunt. Seras inter duos amnes Hydaspen et Indum constitutos Taxiles habuit. In colonias in Indis conditas Pithon, Agenoris filius,

mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Oxyartes accepit. Arachosii Gedrosiique Siburtio decernuntur. Drangas et Areos Stasanor, Bactrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanios, Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Archon Pelasgos, Arcelaus Mesopotamiam adepti sunt. »

Literæ sacræ primo Machab. nullum certum numerum exprimunt : « Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo; et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem ejus, et filii eorum armis multis, et multiplicata sunt mala in terra. »

Sanctissimus autem vates Daniel in oraculis suis, cap. 8, ait, regnum regis Græcorum divisum in quatuor regna.

Idem, eodem capite 8, clarius omnia : « Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum rex Græcorum est, cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus ; quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo; quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus. »

Quem locum D. Hieronymus, et ex illo N. Serarius, Cornelius de Lapide et alii recentiores, exponunt de præcipuis quatuor regibus et regnis Antigono Asiæ, Philippo seu Aridæo Macedoniæ, Seleuco Syriæ, Ptolemæo Ægypti. Hieronymus vero ex Josepho, lib. XII, c. I, hæc videtur transcripsisse, posito, pro Cassandro, Aridæo, cui successit Cassander, omisso Lysimacho.

EXCURSUS III.

DE MORBO ET MORTE ALEXANDRI.

Quum ea desiderantur quibus de morbo Alexandri Curtius agebat, et hunc finem breviter attigit in suo supplemento Freinshemius, operæ pretium esse duximus eam rem tractare, docti istius libri, *Examen critique des Historiens d'Alexandre*, auctoritatem, ut prius feceramus, nunc quoque secuti.

Ut veram morbi et mortis Alexandri caussam optime noscamus, maximi momenti est fragmentum ephemeridum hujus principis inspicere, quod apud Plutarchum et Arrianum legere est, ut ex altero restituantur, quæ apud alterum deficiunt.

17 die mensis Dæsii, ad Medium comessatum venit. Deinde, lauto corpore, cœnavit, et ad multam noctem perpotavit.

18. Ivit ad balnea, pauca comedit, et dormivit febri laborans.

19. Postquam e balneo exisset, integram diem in interiori ædium parte consumpsit, tesseris cum Medio ludendo. Ad vesperam, iterum in balneum demissus est, et sacrificio facto, cœnavit, et totam noctem febricitavit.

20. Corpus lavit, et lecto vectus, sacra rite fecit, et in balneario recubans, Nearchum audivit, dum suæ navigationis in Oceano iter narraret. Quamobrem terrestres copias quarto post die, navales autem quinto, ad proficiscendum paratas esse jussit.

21. Idem, quod pridie, fecit, violentiore febri jactatus.

22. Quum cresceret febris violentia, ad flumen se vehi jussit, quod navicula transmeavit. Diem in paradiso consumpsit, ad magni stagni oram; cum ducibus copiarum confabulatus, de iis quos exercitus agematibus et cohortibus præficere vellet. Inde, corpore lavato, quievit.

23. E balneo exiens, sacra diis fecit, crescente febris æstu. Quædam navarchis præcepit; ad vesperam, in aquam demissus est, morbo ingravescente.

24. Ægre ad peragendum sacrificium vectus est : et omnia iterum de navali expeditione præcepit.

25. Quamvis jam ægerrimus, corpus lavit, et sacra diis fecit, ritu solito. Cubiculum intravit, et cum Medio confabulatus est. Jussit classem tertio die proficisci; præcipuosque duces diurnas excubias agere in aula regiæ; Taxiarchas vero et Pentacosiarchas nocturnam vigiliam ad fores. Leviori cœnæ accubuit, et per totam noctem febricitavit.

26. In regiæ paradiso, trans stagnum devectus, paululum, nec tamen febri remissa, dormivit. Ingredientes duces, etsi omnes agnovit, nullo tamen verbo alloqui potuit. Febris noctu gravior.

27. Macedones eum jam fuisse quum crederent, et ipsius mortem siluisse duces, tumultuantes cum magnis clamoribus ad regiam concurrunt : minitantibus januæ apertæ. Omnibus ergo admissis, singuli prope lectum transierunt. Sed jam non amplius rex loqui poterat. Ægre caput allevans, oculisque innuens, manum

cuique porrigebat. Eo ipso die Pithon, Attalus, Demophon et Peucestas in templo Serapidis pernoctaverant, quo quum Cleomenes, Menidas et Seleucus convenissent, oraculum una interrogaverunt, nonne satius esset Alexandrum in ipsius dei templum devehi, supplicis in modum: quibus respondit numen, regem loco eodem, quo nunc esset, commorari esse ἄμεινον.

28. Alexandri amici Serapidis responsum retulere, et paullò post rex exstinctus est. Ἄμεινον illud erat, quod a deo intelligebatur.

Maximi momenti est harum Ephemeridum auctoritas, et hæc verisimilior narratio videtur, quam quæ retulere Justinus, Diodorus, et ipse Curtius de variis Alexandri morientis verbis.

Multa de Alexandri mortis caussa auctores disseruerunt, et in diversa abiere, ut plerumque de magnis viris accidit, atrociore semper fama, ut inquit Tacit. Ann. IV, 11, erga dominantium exitus. Vidimus apud Curtium, X, 10, 14 et sqq. multos credidisse, « Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum Antipatrum fuisse missum. » Hunc vero, ut regem præoccuparet, venenum, per Cassandrum, filio suo Iollæ, uni ex Alexandri ministris, tradidisse, quod ab Iolla supremæ regis potioni inditum. Stygis fontis aqua erat, quæ glacie frigidior, ferrum ipsum consumere valebat, ungulæ jumenti duntaxat patiens; vide Plutarch. Arrian. VII, 27; Vitruvium, VIII, 3; Plin. XXX, 53; Justin. XII, 14; Pausan. Arcad. 18, super nostrum Curtium. Illam jumenti ungulam Delphis exstitisse creditur cum Epigrammate græco, quod retulit Cl. vir *Brunck*, Analect. Græc. III, 182.

Quidam (Arrian. VII, 27) contendebant Iollam ipsum machinatum scelus fuisse, Mediumque illius amore victum, facinori conscium accessisse, ut vim suo amasio ab Alexandro illatam ulcisceretur: venenumque ab Aristotele indicatum; quod, inquit Plinius, XXX, 53, magna Aristotelis infamia excogitatum est. Plutarchus et Arrianus rem omnem, ut commentum, rejiciunt. Prior enim eam nullo niti fundamento affirmat, nisi cujusdam Agnothemidis auctoritate, qui illam a rege Antigono sæpius narratam audiverat. Majoris momenti est quod in vita Hyperidis legitur (Plut. Vit. Hyperid. t. VII, ed. Witt.), hujus nempe oratoris consilio honores Iollæ fuisse decretos, ut qui Alexandrum veneno sustulisset. Sed hoc decretum nunquam exstitisse, et inani tantum fama relatum existimat *S.te-Croix*, p. 497. Sed quamvis Olympias, Antipatro infensa, hos rumores, quantum maxime poterat, confirmaverit, vera tamen patuere; Alexandrum nempe, cibi tantum vinique immodico usu mortem sibi

conscivisse. Hoc et Ephemeridum, et Ephippi Olynthii (ap. Athen. lib. x), et Diodori Siculi testimoniis perspicuum est. Hæc posterioris verba sunt, xvii, 117 :

Κἀκεῖ πολὺν ἄκρατον ἐμφορηθεὶς, ἐπὶ τελευτῆς Ηρακλέους μέγα ποτήριον πληρώσας ἐξέπιεν. Ἄφνω δὲ, ὥσπερ ὑπό τινος πληγῆς ἰσχυρᾶς πεπληγμένος, ἀνεστέναξε μέγα βοήσας, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων ἀπηλλάττετο χειραγωγούμενος.


Quamvis hoc loco nimia sit Diodori brevitas, manifestum tamen est Alexandrum non fuisse veneno necatum. Medicus quidam e nostra gente de morbo Alexandri disseruit (vid. ***Mémoires de la Société médicale d'émulation***, 1^re^ ***année***, ***p.*** 4), et ipsius febrim eamdem fuisse affirmat, qua periit gallicus orator, ***Mirabeau;*** hujus nempe generis quod vocatur, ***fièvre ataxique;*** seu, ut aliorum sententia est, ***fièvre subintrante.*** His verbis claudamus, quibus utitur ***D.^r^ Vincent*** (***Voyage de Néarque***, ***trad. de Billecocq***, ***p.*** 547):

« La violence des passions d'Alexandre, la tension continuelle de « son esprit, le développement constant de toutes ses facultés, et « aussi l'excès des plaisirs de la table, sont autant de causes qui ex- « pliquent sa mort d'une manière naturelle, sans qu'il soit besoin « de recourir à la trahison, ou bien à une conspiration. »

EXCURSUS IV.

DE FUNEBRI CURRU ALEXANDRI.

Quemadmodum in excursu primo concinnatum de Hephæstionis rogo libellum gallico sermone retulimus, ita nunc, iisdem nisi rationibus, maxime commendabilem operam viri Cl. *Quatremère de Quincy* ad currum Alexandri funebrem describendum offerimus, ut illustretur Curtii locus, lib. x, cap. 1, § 13 et 20 : « Ægyptii Chaldæique jussi suo more corpus curare..... purgavere corpus; repletumque est odoribus aureum solium, et capiti adjecta fortunæ ejus insignia..... Cæterum corpus ejus a Ptolemæo, cui Ægyptus cesserat, Memphim, et inde paucis post annis, Alexandriam translatum est. » Quæ quum fusius explicaverit Diodorus Siculus, de curru inprimis, quo transvectum est regis cadaver, graphice agens,


3
2
8
6

le candelabre de Persée par Polyctète, et le chariot couvert qui transporta le corps d'Alexandre, par Hiéronymus[1] (Athén. liv. v, 104, pag. 206).

« Nous devons à Diodore de Sicile un détail infiniment exact de ce dernier monument. Le texte de cette description ne paraît offrir aucune faute, ni aucune obscurité. Pour peu qu'on veuille appliquer à son interprétation les notions élémentaires de l'architecture grecque, des pratiques de cet art, et des usages de la décoration, on s'étonne de la facilité avec laquelle toutes les phrases de l'écrivain se laissent transposer dans la langue du dessin (Diod. de Sic. liv. xviii, § 26 et 27, édit. Wessel).

Πρῶτον μὲν γὰρ τῷ σώματι κατεσκευάσθη χρυσοῦν σφυρήλατον ἁρμόζον, καὶ τοῦτ' ἀνὰ μέσον ἐπλήρωσαν ἀρωμάτων τῶν ἅμα δυναμένων τὴν εὐωδίαν καὶ τὴν διαμονὴν παρέχεσθαι τῷ σώματι.

Ἐπάνω δὲ τῆς θήκης ἐπετίθετο καλυπτὴρ χρυσοῦς ἁρμόζων ἀκριβῶς καὶ περιλαμβάνων τὴν ἀνωτάτω περιφέρειαν.

Ταύτης δ' ἐπάνω περιέκειτο φοινικὶς διαπρεπὴς χρυσοποίκιλτος, παρ' ἣν ἔθεσαν τὰ τοῦ μετηλλαχότος ὅπλα, βουλόμενοι συνοικειοῦν τὴν ὅλην φαντασίαν ταῖς προκατειργασμέναις πράξεσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα παρέστησαν τὴν τοῦτο κομιοῦσαν ἁρμάμαξαν, ἧς κατεσκεύαστο κατὰ μὲν τὴν κορυφὴν καμάρα χρυσῆ, ἔχουσα φολίδα λιθοκόλλητον, ἧς ἦν τὸ μὲν πλάτος ὀκτὼ πηχῶν, τὸ δὲ μῆκος δώδεκα.

Ὑπὸ δὲ τὴν ὑπωροφίαν παρ' ὅλον τὸ ἔργον θρόνος χρυσοῦς, τῷ σχήματι τετράγωνος, ἔχων τραγελάφων προτόμας ἐκτύπους, ἐξ ὧν ἤρτηντο κρίκοι χρυσοῖ διπάλαιστοι, δι' ὧν κατακεκρέμαστο στέμμα πομπικὸν, χρώμασι παντοδαποῖς διαπρεπῶς κατηνθισμένον.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων ὑπῆρχε θύσανος δικτυωτὸς, ἔχων εὐμεγέθεις κώδωνας, ὥστε ἐκ πολλοῦ διαστήματος προσπίπτειν τὸν ψόφον τοῖς ἐγγίζουσι.

Κατὰ δὲ τὰς τῆς καμάρας γωνίας ἐφ' ἑκάστης ἦν πλευρᾶς Νίκη χρυσῆ τροπαιοφόρος· τὸ δ' ἐκδεχόμενον τὴν καμάραν περίστυλον χρυσοῦν ὑπῆρχεν, ἔχον Ἰωνικὰ κιονόκρανα.

Ἐντὸς δὲ τοῦ περιστύλου δίκτυον ἦν χρυσοῦν, τὸ πάχος τῇ πλοκῇ δακτυλιαῖον, καὶ πίνακας παραλλήλους ζωοφόρους τέτταρας ἴσους τοῖς τοίχοις ἔχον.

Τούτων δ' ὁ μὲν πρῶτος ἦν ἔχων ἅρμα τορευτὸν, καὶ καθήμενον ἐπὶ τούτου τὸν Ἀλέξανδρον, μετὰ χεῖρας ἔχοντα σκῆπτρον διαπρεπές.

Περὶ δὲ τὸν βασιλέα μία μὲν ὑπῆρχε θεραπεία καθωπλισμένη Μακεδόνων, ἄλλη δὲ Περσῶν μηλοφόρων, καὶ πρὸ τούτων ὁπλόφοροι.

Ὁ δὲ δεύτερος εἶχε τοὺς ἐπακολουθοῦντας τῇ θεραπείᾳ ἐλέφαντας κεκοσμημένους πολεμικῶς, ἀναβάτας ἔχοντας ἐκ μὲν τῶν ἔμπροσθεν Ἰνδοὺς, ἐκ δὲ τῶν ὄπισθεν Μακεδόνας, καθωπλισμένους τῇ συνήθει σκευῇ.

Ὁ δὲ τρίτος ἱππέων ἴλας, μιμουμένας τὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι συναγωγάς.

[1] C'est le nom de l'écrivain qui a décrit le chariot.

Ὁ δὲ τέταρτος ναῦς κεκοσμημένας πρὸς ναυμαχίαν.

